BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
1 52
F
53
NAPOLI

103
8
175

21
3
5

Google

BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
152
F
53
NAPOLI

21
3
5

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



RELIQVIAE
MANVSCRIPTORVM
OMNIS AEVI
DIPLOMATVM
AC
MONVMENTORVM
INEDITORVM ADHVC.
TOMO V.

I. *Diplomatarium* PRAEPOSITVRAE NOVIOPERIS, NEVENWERCKE *coenobii later* HALAM & GIVEKENSTEIN *ordinis S. Auguſtini canonicorum regularium ab an* 1160 *ad* 1590.

II. *Diplomatarium* COMMENDATVRAE *fratrum Ordinis* HIEROSOLYMITANI TEVTONICORVM *S.* Cunigundae *iuxta pontem Halenſem*

III. *Chartularium miſcellum, inſtructum* EPISTOLIS *Regum* ANGLIAE, DANIAE, SVECIAE, HISPANIAE; POLONIAE: *Martini V.* PAPAE: LVTHERI; MELANTHONIS; G. MAIORIS; BVGENHAGEN; Ath. KIRCHERI *aliorumque.*

IV. *Diplomatarium* BOHEMO-SILESIACVM. *In quo codicilli Imperatorum; Regum; papae; principum, de rebus* ANGLIAE; GALLIAE; HVNGARIAE; POLONIAE; SILESIAE; AVSTRIAE; CARINTHIAE *ab an.* 1200 *ad an.* 1400. *valde momentoſi.*

Cum praefatione & recenſione monumentorum ſingulari

IO. PETRI de LVDEWIG, ICTI,

FRIDERICIANAE CANCELLARII.



FRANCOFVRTI ET LIPSIAE, CIϽ IϽCC XXIII.

PRAEFATIO
AD TOMI V.
RELIQVIAS
MANVSCRIPTORVM
ATQVE
OMNIS AEVI DIPLOMATVM.
CVM RECENSIONE EIVS SINGVLARIVM ARGVMENTORVM.

ERit QVINTVS hic TOMVS iure meritoque in deliciis non GERMANIAE ſolius; uerum etiam ANGLIAE, GALLIAE, BELGII, DANIAE, HVNGARIAE, BOHEMIAE, POLONIAE, SILESIAEque, quorum populorum omnium hic monumenta producuntur in lucem, inedita adhuc. Ipſi non minus ITALIAE ſiſtimus aliqua in eo, ad gratiam ITALORVM quoque prouocandam ac demerendam noſtris reliquiis. Quorum omnium inibimus rationes ſigillatim. *Eſt hic TOMVS V. EVROPAE uniuerſae.*

I.
DIPLOMATARIVM NOVIOPERIS.

§. 2. Ante plures annos apud *ſenatorem Lipſienſem*, poſt etiam eius ciuitatis *bibliothecarium*, GOEZIVM, uirum litteratum ac doctum, offendimus CODICEM MEMBRANACEVM, cui omnia *priuilegia*, *contractus*, *bona*, *reditus*, *iura* inſcripta fuerunt celeberrimi ciuitatis noſtrae *coenobii*, extra *Diplomatarium NOVI OPERIS LIPSIAE repertum.*

 muros

NOVI OPERIS 1] ſitus. muros urbis uerſus caſtrum & palatium archiepiſcopale, GIVICHENSTEN, ſiti, denominatique a noua eius inſtitutione NOVVM OPVS, in uernacula *das Cloſter zum* NEVEN-
2] conditor. WERK. Condidit hoc ſacrum *collegium* anno CIↃ CXVI. archiepiſcopus ADELGOTVS, ingenti ſtatim adparatu opum ac reliquiarum (a). Ferunt enim *Ottonem*, comitem de REBLINGEN, quae dynaſtia eſt in *Mansfeldenſi* tractu uiciniaque Seeburgi, taedio rerum humanarum, ſacro ſe otio dediſſe & *nouo collegio* huic omnia bona ſua dicauiſſe. Imo etiam eius factum eſſe colle-
3] cauſa adpellationis. gam (b). Cum igitur coenobium hoc non, uti alia pleraque, prouenerit creueritque ex tenuibus initiis; ſed ſtatim acceperit perfectionem ac complementum: ad ſtuporem excitandum eius ſpectatori, illud dictum fuiſſe, arbitror, NOVVM OPVS, tempore quidem, ſed non re, ac diuitiis, in

(a) Habent hoc non ſolum ſcriptores plures, MONTIS SERENI *chronicon* ad *an. 1144.* chronicon BIGAVGIENSE *an. 1146. Sifridus* MISNENSIS ad an. 1146. ſed etiam reſtatiſſimum id in plurimis noſtri codicis diplomatibus. Praeſertim *Lib. I. dipl. 35. p. 51.* atque *dipl. 42. p 66.* Nam deerat in noſtro codice principium cum eoque primae originis diplomata aliqua, ſupplenda aliunde.

(b) Eſt haec fides uulgarium chronicorum noſtrorum, temere in dubium non uocanda: licet in narrando illi auctores ſint multiplices & uarii. Nam *Andreas* HOPPENRODIVS *in dem Stammbaum p. 79.* dicit, ultimum *comitem Reblingenſem* an. 1230. condidiſſe *das Cloſter zum Neuenwerck.* Sed antea *Ottonem* comitem anno 1127. *das Cloſter Gottesgnaden bey Calben.* Quod exſcripſit ex annalibus Magdeburgicis. Sed confunduntur loca & tempora ex diplomatibus facile reducenda in uiam.

quibus

quibus illud poſſet certare cum antiquiſſimis.

§. 3. Inſtituit conditor an. CIↃ CXVI. *4] regulae* hoc collegium iuxta regulam *B.* AVGVSTINI & inſtitutorum coenobii RAIDENBVG in Boioaria (c). *B* Auguſtini. Narrant enim, metu hos coenobitas concuſſos eſſe ab HENRICO V. imperatore fugaque ita delatos Magdeburgum ad antiſtitem ADELGOTVM, qui aduenas interea aluerit in *palatio* ſuo GIVIKENSTEIN, usque dum aedificatum fuerit *coenobium* NOVIOPERIS; quod illis poſt adſignauerit cum omni inſtituto ac ritu, quem illi habuerint in *Boioaria*. Ordinem ipſum conſtat fuiſſe B. AVGVSTINI, canonicos REGVLARES & SECVLARES. Socios collegii *5] ſocii.* *primo* PRAEPOSITVM, qui formula uſus DEI praepoſitus, GRATIA (d); electum maiori ſuffragantium collegarum parte; deinde PRIOREM; prior, officiales, camerarius, porro OFFICIALES CAMERARIVM; CVSTODEM; SCHOLASTICVM & reliquos (e). AD- cuſtos, ſcholaſticus

(c) Dicit hoc claris uerbis auctor *chronici* MONTISSERENI an. 1144. Agit autem plene de coenobio *Rattenbuech* in Boioaria *VVigul.* HVNDIVS *metropoli Salisburgenſi tom. 3. p. 99.*

(d) Eſt is titulus frequens in diplomatibus: DEI *gratia praepoſitus* NOVIOPERIS. *VVir von Gottes gnaden Propſt deſs Gottesshauſſes zu dem* NEVENWERCKE *&c.* Vti ſpeciminis loco uides in *lib. I. diplom. 56. p. 81.* Et eadem formula, *dei gratia*, uſi ſunt *abbates* & *praeſules*, plerique in hoc archiepiſcopatu. Inſtar *dynaſtarum* landſaſſiorum, qui, ob *regalia* ſibi collata, pariter ſe ſcripſerunt: *dei gratia*. Quae exempla illuſtrauimus *tom. I. in praef.* §. 50. *p. 152.* & in *dedicatione p. 10. 11.*

(e) Singulorum enim mentio fit ſingularis. *Ioannes* PROPST; *Andreas* PRIOR; *Ioannes* CAMERER; *Iacobus* CVSTER; *Henrich* SCHOLASTER *und das ſamtliche capitul regler or-*

VOCATVM eundem, qui BVRGGRAVIVS &
6) aduocatus *ſine* ſubaduocato.
aduocatus urbis Magdeburgi. Qui tamen
fuit deſtitutus iure SVBADVOCATVM ſubſti-
tuendi (f). Alia PRIVILEGIA PONTIFICIS:
7) *Priuilegia* Papae.
quod intra fines ſuae dioeceſeos nefas ſit,
inſtitui ORATORIVM; quod in excommuni-
catione terrae generali, nihilominus eis
liceat ſacra officia celebrare, *preſſa* uoce;
chriſma eis largiatur epiſcopus gratis; qui-
libet in coenobio libere eligat *ſepulturam*
& quae ſunt eiusmodi (g). His adnume-
8) archiepiſcopi.
randa PRIVILEGIA archiepiſcopi MAGDE-
BVRGICI. In quibus ſunt: quod NOVI OPE-
RIS coenobii PAROCHIAE ſint eccleſiae in
HALLIS; GIVIKENSTEIN; TROTHA; TAV-
arſhidiaconatus *Halenſis.*
CHEN locisque aliis. Deinde ARCHIDIA-
CONATVS HALENSIS & uiciniae uniuerſae
intra *Salam*, *Elſteram* & *Vonam* eisdem ad-
ſignatus. Poſt data IMMVNITAS ab oneribus
& ſeruitiis. Praeterea SVFFRAGII ius in SY-
electio prae poſiti penes canonicos.
NODIS prouinciae. Porro archiepiſcopus
in electione PRAEPOSITI non intercedat,
niſi diſſentiente inuicem capitulo & ſi quae
9) latifundia *coenobii.*
alia (h). Dici uero non poteſt, quam late
patuerint huius coenobii *fundi*, *uillae*, *a-
gri*, *prata*, *cenſus* per Magdeburgicum du-
catum uniuerſum. Vt, ſi quis calculum
inierit omnium eorum, quae NOVIOPERIS,

aeris zum Neuenwercke. Specimina habes *lib. I. dipl 50. 146. 172.*

(f) Habetur hoc in priuilegiis *lib. I. diplom. 42. p. 68.*

(g) Loquitur de his *lib. I. diplom. 42. p. 64. 65. ſq.*

(h) Quod uult *lib. I. diplom. 42. p 65.*

is

is facile intelligat, hoc coenobium amplitudinem habuiſſe magnae in Germania dynaſtiae & comitatus. Cum plures fuerint, qui ueluti contenderunt de hoc coenobio ditando & adaugendo (i). Quod uero PRAEPOSITVS *nouioperis* uſus ſit titulo: DEI GRATIA; illud quidem ego non minor. Cum in Magdeburgica dioeceſi eodem uſi ſint abbates & coenobiorum rectores uilisſimi (k). Illud etiam ſit certiſſimum, in omni donatione antiſtitem Magdeburgicum ſibi territorii ac potentatus iura re ac uerbis conſeruaſſe. Neque enim unus ADELGOTVS in hoc coenobium beneficiis fuit. Sed etiam eius ſucceſſores archiepiſcopi alii. *Rogerus; S. Norbertus; Cunradus; Fridericus; Wichmannus.* Quorum omnium munificentiam anno CIↃ CCCC LIII. ſingulari diplomate confirmat FRIDERICVS C. de Beichlingen, archiepiſcopus (l). Vt alios nunc praetereamus.

10) titulus praepoſiti: dei gratia.

11) largitores coenobii.

(i) Nam plures habuit coenobium hoc munificos largitores. Poſt enim archiepiſcopos *Magdeburgicos* etiam alii beneficia eidem contulerunt Merſeburgenſis; Naumburgenſis; Hirsfeldenſis praeſulesque alii. In principibus munificis erga coenobium nomina habes BRANDEBVRGICI; BRVNSVICENSIS; THVRINGIAE; MISNIAE; ANHALDINORVM; BRENAE: QVERFVRTHI & qui ſunt alii, in ipſo codice euoluendi in ſingularibus diplomatibus. *Nobilium* quoque beneficia plura hic commemorantur exhibita coenobio. Etiam ciuium *Halenſium*, qui *aedes* & *ſalinarum ſartagines* ſacro huic collegio, ſibi uicino, addixerunt.

(k) Modo dixi ea de re §. 3. *litt. d.* Nam etiam *S. Mauritii* praepoſitus intra urbem, ſe ſcripſit, *dei gratia.* Sed ab his formulis ſub exitum ſeculi XV. demum abſtinuerunt. Quod intelligerent, eſſe easdem *potentatus* ſymbola, inconcinna praeſulibus *landſaſſiis* ſiue prouincialibus.

(l) Mentio horum antiſtitum fit *lib. I. diplom 35. p. 51.*

n) *ſtupenda* aedificia.

§. 4. In tantum igitur demum ſurrexit omnium rerum ac opum maximarum adparatum; ut porro non pauperum aliquod contubernium uideretur, ſed magni principis uaſtiſſimum palatium. Fuerat enim in ardua *rupe* ſitum. Vno latere prolatum in pulcherimam *planiciem*; alterum Sala fluuius alluit, qui praeterfluit; quandoque autem ſe extra alueum transfundit irrigatque latiſſime patentes campos ſpectaculo omni tempore adparatiſſimo. Proſpectat inter haec cultiſſima HALA uerſus occidentem, inſtar hemicycli aut amphitheatri, huiusque urbis grandia palatia *Mauritiburgum*; contubernium *Paulinum*; metropolitanum templum (der Dom) curia & *palatium* archiepiſcopi aliaque, paſcentia oculos intuentium (m).. Orientem uerſus huic coenobio caſtrum GIBICHENSTEIN, in rupe magis elata, eſt quidem in conſpectu, non minus eximio. Quem etiam ideo delineauimus. In aedificiorum numeris fuerant NOVO OPERI *quatuor turres*, arduae & excelſae. In quarum una ſuſpenſa pendebat CAMPANA, poſt *Erfurdenſem* maxima per uniuerſam Germaniam (n). Taceo domus coenobii a-

(m) Quo fine imagines addicimus, aeri inciſas ex utroque latere, uerſus *Halam* uno, altero uerſus palatium principale *Gibichenſtein*, Quo caſtro uix celebrius in uniuerſa Germania interiori.

(n) De magna CAMPANA in altera turri noui operis multa narran-

lias,

ſias, *templa*, *collegia*, *oratoria*; *refectoria*; *ualetudinaria*; *cellas* aliaque. Quarum compages magnitudinem habuit non adeo parui oppiduli (o).

§. 5. Sed illud egomet olim in *imaginibus*, ante ſeptennium uero MOGVNTIAE *re* ipſa ſtupui attonitus, poſtquam cimelia & *reliquias ſacras* huius olim coenobii oculis meis uſurparem. Dicitur ibi, uulgi etiam ſermone, is THESAVRVS ALBERTI noſtri archiepiſcopi. Qui metu ingruentium Euangelicorum ſacrorum in noſtra urbe, eundem hinc abſtulit tranſtulitque *Moguntinum* in metropolin. Porta, per quam uectores intrarunt urbem, ſtatim caemento clauſa, inſtar ſymboli, ne quod ille intulerit, ullo unquam tempore iterum efferretur. 13) *reliquiae & cimelia ſacra.*

tur in annalibus noſtris; quae ſuperſtitioni conueniunt priſtini aeui. Dicunt, eam ſacro fonte tinctam; uim habuiſſe eandem dispellendi morbos; educendi ac liberandi animas e purgatorio; nubes ac tempeſtates diſſoluendi & quae alia eiusmodi. Quare illius reditus annuos crediderunt ſuperare prouentus nobilis dynaſtiae. Nunquam enim mota eſt ſine honorario ac praemio. Vt operae pretium habuerit, quamuis conſtiterit maximi. Specimen habes *lib. I. dipl. 153. p. 237.* Hanc campanam cum reliquo theſauro anno CIↃ IↃ XXXIII. eccleſiae metropoli (*dem Dom oder Neuen Stifft*) deſtinauit ALBERTVS CARDINALIS, *nouoopere* deſtructo. Poſtea mutauit conſilium eandemque *Moguntiam* uehere inſtituit cum multis quadrigis. Verum ordines & ſacri collegae ſpolium interceperunt & campanam in templi cathedralis turri ſuſpenderunt, pendentem ibi adhuc.

(o) Anno CIↃ IↃCC XII. ciues rogarunt Poruſſiae regem, ut areas donaret illis, qui nouas extruere uellent aedes. Ita enim coniungi poſſe urbem ſerie eximia & ſpecioſa NOVIOPERIS rudioribus. Quod mereatur reſurgere in palatium. Sed conſilium ob temporum difficultatem, exitum non habuit.

Nou

Non erro, ſi dixerim, *imagines*, *brachia*, *pedes*, *capita*, *ciſtas*, *calices*, *arbores*, *cruces*, *uexilla*, *tabulas*, *uela*, *gladios*, *codices*, *baculos*, res diuerſas me *trecentas* numerauiſſe *argenteas*, *aureas*, *unionibus* ac *gemmis* diſtinctas ornatasque, ut pretium, iudicio etiam ſordidi emtoris, forte non procul abſit a ſumma aliquot, ut nos numeramus, *auri tonnarum* (p). Taceo, quanti fiant haec cultori eorundem, qui omnino habet, quod in illis regnum quaerat. Et haec ſacra cimelia uniuerſa fuerunt NOVIOPERIS coenobii fere unius, quod obſtupeſcas.

NOVIOPERIS *occaſus an. 1530.*

§. 6. Sed, poſt tantos & portenti ſimiles auctus, quo demum fato ac ſidere infauſto factum ſit, ALBERTVM, gloriae auidiſſimum praeſulem, auguſtiſſimo coenobio huic finem mortemque attuliſſe, illud ego quidem non adſequi potui ſenſu ac idoneis coniecturis (*). Illud certum eſt, anno CIↃIↃXXX. ALBERTVM, archiepi-

(p) Omnem hunc *ſacrarum reliquiarum* adparatum ALBERTVS CARDINALIS exhibuit in *imaginibus*, *ligno* a perita manu inciſis atque impreſſis papyro editisque cum deſcriptione *Halae 1520. in 4t.*

(*) Potuit etiam hoc Alberto occaſio eſſe ad coenobium hoc diſſipandum. Quoniam *Nicolaus* DEMVTH, praepoſitus NOVIOPERIS inter primos fuit, qui anno CIↃIↃXXIII. deſereret *uitam regularem*, proriperet ſe e coenobio in Saxoniam Euangelicam & coleret ibi matrimonium. Imo cum BVRGGRAVIATVS GIBICHENSTEINENSIS inter maximas archiepiſcopi praefecturas; oculo certe irretorto plerique archiepiſcopi intuiti ſunt coenobitas, quod eorundem praedia, decimae, cenſus diſperſi eſſent per illam, inſtar fungorum. Vt cauſam expectarent adriperentque ad euellendum & eradicandum.

ſcopum

ſcopum NOVIOPERIS reditus non ſolum ſibi adſeruiſſe: ſed etiam anno CIƆ IƆXXXIII. iuſſu eiusdem, demum hoc coenobium deſtructum ac funditus deletum eſſe (**). Idque ex PONTIFICIS ROMANI indulgentia, prorſus ſingulari. Poſtquam illud annos CCCC IV. inſtar ſideris in Magdeburgico archiepiſcopatu, floruiſſet.

Interitus NOVIOPERIS cauſae.

§. 7. Fecerat quidem ALBERTVS ſuis ſpem: non perditum coenobium; ſed uerſum iri in ſtatum meliorem. Eo enim fine TEMPLVM PRIMARIVM [*den Dom*] cum ſacro collegio & PALATIO [*der Reſidenz*] aedificare & inſtituere coepit eodem tempore: ut NOVI OPERIS lacinias hoc inuolueret nouae largitionis tegumento. Addunt alii, conſilium Albertinum fuiſſe, erigendi ACADEMIAM HALAE aduerſus Vitebergam haereticam eoque uertendi NOVIOPERIS exuuias. Quicquid ſit, in *tabulario principali* illud eſt teſtatiſſimum, quod ALBERTVS, trium licet Germaniae optimorum praeſulatuum dominus, nihilominus aeris alieni contraxerit magnam uim, ut im-

(**) Primum chronica uulgaria contigiſſe, ſcribunt anno CIƆ IƆ XX. ſed hoc falſum eſſe, me docuerunt publica monumenta. Nam hoc anno & poſtea CIƆIƆXXV contractus in manibus habeo, initos & ſubſcriptos a NICOLAO DEMVD, ultimo PRAEPOSITO & archidiacono NOVIOPERIS, Interim multa iam gliſcebant odia inter ALBERTVM achiepiſcopum & NOVIOPERIS canonicos. Partim ſacrorum, partim aliorum iurium ergo, quibus inhiabat CARDINALIS. Quae facile potuerunt in diſſidium & apertum bellum erumpere. Quo periit NOVVMOPVS,

minuerit creditorum ſuorum concurſus fueritque ei opus, prouocare multoties ad beneficium competentiae. Quo rerum ſtatu, mallem credere, fiſci adaugendi cauſa, NOVVMOPVS deleuiſſe CARDINALEM atque reditus ſacro patrimonio ac praefecturae ſuae GIBICHENSTEINENSI innexuiſſe. Vltimum factum eſſe, certum eſt. Poſtquam *templi dominici*, iamnunc extructi, curam prorſus abiecit clauſitque illud, taedio, quod dixerat, urbis, haereſi Euangelica tantopere infectae, ut eam omnino haberet in perditis.

Area NOVIOPERIS *hodierna.*

§. 8. Succeſſores ab anno CIↃIↃXLV. eo minus de reſtitutione rerum ſemel ereptarum addictarumque fiſco ſoliciti fuerunt: quo altiores radices egere ſacra euangelica, ut monachi deſererent coenobia eligerentque uel ciuilem uitam uel auſugerent alio. Cum uero NOVIOPERIS rudera & area ſupereſſent, tabernam ibi extruxerunt ad cereuiſiam coquendam. Vnde praefectura *Gibichenſteinenſis* hodieque quaeſtum conſequitur.

II.
DIPLOMATARIVM COMMENDAE TEVTONICORVM SACRAE MILITIAE S. CVNEGVNDIS IVXTA HALAM.

DOMVS TEVTONICAE *Halenſis* SITVS.

§. 9. Fuerat collegium TEVTONICAE militiae HIEROSOLYMITANAE, ordinis D. MARIAE, S. *Cunegundi* ſacrum, iuxta Halam

lam ſitum ad *pontem* uerſus *Baſtendorffium*, trans *Salam* flumen ſitum. Paruit illud BALLIAE, quam dicunt, Saxoniae & *Thuringiae*; fuerat tamen inſtructum ſuo COMMENDATORI (*Hauscomender*) & *fratribus* militibus; qui poſtea ſibi nomen tribuerunt *Teutonicorum* (r) *dominorum* [*der Teutchſen herren*].

§. 10. Habuit illud parua initia eo tempore, quo HOSPITALE hoc *area* donaret archiepiſcopus LVDOLFVS anno CIↃCC. Sed inde accepit maiora incrementa. Tribuerunt ei multa beneficia marchiones BRANDENBVRGICI & LANDESBERGENSES; SAXONIAE duces; THVRINGIAE landgrauii; principes ANHALDINI. Etiam epiſcopi Germaniae plerique hos fratres inſtruxerunt iure & libertate, colligendi pro collegio ſuo eleemoſynas & *indulgentias ſacras* ideo impertiendi. Praeſertim an. 1343. cum Salae fluminis uis fere coenobium uerſum abſumpſiſſet (s). *Initia an. 1200. & incrementa.*

§. 11. Ex quo autem *Teutonicorum mili-* *Occaſus an. 1511.*

(r) Oſtendit hanc adpellationem, ſatis turgidam *lib. I. dipl. 95. 96. p. 120. 121. die Erbarn geiſtlichen leute, die* TEVTSCHEN HERRN *zu ſent Konigunda zu Halle* idque an 1353 ſed tamen an 1383. ſe ipſos fratres dicunt: *Ich* BRVDER COMMENDATOR; *pfarrer und darzu die* BRÜDERE GEMEIN *deſs Teuſchen hauſes zu ſente Konigunda vor Halle &c. mit deſs* LANDCOMMENTHERS *zu Thuringen unſers oberſten* in *lib. I. dipl 97. p 121.*

(s) Huc refer *lib. I diplom 99.* SALISBVRGENSIS archiepiſcopi 1273. MERSEBVRGENSIS *in dipl. 100. 105.* an. 1343. & 1288 MAGDEBVRGENSIS an. 1295 *dipl. 101 104.* MISNENSIS in *diplom 103.* an. 1233. abbatiſſae in HELFFTEN & ipſius commendatoris *deſs hauſcomters* an. 1431. diplomate 110.

tum nomina peſſime audire inciperent, etiam aduerſus hanc TEVTONICAM DOMVM (das *teutſche* haus S. Cunigunden bey Halle) conceperunt iras, accedente peſſima fratrum collegarum uita. Euenit igitur, ut *eandem* cum omni acceſſorio iure, praediis ac bonis anno CIↃIↃXI. pretio 4650. aureorum redimeret a TEVTONICO ORDINE coenobium Nouioperis. Conſenſu ſupremi *Teutonieae militiae* MAGISTRI & PONTIFICIS ipſius, ut fecerant ſpem (t). Verum *eodem anno* ſenatui populoque HALENSI iura haec iterum ceſſerunt NOVIOPERIS coenobitae (u). Ea quidem lege, ut deſtrueretur haec TEVTONICA DOMVS S. Cunigundis, neque ullo unquam tempore liceret illud reaedificare uel eo loco aliud conſtruere aedificium. Eius etiam legis is rigor, ut eius TEVTONICAE DOMVS ne quidem ruderum ſuperſint reliquiae.

AVDVS *lege aeternum.* §. 12. Vti uero ideo utrumque diplomatarium coniunctum fuerat & exhibitum in uno codice (x), cum TEVTONICA DO-

(t) Meretur ipſum inſtrumentum emtionis legi & expendi *lib. I. diplom. III. an. 1511. p. 137. 138 139 ſq.*

(u) Inſtrumentum habes *lib. I dipl. 110. an. 1511. p. 136. 137.*

(u, Praecipue ea, quae ad DOMVM TEVTONICAM HALENSEM S. Cunigundis faciunt, incipientia *lib. I. diplomate 61 p. 87.* continuantiaque ad *diploma 111. p. 147.* Nam emtionis contractu etiam hoc cautum eſt, ut uenditor ordo Teutonicus omnia quoque monumenta ſimul concederet emtoribus NOVIOPERIS coenobitis, quae quidem ad hanc *Teutonicam domum* & eius iura pertinere uiderentur. Quae cum offendiſſet ſimul in *tabulario nouioperis* librarius, ea quoque deſcripſit inſeruitque *codici priuilegiorum & contractuum* huius coenobii.

MVS

MVS ceſſerit coenobio NOVIOPERIS: ita neque nobis illa fuerunt diuellenda. Reſtat igitur, ut ex innumeris rebus ac iuribus ſingularibus, quae in utroque diplomatario habentur, ſpeciminis loco, aliqua hic commemoremus.

SINGVLARIVM *in utroque* diplomatario *ſpecimina.*

§. 13. Principio uix ulla FAMILIA NOBILIS in hac prouincia eiusque uicinia; cuius, in hoc diplomatario, memoria non occurrat celebris & uetuſta, praeſertim inter ſubſcriptores teſtes, quorum numeri ſunt ampliſſimi. Deinde locorum, praediorum, uillarum, oppidorum ac VRBIVM in his oris HISTORIAE inde ſupplentur & iura, quae paſſim commemorantur. Prorſus autem ſingularia ſunt. In *dipl. 1. p. 1. Salam* fluuium iam anno 1100. fuiſſe *nauigabilem* inſtructumque *cataractis p. 9. Burggrauium* Magdeburgicae urbis *praefectum* fuiſſe, non *principem ibid. p. 2.* Archiepiſcoporum Magdeburgicorum *chronologiam* fuiſſe annos ſui praeſulatus p. 5. 6. 51. Fuiſſe an. 1152. *ſalinas* etiam in uicinia *Nouioperis & Gibichenſteinae* p. 6. Quae anno CIƆ IƆCCXI inſtauratae, iterumque, quod operae pretium non eſſet, relictae. *Salinas* porro in *Schadeleuen* p. 35. *Salzgrauium*, comitem ſalis adpellatum, uti *Burggrauium comitem urbis* p. 7. *Salinas* fuiſſe penes archiepiſcopos p. 8. Landſaſſiis nobilibus poſtponi *palatinos & miniſteriales* p. 10. *Querfurdenſis*

comes uaſallus archiepiſcopi 1161. p. 13. De *officialatu* & *archidiaconatu* p. 15. 19. *Lauda* ipſius principis inter ſubditos p. 15. 24. 26. 32. 57. 184. 185. *Conſenſus capituli* in omni cauſa neceſſarius archiepiſcopo p. 16. 18. 29. 38. 47. 49. 57. 193. *Praepoſiti* in *Mimeleben* p. 111. *Hirsfeldenſis abbas* p. 113. *Montis ſereni* p. 268. S. Mauritii Halenſis utuntur formula, *dei gratia* p. 17. 73. 78. 100. Albertus Magdeburg. aepiſcopus, *Apoſtolicæ ſedis legatus* p. 20. *Hiſtoria* martyris, *Mauritii* annuatim legenda p. 20. *Burggrauius Gibichenſteinenſis* caſtri *par Magdeburgico* Burggrauio p. 21. 25. 270. uterque inferior Comite *Mansfeldenſi* & Querfurdenſi p. 26. 31. Burggrauius de *Wettin* p. 93. Sententia aepiſcopi lata 1219. *conſilio prudentum* p. 21. Albertus aepiſcopus ſcribit ſe *comitem Romaniae* p. 23. In *Glauchenſi* oppido Ciſtertienſes p. 29. S. Georgii eccleſia p. 39. molendinum p. 42. 53. collegium ſanctimonialium p. 62. Canonicus ſcholaſticus *ſchulmeiſter* p. 33. Officiales hereditarii antiſtitis *dapifer* p. 38. 44. *pincerna* p. 44. *camerarius*, *mareſchalcus* p. 92. *Ober marſchalck* p. 206. *Wehrgeld* & *Wedde* p. 45. iudicia *ſeniorum* p. 45. equites knechte p. 46. pretia *meteriz*, *teutſch* 1317. p. 49. 134. Bona menſalia p. 52. Formulae imprecationum p. 66. *Scabini montis* Halae 1314. p. 72. Magnus dux *Brunſuicenſis* & marchio in *Landesberg* p. 80. Quondam

Burg-

Burggrauius, iunctus Saxoniae DD. ſimul Burggrauiis p. 87. Indulgentiarum ſpecimina momentoſa p. 89. 123.-128. Marchio *Brandeburg & Landesberg* p. 95. 97. 119. Obligatio ad *obſtagium* p. 98. Commendator Saxoniae & Thuringiae p. 101. Landgrauius Thuringiae Saxoniae *palatinus* p. 109. 117. Priuilegium ordiuis *Teutonici*, acquirendi *feuda imperii* ſine conſenſu *Caeſaris* p. 119. *Scabini* Cambergenſes p. 164. Iſenburgenſes p. 165. *Mansfeldenſes C.* uaſalli & conſiliarii Magdeburgici p. 176. Saxoniae ducum *tutrix* p. 179. 181. De *Hackeborn*, dei gratia, *nobiles* an. 1306. p. 264. De Querfurd *dei gratia*, non uero intuitu Burggrauiatus an. 1290. p. 266. Vaſalli nobiles ſe ipſos ſcribunt *herrn* p. 272. Taceo alia: quod ſubuaſalli Mansfeldenſes ſeruitia praeſtiterint archiepiſcopo; feuda archiepiſcopatus Magdeburgici fuerint propria, maſculina, inalienabilia, licet alias contra dicendum ſit in eccleſiaſticis clientelis.

III.

CHARTVLARIVM MISCELLVM.

§. 14. Ex uariis CODICIBVS MSCTIS haec monumenta ſunt delibata. *Primus* eſt, quem ante biennium ex *Gallia* accepi & redemi aere meo. Fuerat ille *ab Vrſino* TYBOLDO, profeſſore & canonico legatus academiae CADOMENSI (*Caen*, *Can*), Normanniae prouinciae; uti ſcriptum eſt in

CHARTVLARII *miſcelli.*

1] Codex mſſt. Cadomenſis.

in illius ultima margine (a). Qui uti alia plura, praeſertim ad actus *conciliorum* CONSTANTIENSIS & BASILEENSIS facientia continet, ſuo tempore aut promulganda in his *reliquiis* aut large communicanda cum ultimi concilii collectore: ita illi nunc debemus aliqua, quae recenſeri debent ſigillatim. Principio inde deſcripſimus uitam Icti HVGOLINI, *Parmenſis*. Refert eius aetatem ad numeros annorum CIↃCCC *Guido* PANZIROLVS(b). Sed cum *Franciſcus* CVRTIVS ſolennem ſuae aetatis, id eſt, ſeculi XV. doctorem ſaluter (c): quid ſentiendum ſit, illud quidem in medio relinquo. Diuerſum ab illo eſſe VGOLINVM A PORTA, feudorum interpretem, FRIDERICI I. imperatoris an. 1168. eſt quidem ſatis clarum: licet utrosque commiſcere inuicem ſoleant iureconſultorum aliqui biographi.

Et eius ſingularia argumenta.

RHODVS.

§. 15. Succedit *num. II. p. 290. ſq.* epiſtola ad *Papam* de obſidione inſulae RHODI,

[a] Verba ipſa damus hic ex AVTOGRAPHO: *Bonae memoriae* defunctus *uir*, *Magiſter Vrſinus* TYBOVLT, *dum uiueret*, *ſacrae paginae* PROFESSOR *&* *uicarius* BAIOCENSIS (*Baieux* in inferiori Normannia); *nec non cathedralis eccleſiae dicti loci* BAIOCENSIS *ſcholaſticus & canonicus eccleſiae S. Petri de* CADOMO [Can] *rector ſiue curatus*, *in ſuae ultimae uoluntatis eulogio*, *ut precibus & ſuffragiis famoſae uniuerſitatis* Cadomenſis *particeps fieret*, *hunc librum eidem uniuerſitati dedit & legauit an. 14-- --f.* Quo autem caſu & fortuna ille uenum expoſitus & ad me delatus ſit; illud neſcio. Inquirat Gallia largitrix in talia. Cuius omnino intereſſet hos theſauros non extra fines ſui regni dilapidari aut efferri.

(b) Lib. 2. de claris LL. interpretes c. 90. p. 168.

(c) In conſilio XXX. n. 34.

ubi

ubi multa offendes ſingularia. Complecti-
tur etiam codex faſciculum egregium *e-* *Praeſertim*
piſtolarum Martini V. ſed cum plures ea- MARTINI V.
rundem recitauerint cum RAYNALDVS, tum *papae lit-*
WADDINGIVS; quasdam tantummodo hic *terae an.*
exhibuimus, noſtra opinione uel ineditas *423.*
uel habentes res maximi momenti. Idque
a *num.36.* ad *num. 46.* In quatuor primis
habent, quod diſcant inde POLONI, qui
tum *Boemiam* ſibi adſerere uoluerunt adiu-
toribus *Huſſitis.* In quos inuehit uerbis
acerrimis papa. Eſt etiam memorabile il-
lud, quod de BRANDEBVRGICI principis e-
lectoralis connubio habet cum filia here-
de POLONIAE & LITHVANIAE, ad deferen-
da haec regna ſtirpi BRANDEBVRGICAE. *De domo*
Quam Romanam & ſigillatim COLVMNE- BRANDEBVR-
SIAM eſſe, *papa* adfirmat Columneſius GICA *& ſpe,*
gaudetque de conſanguinitate in ſinu ac *acquirendi* POLONIAM.
ſacra ſede. Cuius fidei aliquid detrahere
uelle, ſibi quidem religioni ducant RCA-
THOLICI. De iure *praecedentiae* & *προεδρίας* inter ANGLIAE & HISPANIAE re-
gna, *num. 41. 42. 43.* prorſus ſingularia re-
cenſet papa, ſcribitque ad Angliae regem,
non dubitauiſſe legatos utrosque, manus
ideo conſerere in *templo Petrino*, durante
miſſae myſterio ſacro. Quo certe exten-
di non debeat immunitas legatorum. Por-
ro ſatis clarum eſt, e *num. 34.* iam tum ſi-
bi metuiſſe papam ab *Anglia euangelizan-
te.*

 §. 16.

3) faſciculi rerum DANICARVM *atque* SLESVICENSIVM *ab anno* CIↃIↃ.

§. 16. Sed dices? quo demum ſacrilegio muſis meis obuenerint AVTOGRAPHA litterarum ad DANIAE reges & duces SLESVICENSES, imo ipſorum SVECIAE & HISPANIAE regum epiſtolae autographae? Fateor, etiam me ſacro quodam horrore perfuſum eſſe. Poſtquam MANVS PROPRIAS, quas dicimus, conſpexiſſem *Ioannis* STVRMII; *Philippi* MELANTHONIS; *Ioannis* BVGENHAGEN; *Hieron.* SCHVRFII; *Georgii* MAIORIS; *Ambroſii* MAGIRI; *Ioannis* AVRIFABRI; imo ipſius *Martini* LVTHERI, idque in rebus magnorum cum *eccleſiae* tum *reipublicae* euentorum, libere & licenter per ſcriptis & narratis Daniae regi. Maiorem ſtuporem excitarunt autographa regum, *Hiſpaniae* PHILIPPI & *Sueciae*, CAROLI GVSTAVI, atque *Daniae* CHRISTIANI V. pariter in litteraria mea ſupellectili. Neque minores delitiae ex litterario commercio inter *Ducem* HOLSATIAE & SLESVICI *Fridericum* & *Athanaſium* KIRCHERVM *Ieſuitam*. Primas uero uero dedi in hoc faſciculo CODICILLIS *Holſatiae*, epiſcopatui *Lubecenſi* clientelaris atque deſtituti Regis DANIAE Chriſtierni diplomatibus cum ordinum, tum noui regis, ubi in manibus habui autographum curiale, *das Cantzeley concept.* Sed mihi bona fides *haſtae publicae* ſufficit, ſub qua haec cimelia meo aere redemi. Reddenda forte, ſi quis ea reuocauerit iterum pretio. Tu interim illis utere. IV.

IV.

DIPLOMATARIVM BOHEMICVM ET SILESIACVM.

§. 17. Hunc codicem debeo NORIBERGAE. Cum enim *an.*CIↃIↃCCXV. in hac urbe diuerterem frequentaremque antiquarios, caſu inopino reperi demum eundem in tabulario. Statim uidi primo intuitu, haberi in eo diplomatum egregiorum longam ſeriem. Sed cum plurima eorundem ediderint GOLDASTVS & BALBINVS; dubitaui, num in his aliqua ſupereſſent, quae latuiſſent adhuc. Poſtquam uero contuli meum theſaurum cum illo libro utroque: tum intellexi, quanti, quod emeram, eſſet faciendum. Nam edita notaui ac deleui, ne quis, uti noua, ederet iterum. *Diplomatarii BOHEMOSILESIACI hiſtoriola.*

§. 18. Sed eorum, quae in neutro reperi, tanti erant numeri ac momenta, ut credere liceat, hanc partem non leuem eſſe TABVLARII CARLSTEINENSIS, praeſertim tempore regum, LVZENBVRGENSIS proſapiae. HENRICI VII. Caeſaris; regis IOANNIS; CAROLI IV. & WENCESLAI *imperatorum*, quorum res in omni *Europa* geſtae ex noſtris poſſunt diſci ac ſuppleri. Et in his principio intereſt GERMANIAE noſtrae, euoluiſſe numeros eorum, quae aulſit a Germania adſcripſitque *Boemiae* ADOLFVS imperator an. 1292. *lib. III. num. 2. num. 5. p. 440. num. 6. p. 492.* Quod archi- *Diplomata maximi momenti & rerum inauditarum.* *In GERMANIA.*

chiprincipum,in Caeſaris electione, *ſuffragia uenalia*, tantum non ſordide, impudenter & ſupra omnem fidem *diplom. 3. p. 436.* Miſniae marchionis in *Auſtriam* iura *praetenſa* & poſtulata *p. 439.* ſpecimen alienationis inter epiſcopum & imperatorem reſciſſae, deficiente pontificis R. conſenſu *diplom. 36.* Auſtriae ducum *renuntiatio* in *Tirolenſem* comitatum 1336. dipl. 39. caſtrum *Lucenburg* dipl. 41. *Morauiam* dipl. 42. foedus Auſtriae ducum *aduerſus ipſum imperatorem* 1341. dipl. 44. *Boemiae* regum in *Carinthiam* renuntiatio 1341. dipl. 45. pro recuperando regno *Bohemiae* cum Henrico VII. imperatore pactum 1309. diplom. 46. de *Thuringiae* Landgrauio dipl. 47. Bohemiae regnum clientelare *Germanico* imperio 1335. dipl. 64. *Vogtlandia* Boemiae clientelaris facta 1356. dipl. 65. *Miſniae* Marchionum & Landgrauiorum *Thuringiae* clientela Wenceslao R. praeſtanda diplom. 67. & quae innumera alia plura. Quod in margine indicaui indice digito.

BELGAE. BELGAE expendant imperatorum, *Wilhelmi dipl. 7. p. 446. an. 1254. Richardi 1257. dipl. 9. p. 448.* de *Marciae & Baſconiae* ceſſione 1348. dipl. 64. Flandria ac Lucenburgenſi terra aliisque, hic commemoratis ac definitis.

GALLIA. GALLI cum *Boemiae regibus* & imperatoribus intelligant ſuorum regum *foedera inaequalia* p. 450. DELPHINATVM

&

& BVRGVNDIAM, Bohemico imperatori feudales & nexus clientelaris p. 451. 452. fruſtra in dubium uocati a Gallis. Vnde fabulatores ridendi & exſibilandi, Carolum IV. donauiſſe Galliae Regi regnum Arelatenſe. ANGLIS prodidimus arcanas rationes, quibus Carolus IV. imperator & *Angliae* & *Galliae*, *regum*, inuicem hoſtium, coluerit ſimulaueritque amicitiam & quantum penes imperatorem momenti in iſtis fuerit bellis 1346. *diplomatibus* 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. *ad p*. 469. Quae certe, pleniori fide & narratione, diuidiorum cauſas aperiunt & ſimultates inter regna utraque *Angliae* & *Galliae*, quam legi poteſt ac diſci ex iſtius aeui ſcriptoribus hiſtoricis. ITALIS damus *Siciliae* regum litteras clientelares erga imperatorem Romanum an. 1344. *diplom*. 20. 21. 22. 23. & ipſas ſatis ingenuas. HVNGARIS ſiſtimus foedera cum *Boemis* & *Auſtriacis* an. 1325. aliorumque *diplom*. 24. 25. connubia porro & pacta dotalia regum ſuorum cum Boemiae R. familia 1338. *dipl*. 26. 27. 28. POLONOS docemus ligas aduerſus *cruciferos ordines* 1356. *dipl*. 29. 80. connubia ex *imperatorum* familia augusta 1356. *dipl*. 30. 73. foedera *dipl*. 31. *adoptiones dipl*. 32. pacta & *contractus*, uiciniae ergo, *dipl*. 33. 34. *procuratoria* ad pacem cum *Boemiae rege* dipl. 35. 69. fines regundos *dipl*. 71. concordata cum Boemiae R. *dipl*. 72. *renuntiationes* Boemiae regis in *regnum Poloniae* 1335. admodum ſingulares

ANGLIA.

ITALIA.

HVNGARIA.

POLONIA.

&

& parum teſtatas aliis dipl. 74. 76. 77. *inducias* dipl. 75. *Maſſouiae clientelam* dipl. 79. 81. & quae ſunt eiusmodi. SILESIAE autem ordines conſpiciunt hic artes ſubactae patriae ſuae a Bohemiae regibus; omnium principatuum ſuorum uel oblationes in feudum ſingulares easque liberas & gratuitas uel interueniente pretio: principum ſuorum iura *potentatus* pleniſſima: ſucceſſionum ordines, unde confici ac ſuppleri poſſet ius publicum ſingulare Sileſiae principatuum a *dipl. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98.* ad libri finem.

SILESIA.

§. 19. Sacrarum antiquitatum & *Theologiae* cultoribus gratiſſima erunt plura, deinceps prelo danda. Nunc ſatis eſſe debet inſignis epiſtola PATRIARCHAE AQVILEGIENSIS, qua anno CIↃ CCC LVII. teſtatus eſt, ſe AVTOGRAPHVM S. MARCI euangelii Latine ſcriptum, poſſidere & rogatione Carali IV. imperatoris permotum fuiſſe, ut, cum ſacrorum ordinum conſenſu, eidem *duos quaterniones*, ut dicunt, donaret adficeretque hoc brabeo imperatorem inſigniter. Notaui aliqua in margine de hoc argumento, hic non repetenda.

Autographum MARCI *Euangeliſtae.*

§. 20. Vti uero in omnibus libris noſtris illud etiam agimus, ut oculos lectoris adiuuemus cum *ſummariis* in *margine*, tum *prooemiis*; quod operae eſt non leuis: ita ſcire oportet, *ſummaria* cum in *Bohemico* codice, tum in diplomatario *noui operis* me

SVMMARIA diplomatum.

me iam ſcripta inueniſſe. Quae nolui mutare meis uerbis ac ſenſibus. In laterum uero marginibus me non ſolum curauiſſe epitomen cuiusque chartae: ſed etiam ſingularia extra ordinem, ad excitandum animum lectoris. Rerum gnarus habebit ultima inſtar *commentarii* iurium ciuilis, canonici, feudalis, publici ac hiſtoriarum, in republica utilium. Interim tamen etiam ipſis codicibus quandoque adſperſa fuerant talia lumina, quae pariter reliquimus, non confundenda tamen cum noſtris, quibus multoties ſunt moleſta.

§. 21. Tu uero felix ideo GERMANIA! perge in his fortunis rerum, obliuione olim ſepultarum, prodeuntium nunc in lucem. Vtinam mihi plus otii eſſet in huius inſtituti conatu: ſuperarem in illis haud dubie editores foecundiſſimos. Nam de *Galliae*, *Angliae*, *Italiae*, *Poloniae*, *Hungariae*que regnis & omnibus *Germaniae* prouinciis, angulis ac territoriolis ac ciuitatibus tot manu exaratos faſciculos meo aere ac induſtria conduxi; ut loco ac numeris fere certare mea litteraria ſupellex poſſit cum tabulariis principum inſtructiſſimis. Non præſcius ſum eorum, quae uel mihi uel meis poſſunt euenire, cum caſus humani & repentini ſint & improuiſi: digeram igitur ſarcinulas meas hoc ſemeſtri; recenſebo ſingula, in illis ſigillatim uel meo tempore, ſi fuerim ſuperſtes inter mortales, edenda uel tamen, ſi diſceſſore

Hos theſauros GERMANIAE *gratulamur.*

Votum pro otio litterario.

&

relinquenda bonae memoriae ſerae poſteritatis. MARTENEOS; PEZIOS & DVELLIOS aliosque doctos & reuerendos patres proſpera magis ſata exercent in his inſtitutis. Quoniam colunt uitam ſolitariam, ut his curis unice animum poſſint defigere idque gratis, cum noſtris muneribus huius generis otia furtim ſubtrahenda & quaſi ſuppilanda, ipſa autem, paucis exceptis, quæ beneuolentiæ debemus huius argumenti patronorum, redimenda noſtro graui aere.

Cauſae VALETVDINIS *inſtauratae* CIↃ IↃCCXXII.

§. 22. Interim habeo, quod de ualetudine mihi graculer, recuperata in MANSFELDENSI, finium regundorum ergo, data legatione. Poſtquam enim aliquandiu uigilias egi in legendis huius argumenti *actis* ac inſtrumentis, ſaepe intempeſtiuas & ultra, quam ferunt laſſulae corporis uires, protractas: demum iter finium, cum legationis ſociis honoratisſimis, in conſortio præfectorum cuiusq; loci ſcultetorum & ſeniorum, fuerat pedibus emetiendum. Neque enim fidem habui oculis deiectis ex equo aut curru in lapides & loca finalia: malui omnium eſſe proximus αὐτόπτης. Quo rerum ſtatu aliter fieri non potuit, quam, ut per montes, colles, praecipitia, ualles nunc ſaxoſas iterumque condenſas arboribus ac ſyluis uel irem uel ſcanderem uel ducerer a ſatellitibus. Quo labore ac motu membra caluerunt & tum per omnes poros erupit ſudor, ut maderet & manaret corpus uniuerſum. Experientia teſte, ſcribo, me altero quouis die fuiſſe quaſi renatum, diſpulſos morbos, refectam mentem ac uires, quodam artis ἀναληπτικῆς ſiue *medicinae recuperatoriae* nouo ſpecimine, meo exemplo abunde comprobatae. Intellexi exinde anecdota MEDEAE, ſapientis. De qua fama apud *Stobaeum* ſupereſt: eandem carnes, *coquendo*, id eſt, *fatigando* in iuuentutem ac ualetudinem reſtituiſſe. Sed haec commoda priuata mea *itinerum finalium*. Publica PRINCIPVM AVGVSTISSIMORVM reſtant eſtque ſpes & fiducia ſingularis; fore, ut nunc, ſpatiis finium tanto labore emenſis, ſequatur demum PAX FINALIS, firma & apud poſteros duratura in *tabulis*; *lapidibus*; *arboretis*; *collibus ac uallibus*, *inſtrumentis ac chartis*. Ne deinceps POTENTISSIMORVM REGVM fines incerto ueluti iure regantur, inter odia, ſimultates ac aemulationes corriualium. Quod moneo ac meditor. In FRIDERICIANA die XV. Kal. *menſ. Maii*, anno CIↃ IↃCC XXIII.

RELIQVIAE
MANVSCRIPTORVM,
OMNIS AEVI
DIPLOMATVM
AC
MONVMENTORVM,
INEDITORVM ADHVC,
EX
MVSEO LVDEWIGIANO.
TOMVS V.

Google

DIPLOMATARIVM NOVIOPERIS, COENOBII HALENSIS, PROPE CASTRVM ARCHIEPISCOPALE, GIVIKENSTEIN.

AB AN. MCLX AD AN. MCCCCLX.

DIPLOMA I.

WICHMANNI achiepiſcopi Magdeburgenſis *confirmatio* & *collatio* plurium priuilegiorum coenobio S. *Mariae* iuxta *Halam*, NOVI OPERIS (*dem Neuenwerck*), ualde inſignium an. 1182.

WICHMANNVS *dei gratia ſanctae Magdeburgenſis eccleſiae archiepiſcopus.* Deeſt initium - - Vſibus coenobii noui operis ligna & ſal vna *naui* ſubuehatur in quaslibet partes *Sale*. Et ligna reuehantur ad quoslibet uſus ſine *thelonei* exactione, remittentes etiam cenſum arearum qui dicitur *Wurtpenninge*, in omnibus curiis eorum in platea ſancti *Nicolai* poſitis & in ſtrata, que dicitur fabrorum atque de *burchwardio* noſtro *Giuekenſteyn*. VIII. talenta pro prediis eorum *Glinde*. Preterea noſtre noſtrorumque ſucceſſorum protectionis autoritate confirmamus centum manſos in *Swinze*, quos dominus *Fredericus* Imperator, noſtro interuentu ex petitione dilecti cognati noſtri *Henrici comitis de* WETIN & fidelis noſtri *Bodonis de Schochewitz* de beneficio eorum predicte contulit ecclesie. Sed & hec, que uel aliorum fidelium collatione aut propria coemptione opti-

WICHMANNI *aepiſcopi Magdeburgici 1182.*

Sala nauigabilis.

Wurtpfenninge.

Gibichenſtein.

Schochwiz feudum Magdeburgicum.

Clodewelle. Canin. nuerunt, uidelicet *Clodeuelle* IIII. manſos, *Conene* V. & dim. *Wormelitz* IIII. hortum prata & lutum *Erikeſtorp* II. *Zeruine* XII. & dimid. *Dangmariſtorp* X. *Boſſendorp* V. *Oſruze* unum, *Bozewe* unum, *Groberwize* unum, *Hunleue* II. *Opzene* II. *Wunowe* unum, *Vphuſen* VI. & dimid. *Cokenburch* II. & molendinum *Lezkowe* II. *Broiz* III. & dim. duos in *thuringia*, unum in *Ringleue*. Alterum *Burchsleue* foueamque *lapidum molarium* cum area. *Gribene* VIII. manſos & pomarium cum omnibus poſſeſſionibus, quaſcunque eadem eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione *pontificum*, largitione *regum* uel principum, oblatione fidelium ſeu aliis quibusque iuſtis modis deo propitio adipiſci poterit. *Praepoſitus coenobii. Immunitas.* Predicte vero *canonice prepoſitum* hoc donamus libertatis priuilegio, ut nullius expeditionis aut alterius *ſeruitii* incommoda vexatione grauetur. *Concilia Magdeburgica.* Si uero *concilia ſanctorum* patrum aguntur, vocatus adueniat & debitum honorem ſuo *archiepiſcopo* exhibeat. *Monachis, qui canonici, ius eligendi abbatem.* *Canonici* autem defuncto patre alterius profeſſionis clericum non cogantur accipere, ſed quem in ipſa *canonica* vita probatum moribus ornatum perſpexerint, libere & concorditer eligant & ſibi preficiant. Quod ſi in eligendo prepoſito vota partium ſe *diuiſerint*, aliis alium clamantibus, *ſanior* pars, fa- *Diſcordante collegio, epiſcopus.* uente gratia epiſcopi, quem elegerit optineant. Idem vero qui & *prefectus* urbis Magdeb. *aduocatus* eorum ſit, *Burggrauius aduocatus. Subaduocatus prohibitus,* nullumque *ſubaduocatum*, niſi rogatu prepoſiti fratrumque eius ſubſtituat, quem ſi minus utilem ſibi perſpexerint, ſecundum petitionem eorum amoueat ac melioris ſubſtitutione, prout anime ſue conſultum eſſe uelit, ipſis prouideat. Si quis autem hanc noſtram ſanctionem

nem auctoritate dei omnipotentis ac beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ſub comminatione *banni noſtri* firmatam auſu temerario aliquatenus uiolare preſumſerit, eterno anathemati ſubiaceat & a communione corporis & ſanguinis domini noſtri Iheſu Chriſti & ſupernorum ciuium uſque ad condignam ſatisfactionem alienus exiſtat. Amen. Huius rei teſtes ſunt, Euerhardus *Merſeburgenſis* epiſcopus, Martinus *Miſnenſis* epiſcopus, Rokerus *Magdeb.* maior prepoſitus, & eiusdem ecclefie canonicus, Otto prepoſitus ſancti *Sebaſtiani*, Theodericus prepoſitus de *Nuenburch*, Gero *Vicedominus*, Bertoldus, Conradus, Hermannus, Fredericus prepoſitus de *Seburch*, Hermannus decanus de *Miſne*, Ekkehardus prepoſitus de *monte*, Bernardus *dux*, Otto marchio *Miſnenſis*, Tidericus *marchio*, Dedo *comes*, Burchardus *Burchgrauius* Magdeb. & frater eius Geuehardus, Conradus Caſtellanus de *Giuekenſteyn*, Ekkehardus & filius eius Fredericus, Gardolfus de *Seburch*, Otto de *Thobin* & filius eius Burchardus, Conradus de *Wetin*, Hinricus *pincerna*, Tidericus de *Gotenitz*, Richaedus de *Alisleue* & fratres eius Hinricus & Gümpertus, Giuehardus de *Wranikenſteyn*, Rodolfus de *Iericho*, Conradus de *Burch*, Criſtianus, Bruno, Iohannes & frater eius Heidenricus de *Giuekenſteyn*, Volcmarus *Scultetus* de Halle, Luderus & fratres eius Eico & Burchardus, Bruno & Rodolfus, Ratmanus, Fredericus Conradus & frater eius Burchardus, aliique ciues *Hallenſes*. Datum Hallis XVI. Kal. Martii apud ipſam ſancte *Marie* ecclefiam. Anno dominice incarnationis M. C. LXXXII. Indictione XV. A Venerabili *Wichmanno* ſancte Magdeb. eccleſie Archiepiſcopo. Preſulatus eius

Teſtes.
1) Antiſtitum.
2) principum.
3) comitum.
4) officialium.
5) nobilium
6) ciuium.
Datum.

anno XXXI. Regnante glorioſſimo romanorum imperatore *Frederico* primo Imperii eius anno XXXI.

DIPLOMA II.

Priuilegium domini *Wichmanni*, Archiepiſcopi de certis *bonis* Monaſterii datis & confirmatis CIƆ C LII.

VVichmanni.

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis.* WICHMANNVS *dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus.* Pontificalis diligentie diſcretioni conuenit ſubditorum utilitatibus prudenter prouidere & religioſorum loca pia ſollicitudine tueri. Hoc intuitu eccleſiam *beate dei genetricis* & uirginis *Marie* ſitam iuxta *Hallam* a beate memorie *Adelgoto* Archiepiſcopo primitus fundatam diligere, honorare & fouere iuſtum ducentes, quecunque predeceſſores noſtri ſiue alii fideles Chriſti eidem uenerabili loco contulerunt auctoritate dei omnipotentis confirmamus, adiicientes noſtre deuotionis indicia, Eccleſiam uidelicet in *Niqnirbuze* cum omnibus utilitatibus ſuis. Duos manſos in eadem uilla, Tres manſos in *Gunniſte.* Manſum unum in *Nimozene* IIII. manſos in *Wormelitz*, cum pratis & paſcuis ad eos pertinentibus, decimam in *Glinde*, decimam in *Koſwice* de fundo eccleſie, decimam in *Oberwize* de fundo eccleſie. Remiſimus nichilominus cenſum, qui ad noſtram iuſticiam ſpectabat de *ſalſa aqua* ad conficiendum *ſal* in area, cimiterio adiuncta, ſtatuentes, ut ad prouidenda fratrum uſibus ligna ſal una naui ſubuehatur in ulteriores partes fluminis *Sale*, & ligna reuehantur ad quoslibet uſus ſine thelonei exactione. Ne quis autem fratres monaſterii ſuper hiis inquietare aut moleſtare inpoſterum preſumat,

Deſcriptio coenobii iuxta Hallam.

Collatio plurium.

Cenſus de ſalſa aqua.

Confectum ſal in area.

mat, uirtute ſpiritus ſancti & auctoritate Petri & Pauli & domini Pape Adriani & noſtra omnia hec confirmauimus & paginam hanc ſigilli noſtri impreſſione roborari iuſſimus. Huius autem noſtre ſanctionis hii TESTES ſunt: Walo *Hauelbergenſis* epiſcopus, Arnoldus abbas de *monte*, Bertoldus abbas de *Amnisleue*, Canonici *Razeko* decanus & prepoſitus beati Sebaſtiani. Adelogus ſacerdos, Widoifus *prepoſitus*, Bruno *archidiaconus*, Sifridus prepoſiti ſancti *Nicolai*, Gerbrandus diaconus, Otto *vicedominus* & prepoſitus *Bibernecenſis*. Theodericus ſubdiaconus, Adelbertus *canonicus* beati Nicolai, Conradus *prepoſitus* beate Marie, Lambertus in Gratia dei prepoſitus, Lambertus in *Liezk* prepoſitus, Rokerus *Polede* prepoſitus, Otto *marchio*, Burchardus *comes urbis* & Burchardus filius eius, Waltherus de *Arnſteyn*, Theodericus de *Tangermunde*, Conradus & Craft & Ekkehardus de *Giuekenſteyn*, Burchardus de *Rosburch* Miniſteriales, Sifridus *Scultbetus* Magdeb. Adelhelmus de *Burch* & filii eius Gernoth, Heidenricus, Heidenricus de *Grubowe*, Hermannus de *Plothe*, Adelbertus de *Giuekenſteyn*, Otto, Chriſtianus filius eius. Volcmarus *Scultetus Hallenſis*. Iupertus *comes ſalis*, Otto Hermannus. Datum Magdeb. VI. idus Martii, Preſidente ſancte uniuerſali eccleſie Adriano papa II. Regnante romanorum glorioſo Imperatore Friderico Primo.

Teſtes.
1) *antiſtites.*
2) *princeps.*
3) *comes urbis.*
4) *miniſteriales*
Scultetus.
Plothe.
Comes ſalis.
Datum.

DIPLOMA III.

Priuilegium domini Wichmanni Archiepiſcopi Magdeburgenſis, in quo donauit monaſterio eidem quatuor *ſartagines* in fonte *teutonico* 1178.

WICHMANNI 1178. IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis* WICHMANNVS *dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus.* Notum facimus uniuerſis tam preſentibus quam futuris chriſti fidelibus, quod nos pro remedio anime noſtre per interuentum fidelis *cappellani* noſtri *Rotmanni* contulimus eccleſie beatiſsime dei genitricis *Marie* ad *Nouum opus* in Hallenſi ciuitate tantam portionem de *puteo Salinarum*, ut ad coquendum ſalem quatuor inde *panne* iuſtruantur. Siquidem idem Rotmannus *curiam* ſuam adiacentem douauit prefate eccleſie ſub ea diſpoſitione, ut de cenſu tam curie, quam predictarum *IIII. pannarum* in anniuerſario ſuo fratribus iam dicte eccleſie perpetim refectio adminiſtretur. Hanc igitur & noſtram & prefati cappellani noſtri donationem, que nichilominus per manus noſtras facta eſt, auctoritate dei omnipotentis & beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ratam eſſe decernimus, eamque *banno* domini Pape & noſtro confirmamus. Huius rei TESTES ſunt: Heidenricus *Hallenſis* prepoſitus, Rodolfus eiusdem eccleſie *canonicus*, Olricus *notarius*, Olricus *dux*, Heidenricus *camerarius*, & Norbertus *ſaltgrauius*, fraterque eius Ebbeko & alii quam plures. *Actum* in urbe *Giuekenſteyn*. Anno dominice incarnationis M. C LXXVIII. II. idus Decembris. Regante domino *Frederico* glorioſisſimo Romanorum Imperatore & ſemper Auguſto feliciter Amen.

panne, ſartago.

banno pape confirmare.

Teſtes.

Saltgrauius.

Actum 1178.

DIPLOMA IV.

Priuilegium WICHMANNI Achiepiſcopi Magdeburgenſis, in quo interuentu Sigifridi *Nuenburgenſis* & *Magdeburgenſis*

ſis abbatis & Borchardi Magdeburgenſis *Burggrauii*, dat locum molendino aptum in lacu *Sale* fluminis CIↃC LXX.

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis* WICHMANNVS *dei gratia ſancte Magdeb. eccleſie Archiepiſcopus.* Pontificalis officii eſt religioſas quaſque perſonas diligere & utilitatibus eorum modis omnibus conſulere. Vnde notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus Chriſti fidelibus, quod nos interuentu ac petitione dilecti noſtri Sigefridi *Niemburgenſis* ac Magdeburgenſis abbatis & Burchardi *Magdeburgenſis Burchgrauii* aliorumque *fidelium noſtrorum* locum *molendino* aptum in *lacu Sale* flunii iuxta *pontem*, in cuius edificatione *ciues Hallenſes* conuenerant, *fratribus in Halla* Deo & beate genitrici eius Marie Famulantibus perpetuo iure poſſidendum tradidimus eo tenore, ut nec *ibi* nec *infra* terminum molendini eorum ſuperioris, quod in eodem *lacu* ſitum eſt, usque ad uillam *Gummerſte* non fiat molen[illegible]um ex utraque parte littoris nullus inpoſterum preter eos molendinum *ſtatuere preſumat. Foramen* etiam curie eorum contiguum claudatur, ubi aquam libere colligant & ita ſuis uſibus deſeruire faciant, ut canale, per quod tranſire habet tempore oportuno, claudatur & dum res poſtulat, nauigantibus ad aſcenſum ſeu ad deſcenſum commodum aperiatur. Vt autem hec noſtra donatio rata & inconuulſa permaneat, auctoritate dei omnipotentis & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli ſub comminatione banni noſtri firmiter ſtatuimus, ut nulla *eccleſiaſtica* ſecularisue perſona ſupra nominatos ueſtros ſuper hac re inquietare

WICHMANNI an. 1170.

Molendinum *in lacu* Sale.

Gummerſt.

Cataractae in Sala.

Sanctio.

uel uſum profuture inde utilitatis eis ſubducere uel intercipere preſumat. Si quis autem hanc noſtram ſanctionem auſu temerario aliquatenus uiolare ſeu *adnullare* temptauerit, eterno anathemati ſubiaceat & communione corporis & ſanguinis domini noſtri Iheſu Chriſti & ſocietate *ſupernorum* ciuium usque ad condignam *ſatisfactionem* ſeſe priuatum ſciat, & imminens iudicium pertimeſcat. Huius itaque rei TESTES ſunt Sigefridus predictus *abbas*, Robertus Magdeburgenſis eccleſie *prepoſitus*, Gero *Vicedominus*, Heidenricus *Hallenſis prepoſitus*, Fredericus *notarius*, Burchardus *Burcbgrauius*, Comes Thedericus de *Birka*, Comes Burchardus de *Valkenſten* & filius eius Theodericus, Conradus de *Giuekenſtein*, Ekkehardus & filius eius Fridericus, Ericus de *Gatersleue*, Aluicus de *Wanzeleue*, Conradus & Gero de *Maktferue* Heidenricus *camerarius*, Albertus de *Giuekenſteyn*, Erenfridus de *Suterhuſen*, Hero, Criſtanus & Bruno *miniſteriales* de *Giuekenſtein*, Bruno & frater eius Rodolfus *palatinus*. Ludgerus & frater eius Burchardus, Ratmarus, Conradus & frater eius Burchardus, Henricus rufus aliique quam plures *ciues Hallenſes*. *Acta* ſunt autem hec, Anno dominice incarnationis M C LXX. II. Indictione. Concurrente Epacta. Regnante domino Frederico Glorioſiſſimo romanorum imperatore & ſemper auguſto feliciter Amen.

Purgatorium. *Teſtes.* *Camerarius* *Palatinus.* *Acta an. 1170.*

DIPLOMA V.

Priuilegium domini Wichmanni, in quo dat *nauigium* a uilla *Gimmeritz* uerſus meridiem, & foueam *lapidum*, dominicali in *Geuekenſteyn* contiguam.

In

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis* WICHMANNVS *ſancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus.* Diuine propitiationis gratiam per hoc nobis placandam ſperamus, ſi piis fidelium laboribus aliquod noſtre opitulationis ſolatium impendimus. Ea propter dilectis fratribus noſtris Deo ſueque genitrici uirgini *Marie* ad *Nouum opus* Halle famulantibus pro ſpe diuine remunerationis *nauigium a uilla Gummeriſte uerſus meridianum ortum* eiusdem clauſtri, tempore uidelicet inundationis Sale & quando *pontis* interruptio transmeandi facultatem abſtulerit, libere conceſſimus ita uidelicet ut nemo ibi absque *eorum permiſſu* aliqua transducere preſumat. *Foueam* etiam lapidum, dominicali noſtri in *Giuekenſteyn* contiguam molendino eorum *Trote* neceſſariam eis ſuperaddimus. Et ut nemo ſuper hiis inpoſterum eos inquietare aut moleſtare preſumat paginam hanc conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione roborari fecimus. Hii autem ſunt TESTES Ekkehardus prepoſitus de *monte*, Fridericus *canonicus* beati Sebaſtiani in Magdeburch, Conradus *comes*, Sifridus comes, Volcmarus *ſchultetus*, Adelbertus & Ekkehardus, item Adelbertus & Chriſtianus de *Giuekenſteyn*, Heidenricus & Henricus frater eius de *Seburch*, Wernerus *marſcalcus*. Actum *Halle* XVI. Kal. Aprilis.

WICHMANNI archiep. *Molendinum* Trote. *Teſtes.* *Mareſcalcus.*

DIPLOMA VI.

Priuilegium domini Wichmanni archiepiſcopi Magdeb. in quo donauit locum *uinee* aptum iuxta *trote* & I. manſum in *Wormelitz* CIↃ C LXV.

WICHMANNVS *Dei gratia ſancte Magdeburgenſis*

WICHMANNI 1165.

genſis eccleſie Archiepiſcopus.. Notum eſſe uolumus omnibus tam preſentibus quam futuris, quod nos ex benigno affectu pro petitione & dilectione *prepoſiti* domini Conradi de *Nouopere* quedam in concambio, quedam ex gratia tam incultis quam non cultis ab omnibus libere abſoluta, qui aliquod ius in hiis habebant in campo iuxta *Trote* ad opus edificande *vinee* ei & eccleſie ad honorem dei, ſancte Marie uirginis, & ſancti Alexandri ad uſus perpetuos legittime dimiſimus. Et ne id aliquis aut hoc quod ex permiſſiua uoluntate noſtro de manſo uno in *Wormelitz* cum omni utilitate attinente rationabiliter factum eſt qui ad uſus fratrum pro remedio anime domini *Cruſtonis* beate memorie per manum filii ſui Adelberti oblatus eſt eidem eccleſie poſſit aut debeat infringere utriusque donationis gratiam auctoritate noſtra ſub anathemate confirmamus & preſenti pagina ſub *ymagine ſigilli noſtri* ſignamus. Hec noſtra conſtitutio & conſtitutionis confirmatio *Acta* eſt in *Giuekenſteyn* anno ab incarnatione domini MCLXV. Indictione XIII. Kl. Decembris. TESTES huius rei ſunt hii Adelbertus *capellanus*, Fridericus *notarius*, Henricus ſacerdos de *Giuekenſteyn*, Conradus, Ekkehardus, Albertus, Albertus, Conradus *Sculthetus*, Chriſtianus, Volcmarus de Giuekenſteyn, Heidenricus camerarius Henricus frater ſuus & Erenfridus de Suterhuſen & alii quam plures *clerici religioſi & laici*.

Trote vinea. *VVormelitz* *Pro anima Cruſtonis.* *Imago ſigilli* Actum in *Giueken-ſtein 1165.* *Teſtes.* *Clerici religioſi & laici.*

DIPLOMA VII.

Priuilegium WICHMANNI Archiepiſcopi in quo donauit uillam *Ruach* circa *Caluis* & prepoſitus *nouioperis* dedit in reſtaurum in *Edeleriſtorp* CIↃ C LXI.

In

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis.* WICHMANNVS *Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus.* Pontificalis officii eſt religioſas quasque perſonas diligere & utilitatibus earum modis omnibus conſulere hoc intuitu uillam que *Ruach* dicitur, fidelium noſtrorum Magdeburgenſis *comitis Burchardi de Querenvort* & filiis eius, S. fratribus eccleſie marie dei genitricis iuxta *Hallam* dedimus. Et quoniam eadem uilla ſoluens XXX. ſolidos ad *magdeburgenſem comitatum* attinebat. Predicti nobiles de alio beneficio ſuo duo talenta in *Hallo* & *Wylmersleue* talent. reſtituerunt pro eo. Pro *decima* etiam que ad uſus ſpectabat fratrum beati Mauricii in *Maydeburch* Conradus prepoſitus *Hallenſis* manſum cum area in *Edeleriſtorp* prememoratis fratribus aſſignauit. Expeditam igitur ſic liberamque ab omnibus villam fratribus prenominate eccleſie auctoritate apoſtolorum Petri & Pauli & noſtra confirmauimus. Et ne quiſquam inpoſterum ſuper hiis eos inquietare uel moleſtare preſumat preſentem paginam conſcribi & teſtium aſtipulatione ac ſigilli noſtri impresſione roborari fecimus. Hii autem ſunt TESTES, Walo *Hauelburgenſis* epiſcopus, Willimarus *Brandenburgenſis* epiſcopus, Arnoldus *Magdeburgenſis* abbas, Otto maioris eccleſie *prepoſitus* & *camerarius*, Sifridus Decanus ibidem. Nicolaus *prepoſitus*, Wiboldus *prepoſitus*, Hinricus beati Sebaſtiani *prepoſitus*, Fredericus *presbiter*, & Archidiaconus, Rocherus *Vicedominus*, Burchardus *Archidiaconus*, Tidericus, Ludewicus, Adelbertus & *canonicorum* uniuerſitas. Balderamus *prepoſitus* beate Marie, Ekkehardus beati Petri in *ſereno monte* prepoſitus, Guntherus in gratia dei *prepoſitus*, Adelbertus *marchio*, Otto filius eius *Brandenburgenſis marchio*, Fridericus *palatinus* comes, Walterus de *arnſtede*.

WICHMANNI 1161.

Ruach.

Comes de Querfurt, fidelis aepiſcopi.

Comitatus Magdeburgenſis.

Teſtes.

Camerarius, antiſtes.

Canonici.

Marchio Br. Adelbertus. Palatinus.

Con●

Cono de *Vippera* & Bernhardus frater eius. Badericus Fredericus de *aniuorſleue,* Eluicus de *meringe*, Arnoldus *aduocatus* de *gline* & filius eius Tidericus, Burchardus & Sifridus de *Rosburch*, Woltmarus *Hallenſis Scultetus* & Volcmarus filius eius, Adelbertus *miniſterialis*. Et alii tam de clero quam de populo complures. *Actum* Magdeburg XII. Kl. Decembris. Anno dominice incarnationis MCLXI. Indictione nona, Regnante & imperante glorioſiſſimo Romanorum Imperatore *Frederico*, Anno *regni* eius X. *Imperii* uero ſeptimo.

Vltimus, miniſterialis.

Actum 1161.

DIPLOMA VIII.

Priuilegium OTTONIS Archiepiſcopi de reuocatione *Iudicis foranei* apud ſanctum *Mauritium* in *Hallis* CIƆCCCXXXII.

OTTONIS.

NOs OTTO *dei gratia Sancte Magdeburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus.* Vniuerſis preſentes literas inſpecturis facimus manifeſtum, quod olim uenerabilis pater in Chriſto quondam ſancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus felicis memorie dominus *Borchardus* noſter anteceſſor Honorabili uiro *prepoſito* ſancti Mauritii in Hallis & ſuis ſucceſſoribus in perpetuum *Iurisdictionem officialatus* transſalam commiſit & conceſſit, prout hoc in ſuis literis uidimus plenius contineri. Quam ad ſupplicationem dicti prepoſiti, in quantum ad nos pertinebat, confirmauimus per noſtras literas, quas ſuper hoc dedimus ſibi ſpeciales. Verum quod pretextu huiusmodi conceſſionis Honorabilis uir *prepoſitus nouioperis* prope Hallis Archidiaconus per quatuor ſedes ſcilicet *Colmenſem, Hallenſem, Sorbeke* & *Brachſtede* grauem ſibi conquerebatur & ſue eccleſie preiudicium generari

Burchardus aepiſcopus.

Officialatus iurisdictio.

rari. Aſſerens huiusmodi conceſſionem ſiue commiſſionem de *iure* fieri non poſſe nec debere, eo quod ipſi *Archidiaconus Iurisdictionem & exercitium cauſarum ſolus habere conſueuit.* Ita quod nullus officialis *ſomneus* uel alius per noſtros anteceſſores conſueuit poni in loco *Archidiaconatus* ſui ſupradicti. Nos igitur *Otto* predictus licet huiusmodi cognitionem queſtionis noſtro commiſerimus *officiali Magdeburgenſi* audiendam & *uia iuris* terminandam. Tamen uolentes dictarum partium laboribus & multis *diſſenſionibus* diſcordiis & expenſis occurrere, que ex huiusmodi litibus proſpeximus exoriri, dictam *queſtionis materiam* noſtro examini & deciſioni decreuimus *reſeruandam* de conſenſu & uoluntate utriusque partis hoc *arbitrantium* ſponte & promittentium gratum & ratum obſeruare. Quicquid per nos *arbitratum* uel pronunciatum fuerit in prefato negotio *uia iuris.* Vnde uiſo & examinato funditus predicto negotio habitaque deliberatione matura decernimus & pronunciamus: predictam conceſſionem una cum confirmatione *reuocandam de iure eſſe.* Ipſamque per noſtram preſentem literam & pronunciationem reuocamus predictam conceſſionem ſeu commiſſionem & *officialatui* noſtre curie reunimus. Quia huiusmodi conceſſionem perpendimus & inuenimus ſine preiudicio ſtare non poſſe de *iure archidiaconatus* memorati. Preſentium noſtrarum teſtimonio literarum quibus noſtrum ſigillum eſt appenſum. DATVM *Magdeb.* Anno domini M CCC XXXI. in octaua beatorum *Petri & Pauli* apoſtolorum.

Iurisdictio archidiaconi.

Officialis Magdeburgicus.

Compromiſſum.

Laudum.

Reunire.

Datum. 1331.

DIPLOMA IX.

Priuilegium OTTONIS Archiepiſcopi de dona-

donatione *Iurispatronatus* in *Geuekenſteyn* pro Iurepatronatus in *Werbene Haluerſtadenſis* dyoceſis CIↃ CCCXLI.

Ottonis 1341. OTTO *dei gratia Sancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus*. Vniuerſis tam preſentibus quam futuris preſentia viſuris ſeu audituris Salutem in perpetuum. Quia iuxta uarietatem temporum, perſonarum & locorum neceſſarium eſt prouidere locis & perſonis. Igitur nos cum conſilio & conſenſu *totius* noſtri *capituli* matura deliberatione & tractatibus prehabitis *ius patronatus* & *eccleſiam parochialem in Geuekenſtein* noſtre dyoc. cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis Viris honorabilibus ac religioſis prepoſito & conuentui monaſterii *nouioperis* prope *Hallis* regularis eccleſie eiusdem dyoceſ. noſtre cuius *preſentatio* & *collatio* ad nos pertinere dinoſcitur: donamus & preſentibus *incorporamus* pleno iure. Ita quod ipſa eccleſia per *canonicum* dicti monaſterii, quem prepoſitus ibidem inſtituendum duxit, perpetuis temporibus gubernetur noſtre eccleſie noſtris & ſucceſſorum noſtrorum, ac omnium aliorum, quorum intereſt iuribus priuilegiis & libertatibus ſemper ſaluis, quibus per huiusmodi *noſtratus* donationem & incorporationem in nullo uolumus penitus derogari. Prepoſitus uero & conuentus dicti monaſterii in *recompenſam* preſentis donationis & incorporationis parrochialem eccleſiam in *Werbene Haluerſtadenſis* dyoceſis & *ius patronatus* ipſius ad eos ſpectans de iure cuiusque poſſeſſione pacifica potiuntur in nos & noſtram *eccleſiam* cum omnibus ſuis iuribus, priuilegiis, libertatibus & pertinentiis titulo *donationis* ſeu *permutationis* ſponte & liberaliter tranſtulerunt. Renunciantes omnibus iuribus actionibus & de-

Conſenſu capituli opus.

Ius patronatus.

Praeſentatio & collatio.

Patronatus in VVerbene.

Contractus mixtus ex donatione & permutatione.

& defenſionibus eis competentibus quibus ſe quoad hec contra nos uel noſtram eccleſiam & noſtros ſucceſſores iuuare poſſent in futurum. In premiſſorum omnium *teſtimonium* preſentes literas munimine noſtri ſigilli fecimus roborari. Et nos Hinricus *dei gratia prepoſitus*, Arnoldus decanus totumque *capitulum* eccleſie Magdeburgenſis predicte in euidentiam noſtre uoluntatis & conſenſus accedentium ad premiſſa, *Sigillum* noſtri *capituli* una cum *ſigillo* prefati domini noſtri *Archiepiſcopi* preſentibus fecimus apponi. DATVM Magdeb. Anno domini M. trecenteſimo quadrageſimo primo, feria ſexta ante dominicam Eſto michi.

Formula: dei gratia *utitur prae-poſitus.*
Sigillum 1) *capituli.* 2) *aepiſcopi.*
Datum 1341.

DIPLOMA X.

Priuilegium OTTONIS Archiepiſcopi de donatione unius *curie* in *Geuekenſteyn* CIϽ CCC XXX.

NOS OTTO *dei & APOSTOLICE ſedis gratia Sancte Magdeburgenſis eccleſie electus.* Omnibus hanc literam inſpecturis facimus manifeſtum & tenore preſentium profitemur. Quod ueniens ad nos frater Iohannes Conuerſus monaſterii *noui operis* prope *Hallis* exponens quod quandam curiam in *Geuekenſteyn*, quam ut eccleſiaſticus quondam inhabitauit, de qua ſingulis annis unus *ferto* & quatuor *pulli* ſingulis annis ſoluuntur apud Henricum *Scriptorem opidanum Hallenſem* conparauerit, quam a nobis in feudo tenuit & habuit prenotatus, nobis humiliter ſupplicauit, ut ipſam curiam & ipſius cenſum Monaſterio *nouioperis* appropriare dignaremur ad ſeruiendum *lumini* ſeu *Candele*, que ad *eleuationem ſacri & precioſi corporis domini noſtri Iheſu Chriſti eſt deputata.* Cuius

OTTONIS.
Ferto.
Candela ad eleuationem corporis Chriſti.

ius precibus humilibus fauorabiliter annuentes ipſam curiam & eius cenſum eidem monaſterio cum *conſenſu* & *bona voluntate noſtri capituli* appropriamus, eximentes nichilominus eandem curiam ab omni ſeruitio & onere ſeruiendi. In cuius *teſtimonium* noſtrum *ſigillum* preſentibus eſt appenſum. Et nos Henricus *prepoſitus*, Conradus *Decanus* & *Capitulum* eccleſie ſupradicte recognoſcimus, quod predicta *appropriatio* cum noſtra facta eſt uoluntate & conſenſu & in huius ſignum noſtre eccleſie *ſigillum* preſentibus eſt appenſum. DATVM *Geuekenſteyn* Anno domini M CCCXXX. XVII. die menſis Aprilis.

Conſenſu capituli — *Sigillum.* — *Acceptatio.* — *Datum 1330.*

DIPLOMA XI.

Priuilegium domini ALBERTI *Archiepiſcopi* de reuocatione *iudicis foranei* a prepoſito ſancti Mauritii CIↃCCCXCVII.

ALBERTVS *Dei & apoſtolice ſedis gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus.* Vniuerſis & ſingulis preſentes noſtras literas inſpecturis in domino ſalutem. Et ſi quandoque congruis incitati rationibus motibusque inclinati ſingularis fauoris quedam ordinando concedimus, pro uarietate tamen temporum, ſi tendant ad *noxam*, uberiori ſuffragio eis conuenit ſuccurrendum. Sane cum pridem *Honorabilem* uirum dominum *prepoſitum* Monaſterii ſancti *Mauricii* in Hallis ordinis ſancti *Auguſtini* noſtre dyoceſ. *officialem foraneum* & *Iudicem Iurisdictione* ad nos ſpectante ex cauſis tunc nos mouentibus commiſiſſemus auctoritate noſtra exercendam. Quia tamen pretextu conſtitutionem & commiſſionem huiusmodi Honorabilis uir dominus *prepoſitus* mona-

ALBERTI 1397. — *Praepoſitus S Mauritii in Hallis.*

monaſterii *nouioperis* prope Hallis ordinis & dyo- *Archidiaconatus*
ceſis eiusdem, qui nomine ſui monaſterii *archi-* *cauſa reuo-*
diaconatum Hallenſem optinens per quatuor *ſe-* *catur iuris-*
des uidelicet Hallenſem, *Colmenſem*, *Sorbeke* & *dictio.*
Brachſtede iurisdictionem ab antiquo exercere ha- *In quatuor*
bet & conſueuit in ſue *iurisdictionis* exercitio ledi *Sedibus.*
preſumitur & preiudicialiter perturbari Nos au-
tem qui noſtra incommoda, ut inter ceteros pa- *Sententia*
cis *tranquillitas* uigeat & foueatur, *examinato* *ex partium*
prius cum ſumma diligentia ipſo negotio & eius *conſenſu.*
circumſtantiis habitoque ſuper hiis cum honora-
bilibus dominis prepoſito, decano & capitulo ec-
cleſie noſtre ſollerti tractatu & de ipſorum *con-*
ſenſu pariter & aſſenſu predictas conſtitutiones *of-* *Officium*
ficii foranei & *iurisdictionis*, commiſſionem dicto *foraneum.*
domino prepoſito ſancti Mauritii per nos factam
ac omnia & ſingula que ex ipſis conceſſione &
commiſſione dependent, de *conſenſu dicti capit-* *Conſenſus*
tuli noſtri reuocanda duximus & preſentibus reuo- *capituli.*
camus. Saluis illis dumtaxat, que literis noſtris
fidelibus noſtris opidanis in *Hallis* gratioſe conce-
dentes indulſimus, quibus & eorum indulto per
preſentes nolumus in aliquo derogari. In cuius
rei *teſtimonium* preſentes literas fieri & *ſigillo* no- *Sigilla.*
ſtro & capituli noſtri in ſignum conſenſus com-
penſione iuſſimus roborari. Et nos Henricus de
Werberge prepoſitus, Iohannes de *Guten* decanus
totumque capittulum eccleſie Magdeburgenſis
quod premiſſa cum conſenſu & uoluntate noſtris
facta cognoſcimus in *ſignum* conſenſus & uolun-
tatis noſtre *ſigillum capituli noſtri* una cum ſigillo
Reuerendiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri
domini *Alberti* ſancte Magdeburgenſis eccleſie
Archiepiſcopi preſentes literas duximus munien-
das. DATVM *Magdeburg* Anno domini M CCC *Datum*
XCVII. Ipſo die ſancti Michaelis archangeli. *1397.*

DIPLOMA XII.

Priuilegium ALBERTI Archiepiſcopi de donatione eccleſie S. Vdelrici & *montis ſancti Petri* cum ſilua prope *Iudenberch* CIↃ CC XIII.

ALBERTI 1213. legati apoſtolici.

I*N nomine ſancte & indiuidue trinitatis.* ALBERTVS *dei gratia Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus, Apoſtolice ſedis legatus.* Ne gratitudinis noſtre uirtus gratiam debite fecunditatis amittere conprobetur non reſpondentibus nobis condigne meritis, deuotorum deuotioni dilecti filii *Popponis* eccleſie *nouioperis* Hallenſis prepoſiti ac conuentus eiusdem ibidem in honore beate Marie intemerate ſemper uirginis inſtituti quam crebra nobis operum argumenta commendant dignis uolentes premiis imminuere. Eccleſiam beati *Odalrici* & Capellam beati Petri ſpectantem ad illam in *ciuitate noſtra Hallenſi* cum omni iure & attinentiis ſuis eidem prepoſito & prefate eccleſie ſue legittima *donatione* conferimus inperpetuum poſſidendam. Statuentes, ut poſt tempora uite noſtre in *anniuerſario* obitus noſtri die fratres dicti conuentus de prouentibus earum ſingulis annis in XXX. *ſolidorum* & in anniuerſario pie recordationis *Alberti* quondam eccleſie noſtre decani piam memoriam recolentes. Quamdiu uero dominus prorogauerit dies noſtros fratres conuentus ipſius ſingulis annis in die glorioſorum martirum beati *Mauricii* & ſociorum eius patronorum eccleſie noſtre *hiſtoriam* de ipſis martiribus, quam perſonaliter attulimus de loco paſſionis eorum in eadem eccleſia perpetuis temporibus *cantaturi* ſupradicta conſolatione gaudebunt poſt mortem noſtram in noſtrum *anniuerſarium* transferen-

Donatio.

anniuerſarii ergo.

Et hiſtoriae S Mauritii.

ferenda Siluam quoque iuxta *Gudenberch* quam *Iudenburg.*
prepoſitus & conuentus predicti ab Henrico de
Gudenberg & Ludolfo *pincerna* noſtro centum ſe- *Pincerna.*
xaginta Marcarum pretio liberatam in noſtris fecerunt manibus reſignari, eidem nichilominus eccleſie conferimus cum omni plenitudine iuris ſui. Vt autem hec donatio noſtra ſtabilis in eternum & inconuulſa permaneat nos eandem eccleſiam preſenti ſuper hoc priuilegio munientes ipſam auctoritate qua fungimur, confirmamus eidem per excommunicationis ſententiam inhibentes ne quis uenire preſumat temere contra eam.
TESTES huius rei ſunt Wernerus *prepoſitus* de *Hynoldesburch*, Meinardus prepoſitus de *boſſenleue*. *Teſtes.*
Laici vero Burchardus *Magdeburgenſis* & Iohan- *Burchgraui*
nes de *Giuekenſteyn Burchrauii*, Iohannes *ſcultheus de Giue-*
rus de Hallis, Hermannus Pallas, Bertoldus Eren- *kenſtein.*
fridus de *Giuekenſteyn*, Sifriedus & Hinricus de *Schapſtede*, Bartholomeus de *Nienburck*, Hartmodus de *Burch* & alii quam plures. ACTA ſunt *Acta*
hec Anno ab incarnatione dominica M CC XIIII. *1214.*
Datum per manum Heidenrici notarii noſtri XII. *Datum.*
Kal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno VIII.

DIPLOMA XIII.

Priuilegium ALBERTI Archiepiſcopi de *matta* in *molendinis* danda CIↃCC XIX.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis.* Cum *ALBERTI*
ex officii noſtri debito merito teneamur aſtri- *omiſſo no-*
cti, ut finem litibus imponamus, illi finem im- *mine.*
ponere uolumus queſtioni, quam ſuper *menſura*
molendinariis pretii que *Matta* uocatur, *Burgen-* *Mezen*
ſes noſtri de Hallis aduerſus eccleſiam *Nouioperis*
hactenus habuerunt, de *prudentum uirorum con-* *Sententia*
ſilio preſenti ſcripto ſtatuentes & precipientes *in-* *de conſilio*
uiola- *prudentum.*

uiolabiliter obſeruari, ut ad *menſure* ſimilitudinem de *Calue* & de *Berneburch* & de *Seruze* predicta menſura ſeruetur & illarum menſurarum que in molendinis predictorum locorum ſeruantur magnitudinem non excedant ſub *anathematis* interminatione diſtrictius inhibentes, ne ſuper tali menſura quiſquam eos de cetero audeat moleſtare. DATVM *Hallis* Anno dominice incarnationis MCCXIX. XIIII. Kl. Ian. Pontificatus noſtri Anno XIII.

Bemburg. Zerbſt.

Datum 1219.

DIPLOMA XIV.

Priuilegium ALBERTI Archiepiſcopi de permutatione ſilue in *Swinitz* & manſorum ibidem pro V. manſis in *Swenewitz*. Idem libertauit unam *rotam* in mola lapidum. Idem dedit nobis Ius *ſcolarium* Hall. Non eſt finis huius priuilegii in copia, ſed in litera.

ALBERTI.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis*. ALBERTVS *dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus*. Ea que ductu rationis aguntur & firmitatem perpetuam deſiderant obtinere ad cauendum labili memorie hominum ſcriptis autenticis exprimuntur. Notum igitur facimus preſentibus & futuris quod eccleſia noſtra nouioperis Hallenſis bona quedem habuit in *Swiniz* ſiluam ſcilicet & partem agriculture ex quibus propter diſtantiam loci minus utilitatis ſolebat eidem eccleſie prouenire. Vnde habito nobiſcum tractatu ex parte *fidelis* noſtri Popponis *prepoſiti* & totius eccleſie illius in hoc conuenimus cum eiſdem quod reliquit nobis & dedit bona eadem eccleſia memorata & nos in reſtaurum dedimus

Swiniz.

dimus eis quinque manſos in *Senewiz* cum omni *Senewiz.*
iure & utilitate quod inde poterit prouenire. De-
dimus etiam eis rotam quam habuimus nos &
anteceſſores noſtri in molendino ipſorum prope
Clauſter ut deinceps nos ab omni ad nos ſpeciali *Clauſter.*
reſpectu & obſequio ſicut cetere rote ſit exempta.
Preterea dedimus eidem eccleſie ex libera uolun-
tate *ius ſcolarium* in *forenſi eccleſia ciuitatis noſtre* *Ius* Scolari-
Hallenſis, ut ſcilicet per inſtitutionem prepoſiti um
deinceps ibi *Scole* regantur, ut ſicut eccleſie *no-* *&*
uioperis archidiaconatus ita & ius *ſcolaſticum* iu- *archidiaconatus coenobio adnexum.*
re perpetuo ſit annexum. Hec que premiſſa ſunt
fecimus de *capituli* noſtre eccleſie conſilio & *con-*
ſenſu. Vnde ea ſicut iuſtum eſt uolentes obti-
nere perpetuam firmitatem preſentis priuilegii pa-
trocinio communiuimus ſub interminatione a-
nathematis precipientes ne quis in poſterum ec-
cleſiam illam ſuper hiis temere inquietare preſu-
mat uel factum noſtrum auſu temerario uiolare.
Huius rei TESTES ſunt *Otto* prepoſitus maior, *Teſtes.*
Bernhardus decanus.

DIPLOMA XV.

Priuilegium Alberti Archiepiſcopi de remotione molendini in *Glouch* & *ſalictorum* ibidem.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis.* ALBER-
TVS *dei gratia ſancte Magdeb. Eccleſie Archie-* ALBERTI
piſcopus legatus & Comes Romanie. Quando a *legati & comitis Romaniae 1225.*
nobis litibus finis inponitur, ut diſcordes ad
concordiam ſtabilem reuocentur prouida delibe-
ratione rationis ſemitam ſeruare debemus, ut ea,
que agimus ſcriptis *autenticis* roboremus, ne *con-*
cordes ad lites redeant, & queſtiones ſopite caſu
quolibet reuiuiſcant. Notum igitur eſſe uolu-

mus uniuerſis Chriſti fidelibus preſentibus ac futuris, quod pro *diſcordia ſopienda* quam habebat dilectus in Chriſto filius prepoſitus *Nouioperis* & eccleſia ſua contra ciuitatem noſtram *Hallenſem* pro ablatione *aque* ad *lacum* querulantibus eiusdem ciuitatis ciuibus ex aduerſo, quod, occaſione *molendini*, quod erat ad *lacum* ciuitas plurimum *aque defectum* & penuriam pateretur, inter eccleſiam memoratam & ciues predictos nobis & aliis *uiris prudentibus* & honeſtis de conſenſu & approbatione *utriusque partis* talis *mediatio* interceſſit. Statuimus itaque quod ciuitas daret eidem eccleſie *ducentas marcas* argenti pro loco molendini qui appellatur *ad lacum* & pro *ſalictis* ſitis inter lapideum pontem & lacum, ut tam locus quam *ſalictorum* proprietas ciuitati de cetero pertineret. Eccleſia uero *molendino*, quod habebat ibidem funditus & perpetuo inde remoto eidem lacui & *ſalictis* renunciare deberet. Item ſtatuimus ut in loco predicto lacus & in toto littore illo ſupra uel infra nullus omnino ciuitati aut alii cuicunque liceat conſtruere *molendinum*. Si quid autem occaſione quacunque conſtructum fuerit ad eandem eccleſiam iure proprietatis debet pertinere. Nichilominus ſtatuentes, ut ciuitas aggerem ſiue *reſtagnationem* ad lacum conſtruere ac conſeruare & reparare perpetuis temporibus expenſis propriis teneatur, ita quod nullum in ceteris *molendinis* aut in aliis bonis ſuis exinde *dampnum* ac diſpendium eccleſia patiatur, quod ſi paſſa fuerit *dampnum* ac diſpendium illud ciuitas ſibi debeat ex integro reſarcire. Vt hec igitur inuiolabiliter obſeruentur, ſcriptum preſens inde fecimus ſcribi. Quod *ſigilli* noſtri impreſſione & *teſtium* ſubſcriptione iuſſimus communi-

Sententia de conſenſu utriusque partis.

Salicta.

Sublato molendino.

muniri ea que premiſſa ſunt mandantes ſub interminatione anathematis irrefragabiliter obſeruari. TESTES huius rei ſunt Willebrandus ſancti Nicolai *prepoſitus* in Magdeburg, Henricus de *Plawe*, Prepoſitus ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli in Magdeburg. Lodwicus de *Grabowe* maioris eccleſie canonicus, Burchardus *Burchgrauius Magdeb.* Iohannes *burchgrauius de Geuekenſteyn*, Ludulfus *pincerna* & frater eius Bartholomeus de *Sutterhuſen*, Bertoldus *pincerna*, Iohannes *Schultetus* de Hallis, Burchardus, Ratmarus Ludulfus fratres, Konemundus Eyco Heydenricus de *ſala* & frater eius Ludulfus Bruno Bertrammus *diues*, Henricus de *Quedelingenburch* ciues Hallenſis. Datum per manum notarii noſtri Iohannis apud *Nouumopus* Hall. Anno domini M CC XXV. Indict. XIII. quarto nonas Martii *Pontificatus* vero *noſtri* Anno XIX.

Teſtes.

BVRGGRAVII *de Magdeburg & Geueken-ſtein.*

Pincernae duo.

Datum 1225. anno pontificatus Magdeburgici.

DIPLOMA XVI.

Priuilegium ALBERTI Archiepiſcopi de aduocatia *nouifori* partis monaſterii CIↃ CC XII.

ALBERTVS *Dei gratia ſancte Magdeburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus & frater* CONRADVS *Epiſcopus & monachus in Sichem*, omnibus has literas inſpecturis ſalutem in eo, qui eſt ſalus. Licet ea, que ſolempniter aguntur, ex ipſa ſolempnitate ſuum robur optineant, ad perpetuam tamen memoriam ſcripture teſtimonio firmius roborantur. Ea propter notum eſſe uolumus tam preſentibus, quam futuris, quod cum inter Eccleſiam ſancte *Marie Nouioperis* Hallenſis ex vna parte & Iohannem *ſcultetum Hallenſem* ex alia ſuper

ALBERTI 1212. *epiſcopus & monachus in Sichem.*

aduocacia uille adiacentis ipſi Eccleſie controuerſia uerteretur, partes in *nos* data fide *compromiſerunt* quod quidquid ſtatueremus ſuper controuerſia memorata a partibus ratum ſeruaretur & firmum. Nos autem, inſpectis priuilegiis Eccleſie ſupradicte, requiſita etiam ſuper hoc ſententia per me *Magdeburgenſem* epiſcopum in uirtute obedientie ab Hugoldo de *Quedelingeburch* & Appollonio de *Walbecke* & Rodolpho ſancti Mauritii *Hallenſis* prepoſito, qui ſunt filii eccleſie prenotate. Audito etiam teſtimonio laicorum Gunteri de *Kotene*, Ottonis & Alberonis de *Geuekenſteyn* ſuper hoc iuratorum, quorum teſtimonia & ſententie priuilegiis conſonarunt, habito nichilominus prudentum conſilio ſuper controuerſia ſepe dicta *arbitrium* protulimus in hunc modum. Dictus *Schulthetus* in prefata uilla ter in anno ſolempniter iudicio *preſidebit*, cui aſſidebit nuncius ipſius eccleſie, qui *Burmeiſter* uulgariter nuncupatur & quidquid lucri in illo iudicio percepit *tertia* pars erit ſchulteti & *due* partes ad eccleſiam pertinebunt per totum autem anni circulum reſiduum pretaxatus Eccleſie nuncius de quarto decimo in quartum decimum diem iudicio preſidebit, & due partes lucri nichilominus eccleſie & tertia cedet Schulteto. In aliis autem nichil penitus uſurpabit. *Teſtes* huius rei ſunt Bernhardus *prepoſitus* de gratia dei. Bernhardus de *Querenuarde*, Burchardus comes de *Mansuelt*, Burchardus burchgrauius *Magdeburgenſis*, Iohannes burgrauius de Geuckenſteyn. *Burgenſes* autem Hallenſes Eiko *Konemundus*, Gunterus Alexander, Philippus & Philippus, Albertus, Hermannus, Euerhardus. *Miniſteriales* quoque Eccleſie Magdeburgenſis Godefridus de *Suterhuſen* Otto

Compromiſſio in iudicem ipſum.

Laudum.

Scultetus praeſes. Burgemeiſter Halae.

Teſtes. Burggrauius Magdeburgicus inferior comitibus de Querfurd & Mansfeld.

Miniſteriales ordine poſt cives.

Otto, Albero Conradus & alii quam plures. *Datum* Magdeburch. XII. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri Anno VI.

DIPLOMA XVII.

Priuilegium Alberti Archiepiſcopi de concambio ecclefie ſancti Georgii in *Glouch* pro iure patronatus *Marquirbene* anni CIↃ CC XXXI.

ALBERTVS *Dei gratia ſancte Mageburgenſis Ecclefie Archiepiſcopus* LEGATVS *& Comes* ROMANVS. Vniuerſis chriſti fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis Salutem in eo, qui eſt omnium uera ſalus. Cum concepiſſemus & deliberatione firmaſſemus inſtinctu, ut ſperamus, diuino *Hallis* in opido Ecclefie noſtre ſanctimonialium *Cyſtertienſis* ordinis ordinare non inuenimus cum toto noſtro conſilio locum *Hallis* ſiue intra muros ſiue extra religioſo collegio ac magis aptum quam Eccleſiam ſancti *Georgii in Glouch*, dilectis nobis prepoſito & Conuentui *nouioperis* in Hallis pertinentem, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus pleno iure. Ideo quod nos optinuimus apud ipſos, quod eidem renunciauerunt, uoluntate unanimi & conſenſu omni iuri, quod habebant in Eccleſia memorata, ſuper *reſtauro* ſe noſtre gratie committentes. Nos itaque ipſorum indempnitati proſpicere cupientes Iuspatronatus quod habebamus in eccleſia *Marcwirbene* dicto conuentui *nouioperis* contulimus pro reſtauro pleno & illibato quaſi poſſidendum & in perpetuum optinendum. Ita tamen, ut, ſi in poſterum optulerit facultas, quod ſepedicto capitulo prouidere poſſimus in meliore *reſtauro*, illud noſtre

ALBERTI 1231.

Ciſtertienſis ordo

donatus eccleſia Glauchenſi.

Quae olim nouioperis.

Marcwirbene.

Reſtaurum.

ſtre uoluntatis beneplacito reſeruetur. Si quis autem huic ordinationi preſumpſerit contraire, auctoritate qua fungimur ſe nouerit excommunicationis uinculo innodatum. Et ut hec noſtra ordinatio *perhennetur* ſuper ea preſentem paginam ſcriptam appenſione noſtri ſigilli fecimus corroborari. Acta ſunt hec *Hallis* Anno gratie M. CCXXXI. Indictione quarta *Pontificatus noſtri* anno XXV. in preſentia teſtium ſupraſcriptorum. Venerabilis *Merſeburgenſis* Epiſcopus Willebrandus prepoſitus maior *Magdeburgenſis*, Deynardus *uicedominus* Magdeb. Ludolphus de *Hayn* Canonicus Magdeb. Theodericus de *Dobbin* Canonicus Magdeb. Laici Comes Henricus de *Swarezburg*, Bartholomæus de *Libnow*, Ermfridus de *Zcapow*.

Actum 1231.

DIPLOMA XVIII.

Priuilegium ALBERTI Archiepiſcopi de liberatione molendinorum a datione frumentorum CIↃ CCC XCIII.

ALBERTI *1393.*

WYR ALBRECHT von gotis gnaden vnde des ſtuls zou Rome Ertzbiſſchoff des heiligen gotishuſes zou Magdeburch *bekennen vffenbar yn diſſim breue, vvy das vor vns gekomen iſt, daz vnſer Vorvaren vvyr vnde vnſe nakomelinge alle Jar habin ſullen vß eyner yglichen* molen, *dy dar ſynt des gottishus zou deme* Nuenwercke *vor Halle, als vs der* nuenmole *zou* Trote, *zou* Beleburg *vnd ouch vß der* ſteyn *molen yo vs der molen eyn* wiſſchelpel *roggen ierliches* tzinſes *zou hülffe vnſern koſten vff vnſerm* ſloſſe Gebikenſteyn, *des ſyn vvyr entgenlichen myt der vvarheit vnde gevviſſer konſchoft vndervviſet, daz vnſer* vorvaren *vvir*

Remiſſio cenſus ex molendinis 1) nouo. 2) Trotenſi. 3) Belberg. 4) Steinmülen. VViſſcheſchepel, i. e. VViſpel.

vvir vnde vnſer nakomlinge ertzebiſſchoffe zou magdeburg keyn *recht haben zou dem vorgenanten* korn *adir* tzynſe *zou nemende; ſunder daz dy vorgenanten* molen *fry ledich vnde loß ſint aller anſprache kornes adir* tzinſe *vnde vvir keyn korn adir tzinſe dor ynne haben ſullen nach vnſer nachkomlinge. des zou vrkunde haben vvir vnſer* yngeſigel *an duſſen briff laſſen hengen. Vnde vvir* Brotze *von* Scrapelaw *gekoren zou cym* Probeſt, *Vlrich* Techent *vnde das* capitel *gemeyne dez gottishuſes zou Magdeburch bekennen vffinbar in diſſem briffe daz vvir* eygentliche vnderwiſet *ſin daz der erwerdige vnſe vorgenante herre her Albrecht ertzbiſſchoff zou Magdeburch vnd alle ſyne nakummelinge* nicht rechtes habin *zou dem vorgenanten korne vſſ dem molen zou nemende. Des zou orkunde haben vvir vnſers* capittel yngeſegel *by des vorgenanten vnſers herrn Albrechtes Ertzbiſſchoffs zou Magdeburch yngeſegel laſſen hengen an diſſen briff der gegebin iſt zou Magdeburch nach Chriſti gebort* dritzenhundert *vnd yn dem* drye *vnde* nuentzingiſſen *iar des negeſten Donerſtages yn den oſter hilgen dagen.*

Actum *Agnitio uſurpationis iniuſtae.* *Conſenſus capituli.* *An. 1393.*

DIPLOMA XIX.

Priuilegium ALBERTI Archiepiſcopi ſuper remotione molendini in *Mokerene* & appropriatione ſilue que dicitur *Linteringeholt* in merica & unius manſi in *Liſkow.*

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. ALBERTVS *Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie* ALBERTI 1212.

cleſie Archiepiſcopus. Ne cauſe ſopite denuo reuiuiſcant & queſtiones abolite morbum incidant recidiuum, ut etiam ea, que uel a nobis uel in noſtra preſentia ſtatuuntur, debitam optineant firmitatem, neceſſarium reputamus ea ſcripturarum teſtimonio commendari. Quapropter notum eſſe uolumus tam preſentibus, quam futuris: quod cum Henricus de *Glindenberg miniſterialis* noſter Molendinum quoddam iuxta *Mokerene* adiacente molendino quodam *veteri* ac pertinente ad eccleſiam beate *Marie* uirginis *nouioperis* erexiſſe, quod curſum *molendini* reſtrinxit, eiusdem ipſe ad canonicorum ipſius eccleſie querimoniam & ad noſtram tandem inſtantiam receptis *XX. marcis*, de quibus ipſa eccleſia perſoluit XV. & nos *quinque* idem molendinum in manus noſtras libere *reſignauit* funditus illud diruens & complanans ea coram nobis promiſſione ſubiuncta quod nec ipſe nec eius heredes locum predicti molendini ulterius occupabunt. Preterea iidem canonici quandam ſiluam ultra *Salam* oppoſitam caſtro noſtro *Giuekenſteyn* in *mirica* que *Linteringebolt* uulgariter nuncupatur ab *Euerhardo burgenſe* ac *miniſteriali* noſtro totaliter redemerunt, quam & ipſe in noſtris manibus reſignauit, & nos illam contulimus eccleſie memorate ad hoc quoque manſum unum in uilla *Liſcowe* quem XIIII libris a Hermanno de *Giuckenſteyn miniſteriali* noſtro ipſi canonici nichilominus liberarunt, quem ipſe in capella maioris eccleſie Magdeburgenſis reſignauit in manus noſtras coram capitulo ipſi eccleſie nouioperis cum capituli noſtri contulimus uoluntate. Cum igitur premiſſa omnia optinere uelimus debitam & omnimodam firmitatem preſentem ſuper hoc paginam conſcribi fecimus

Glindenberg, Moekern molendinum.

reſignatio eius in manus epiſcopi.

Sylua ultra Salam, die Heyde.

Liscow.

Reſignationis finis, ne poſſet reuocari.

cimus & *ſigilli* noſtri munimine roborari ſub *anathematis* interminatione diſtrictius inhibentes ne quis ſepe dictam eccleſiam ſuper premiſſis moleſtare audeat aliquatenus uel preſumat. TESTES huius rei ſunt Gernandus *decanus*, Anno *cellararius*, Rodolfus *Scolaſticus*, Tidericus de *Scherenbecke*, Fredericus de *Meiendorp*, Otto prepoſitus ſancti *Sebaſtiani*, Willebrandus ſancti *Nicolai* prepoſitus, Conradus prepoſitus de *Mildenſe* canonici Magdeburgenſes, Bernardus *prepoſitus de gratia dei*. Geuehardus de *Querenuorde*, Burchardus comes de *Manſuelt*, Burchardus *Burchrauius Magdeb.* Iohannes *Burchrauius* de *Giuekenſteyn*, Iohannes prefectus Hallenſis, Eiko, Kunemundus, Guntherus, Allexander, Philippus & Philippus, Albertus Hermannus, Euerhardus Hallenſes. Godefridus de *Suterhuſen*, Otto, Albero, Conradus *miniſteriales* eccleſie noſtre & alii quam plures. *Datum Magdeburch* XII. Kl. Aprilis Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Teſtes. *Coenobii Gottesgnaden.* *Burggrauius* Magdeburgicus *inferior comitibus.* *Burggr. de* Giuikenſtein. *Vltimi miniſteriales.*

DIPLOMA XX.

Priuilegium ALBERTI Archiepiſcopi in quo committit cauſam monaſterii & ciuium audiendam.

ALBERTVS *dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus dilectis in Chriſto* A. CELLERARIO, W. de *Sconewalde*, & L. de *Swanebecke*, canonicis eccleſie maioris Magdeb. Salutem in domino. Cauſam, que inter conuentum eccleſie *Nouioperis* in *Hallis* ex una: & *ciues* Hallenſes ex altera parte uertitur ſuper eo, quod iidem ciues *ſalices* in fundo eccleſie predicte ſucciderunt, Vobis duximus *committendum*: preſentium

ALBERTI commiſſoriale. *Deciſio ex iure canonico.*

tium auctoritate vobis precipiendo, mandantes, quatenus, inſpectis ecclefie memorate priuilegiis, ſecundum ipſa in cauſa procedatis & eam iure canonico decidatis, facientes, quod decreueritis, per *cenſuram* eccleſiaſticam, firmiter obſeruari. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, *duo* veſtrum ea nichilominus exequantur. *Datum* Magdeb. VI. idus maij.

cum clauſula; duo, ut uniuerſi.

DIPLOMA XXI.

Priuilegium ALBERTI, in quo concordat monaſterium cum ciuibus ſuper ſalictis dictis.

ALBERTI. *an. 1211.*

ALBERTVS *dei gratia ſancte Magdeb. eccleſie Archiepiſcopus.* Ea que ductu petitionis aguntur & ſpem continent honeſtatis robur exigunt non immerito perpetue firmitatis ne per negligentiam aut per obliuionem quod ratione agitur a memoria hominum fugiat, & fugiendo penitus euaneſcat. Proinde ad notitiam tam preſentium, quam futurorum tranſmittimus, quod, cauſam, que uertebatur inter *canonicos nouioperis* in *Halle* ex una: *burgenſes* eiuſdem oppidi ex altera parte pro quibusdam *ſalictis* dilectis confratribus noſtris & canonicis a *cellerario* & L. de *Surauebeke* audiendum commiſeramus & fine canonico terminandam. Ipſi vero ad prefatam eccleſiam accedentes & ueritate per priuilegia eiusdem eccleſie diligenter intellecta iam dicta ſalicta, de quibus erat contentio ecclefie & canonicis *adiudicarunt* & eos in poſſeſſionem immiſerunt bonorum eorundem. Igitur ipſam ſententiam ſic *iuſte* & *rationabiliter* lata eſt, ratam habemus & *ratam habendam* confirmamus auctoritate *dei* omnipotentis

Confirmatio laudi, a principe.

tentis & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum & noſtra ſub interminatione excommunicationis diſtricte precipientes, ne quis eos in bonis moleſtare preſumat eisdem. *Datum* Magdeb. Anno domini M CC XI. Kl. Septemb. *Pontificatus* noſtri Anno quinto. *Datum 1211.*

DIPLOMA XXII.

Priuilegium ALBERTI de uenditione unius partis campi ad Iudeorum coemiterium CIↃ CCCC I.

WIr ALBRECHT von Gotis vnde des ſtule zou Rome genaden Erzbiſſchoff des heiligen gotishuſes zou Meideborgk *Bekennen offencklich mit diſſem briffe vor vns vnde vnſe nakomlinge als dy* erhaftigen *herren Conrad* Probiſt, *Philippus* prior, *Johannes* kemerer, *Jacobus* Cuſter, *Nicolaus* ſchulmeiſter *vnde daz Capittel gemeyne des cloſters czum nuenvvergk vor Halle den* Joden *zou Halle vnde allen dy des* kirchhofes *phlegen zou gebruchene vorkouft, geeygent vnde gefriget haben zou irm* kirchofe *eyn ſtucke landis von demſelbin* Joden kirchofe *an bys an dy vvant dy dy vorgenanten heren von nuvves habin machin* loſſyn ewigklichen *dar by zou blyuen das das geſchen iſt mit vnſerm vvillen vviſſen vnde gantzer* volbard *vnde vvir vvullen dy ioden ergenant getruelichen dar zou beſchermen vnde vorteidingen vnd ſy by deme lande behalden alſe eygens vnde frjheit gevvonet is in aller maſſin alze en dy ergenanten hern zoum* nuenwerke *daz lant geeygent gefriget vnde yn yrem briffe ſunderlichin vorſchreben haben. Des zou* *eyner* ALBERTI *an. 1401.* *Canonicus Scholaſter* Schulmeiſter. Iudaeorum *coemeterium Halae.*

cyner vvaren orkunde vnde merer ſichirheit haben vvir Albrecht *Ertzbiſſchoff zou Magdeburgk vnſer yngeſegel an diſſen briff hengen laſſen. Der gegeben iſt nach gotis gebort* viertzenhundert *iar am* erſten *iar darnach an ſente Marcus tage des heiligen evvangeliſten.*

DIPLOMA XXIII.

Priuilegium ALBERTI de bonis in *Schadeleue* & puteo *ſalinarum* ibidem & areis certis AN. CIↃ CC XXVII.

ALBERTI *an. 1227.* ALBERTVS *Dei gratia ſancte Magd. Eccleſie Archiepiſcopus.* Cum eccleſia noſtra in donatione cuiusdam priuilegii quod contuleramus prepoſito *nouioperis* in Hallo & eccleſie ſue ſuper quibusdam areis in uilla *Schadeleue* & *puteo* quodam in eisdem areis exiſtente leſa nimium uideretur, Idem priuilegium de conſilio fratrum noſtrorum & fidelium propoſueramus ratione preuia reuocare. Nos tamen attendentes fidele obſequium quod nobis ſepe exhibuit *Albertus canonicus* in *Boſſenſene* ſicut predictas areas & puteos de manu predicti prepoſiti & ab eccleſia ſua tenuit & poſſedit: Ita ipſum volumus pacifica poſſeſſione gaudere, eo tamen excepto quod de qualibet *ſartagine* nobis annuatim dimidia marca perſoluatur. Predicto vero Alberto viam uniuerſe carnis ingreſſo, bona ad eccleſiam *nouioperis* integraliter reuertentur ab eadem perpetua posſidenda. Ita tamen, ut nobis, ſicut premiſſum eſt, da ſartagine qualibet dimidia marca ſingulis annis perſoluatur. Huius rei TESTES ſunt Wildebrandus prepoſitus maior Fredericus Wernerus prepoſitus de *Schonevvalde*, Ludolphus de *Schvva-*

Schadeleuen. *Boſſenſene.* *Teſtes.*

nebe-

nebecke, Hinricus prepoſitus de *Plawe*, Albertus prepoſitus de *Werninghcrode*, Tegenardus prepoſitus de *Hougen*, Vicedominus Magdeb. Laici *Burchgrauius* Magdeb. Albertus de *Arneſten*, Richardus de *Plawe*, Bartholomeus de *Svyterbuſen*, Ludolphus *pincerna*, Syffride *Lyezeke*, Rodolffus de *Gitterſene*, Bernhardus de *Iuneſſeue* & alii quam plures clerici & laici. ACTA ſunt hec Anno incarnationis domini M CC XXVII. Indictione I Ne igitur ſuper hiis inpoſterum aliquid poſſit dubium generari, preſentem paginam conſcribi fecimus *Sigilli*que noſtri impreſſione roborari *Datum* in Magdeburg XVIII. Kl. Ianuarii pontificatus noſtri anno XXI.

Acta 1227.

Datum.

DIPLOMA XXIV.

Priuilegium ALBERTI de datione arearum & puteorum in *Schadeleue* CIↃ CC XIX.

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. ALBERTVS *Dei gratia Magdeb. eccleſie Archiepiſcopus.* Niſi de ingratitudinis uelimus uitio reprehendi, oportet nos acceptorum obſequiorum non exiſtere ingratos. Vnde cum dilectus filius Anno eccleſie noſtre *cellerarius* frequenter nobis obſequia preſtitit oportuna nos puritati fidei ſuo in aliquo ſaltem reſpondere volentes notum eſſe uolumus tam preſentibus, quam futuris: quod cum ipſe *areas* quasdam in *uilla Scadeleue* in *beneficio* teneret a nobis, quas ſuis & *nouioperis* prepoſiti edificarat expenſis & *puteos ſalinarum* effoderat in eisdem in noſtris manibus reſignaſſet nos illas & puteos ipſos ad preces eiusdem *cellerarii* predicte eccleſie *nouioperis* contulimus cum

ALBERTI an. 1219.

cellerarii gratia.

Putei ſalinarum in Schadeleue, feudi iure ab aepiſcopo.

omni plenitudine cenſus videlicet *thelonei* exactionis ſine vexatione qualibet poſſidendos. Statuentes, ut, ſi qui in eisdem areis putei contigerint *fodiendi* eidem eccleſie quiete ſemper remaneant fratrum ibi deo famulantium uſibus profuturi, ſtatuimus inſuper & ſub excommunicationis vinculis inhibemus, ne quiſquam contra hanc donationem noſtram uenire preſumat uel ei auſu quolibet temere obuiare. Vt autem hec donatio noſtra rata ſemper & inconuulſa permaneat preſentem paginam ſuper illa conſcribi precepimus & ſigilli noſtri munimine roborari. *Teſtes.* TESTES huius rei ſunt Hermannus decanus, Tidericus de *Scherenbecke* prepoſitus, Wernerus *decanus*, Conradus *cuſtos* Conradus *Soltwedele*, Sifridus canonicus, Burchardus de *Blinde* prepoſitus, Willebrandus prepoſitus, Conradus de *Mildenſe*, Hinricus de *Plawe*. *Acta 1219.* ACTA ſunt hec Anno ab incarnatione domini MCCXIX. *Data. manu notarii.* *Data* Hallis per manum Heidenrici *notarii* curie noſtre II. Kalendis februarii pontificatus noſtri Anno XIII.

DIPLOMA XXV.

Priuilegium ALBERTI de omnibus in *Brandis* & *Macherin* datis, commendatum epiſcopo *Merſeburgenſi* CIƆCCXIX

ALBERTI An. 1219. ALBERTVS *Dei gratia ſancte Magdeburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus legatus & comes Romanus*. Venerabili fratri G. *Mersburgenſi* Epiſcopo. Salutem & fraterne plenitudinem caritatis. Cum facta anteceſſorum noſtrorum pia & rationabilia ea teneamur ſollicitudine defendere, qua & noſtra in futurum a noſtris ſucceſſoribus defendi exoptamus; ueſtre fraternitatis ſcire uolumus

mus prudentiam, quod in eccleſiis *Macherin* & *Brandiz*, quas pie memorie anteceſſor noſter *Wichmannus* Archiepiſcopus eccleſie *nouioperis* in Hallis pleno iure tam in *ſpiritualibus* quam in *temporalibus* contulit, nos prepoſito eiusdem loci plenum ius recognoſcimus. Verum cum predictarum eccleſiarum *defenſio* ratione dyoc. noſtre ad vos dinoſcatur pertinere: rogamus dilectionem veſtram, ut quecunque predictam *nouioperis* eccleſiam in hijs ſuis eccleſiis debita animaduerſione compeſcatis. Datum Hallis IIII. Kl. Iunii Pontificatus noſtri Anno XXV. *Mekern. Brandiz.* *Datum.*

DIPLOMA XXVI.

Priuilegium ERICI de permutatione trium manſorum in *Hordorp* & *Inſule*, ſite iuxta *Belberch*, pro molendino in *Vogilſange* cum prato & *ſaliclis* ibidem datis CIↃCCXCI.

IN nomine domini & indiuidue trinitatis. ERICVS *Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiscopus*, Albertus *prepoſitus*, Bernhardus *decanus* totumque eiusdem eccleſie *Capitulum* uniuerſis chriſti fidelibus has literas inſpecturis ſalutem in domino ſempiternam. Ne ea, que geruntur in tempore, ſimiliter euaneſcant cum tempore, poni ſolent in *linguis* teſtium & *ſcripturarum teſtimonio* perhennari. Inde eſt, quod notum eſſe uolumus uniuerſis tam preſentis temporis quam futuri. Quod cum honorabiles viri Vlricus *prepoſitus nouioperis* iuxta *Halle* totusque ſuus conuentus tres manſos in uilla *Hordorp* ſitos & inſulam ſitam iuxta *Belberch* quorum proprietas ad eosdem pertinet cum *honeſto milite* Henri- *ERICI an. 1291.* *Manſi in Hordorf. Belberig.*

co dicto *Prouen* pro quodam molendino ſito in *Vogelſange* & cum prato & ſalicto ſitis ibidem, quorum *pheodum* ad nos noſtramque eccleſiam ſpectabat, in noſtra preſentia permutaſſent & nobis ſupplicaſſent, ut huiusmodi permutationem admittere dignaremur. Nos eorum deuotis precibus inclinati prefatam *permutationem* admittentes de *conſenſu noſtri capittuli* libero & expreſſo, *damus*, *tradimus* & *donamus* idem *molendinum* liberum & exemptum ab omni iure *aduocatie* cum prato & *ſalicto* prepoſito & conuentui predictis in ius proprium *proprietatis* titulo perpetuo poſſidenda. Renunciantes nichilominus omni iuri, quod in premiſſis nobis & noſtre eccleſie conpetebat. Vt autem hec noſtra donatio grata rata & inconuulſa perhenniter perſeueret preſens ſcriptum inde confectum noſtro noſtrique capittuli *ſigillis* fecimus communiri. TESTES huius permutationis & donationis ſunt Godefridus de *Haſſia*. Borchardus de *Blanckenborch* prepoſitus ſancti Wyperti in *Nyenborch*, Otto de *Brezna* noſtre eccleſie canonici. Sifridus prepoſitus ſancti *Mauritii* in Hallis, Iohannes de *Brunſwick* ceppellanus noſter. Richardus *dapifer* de *Alsleue*, Heydeko de *Nygrip*, Hildebrandus de *Oueſuelt*, Hermannus de *Wederden* dictus de *Indagine*. Hennyngus de *Bardeleye milites* noſtri Allexander *Proue* miles, Borchardus *diues*. Iohannes *Schultetus*, Allexander *Proue* iunior, Volckmarus *Koyan* ciues Hallenſes & quam plures alii fide digni. ACTVM & *datum* Magdeb. Anno domini M CC *nonageſimo primo*. ſeptimo ydus decembris.

Vogelſang. Conſenſus pheodi permutati. Cum conſenſu capituli. Teſtes. Dapifer de Alslebe. Obſueld. de Indagine. Milites. Actum & datum 1291.

DIPLO-

DIPLOMA XXVII.

Priuilegium WILBRANDI Archiepiſcopi de confirmatione *permutationis* cum eccleſia ſancti Georgii *Glauch* in *Marquirbene* ſita CIↃ CC LII.

WILBRANDVS *Dei gratia ſancte Magdeb. eccleſie Archiepiſcopus uniuerſis chriſti fidelibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit ſalutem in domino.* Vt ea, que noſtris temporibus peraguntur debitam firmitatem optineant ne in poſterum per ſucceſſum temporis homines friuole permutentur dignum duximus literarum teſtimoniis commendare. Quia enim eccleſiam *Nouioperis* in Hallis ſingulari fauore merito ceteris ſpecialius amplexamur. Nos profectui eiusdem fideliter intendere cupientes eam in ſuis caſibus ſiue indigentiis quantum poſſumus communire. Vnde ſicut a predeceſſore noſtro pie memorie Archiepiſcopo *Alberto* ante noſtra tempora fuerat pretemptatum nos *Iuspatronatus* quod habuimus in eccleſia *Marcquirbene* dicto conuentui *nouioperis* pro Eccleſia beati Georgii in *Glouch* de *Capituli noſtri conſenſu* conferimus in reſtaurum pleno & illibato iure perpetuo poſſidendum. Quia felicis memorie dominus Archiepiſcopus *Albertus* diuino ſpiritu ductus Ancillas Chriſti *Ciſterſienſis* ordinis in eccleſia *Glouch* ante obitum ſuum inſtituit ut ibidem in perpetuum domino famulentur. Nos, quod in predeceſſore noſtro morte propediente minus factum eſſe conſtat ſupplere fideliter cupientes hanc donationem ſuam tenore preſentis duximus confirmandam. Et ne per ſuperuenientem *calumpniam* in poſterum aliquatenus infirmetur preſentem paginam ſuper confirmati-

WVLBRANDI 1252.

Eccleſia S. Georgii in Glauchen.

Cum conſenſu capituli.

Coenobium uirginum Ciſtercienſium *in* Glauch.

matione ipſa conſcriptam appenſione noſtri ſigilli noſtrique capituli fecimus roborari. ACTVM Magdeb. Anno gratie MCCLII. In uigilia beati *Bartholomei Pontificatus* noſtri anno decimo ſeptimo.

Actum 1252.

DIPLOMA XXVIII.

Priuilegium WILBRANDI de parochia ſancti *Laurentii* & exceptione *leproſorum*.

WILBRANDI *an. 1241.*

WYLLIBRANDVS *Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus* omnibus preſens ſcriptum intuentibus Salutem in omnium ſaluatore. Recognoſcimus & preſentis ſcripti teſtimonio proteſtamur, quod omnes circumſedentes monaſterium, quod *Nouumopus* dicitur, ad parrochiam in honore beati *Laurentii* dicatam ſpectare debent & recipere ab eadem eccleſia omnia eccleſiaſtica *ſacramenta leproſis* & curia earum exceptis, quos exemimus expreſſo accidente conſenſu conuentus a parrochia memorata. Et ſi in poſterum dictus conuentus forſitan ſe ex hoc quereretur recipere dampnum aliquod uel grauamen ad *reſtaurum* illius dampni cum ſucceſſoribus noſtris uolumus nos teneri. Sane, ne predicti *leproſi* uel aliquis de *familia* eorum occaſione aliqua percipiat uel recipiat in *luminaribus* uel *oblationibus*, quod poſſit cedere in detrimentum predicte parrochie uel grauamen ſibi anathematis interminatione diſtrictius prohibemus. DATVM octauo idus Aprilis. Pontificatus noſtri Anno ſexto.

Ius parochiale Nouioperis. Leproſi ſegregati.

Datum.

DIPLO-

DIPLOMA XXIX.

Priuilegium WILBRANDI de emptione *molendini* curie pomerii & ſalicti in *Glouch* CIↃ CC XXXVI.

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. WYLBRANDVS *dei gratia ſancte Magd. eccleſie Archiepiſcopus*, Omnibus in perpetuum. Sollicitudo exigit officii paſtoralis ſue gubernationis ac amminiſtrationis credite ita proceſſus dirigere & regimina moderari, ut omnibus quidem eccleſiis potiſſime tamen religionis ſanctimoniam profitentibus paſtoris non deſit diligentia & *rectoris* circa eos frequens *uigilantia* non *tepeſcat*, quibus quod neceſſitatis uarietas requirit multimode prouideri exigitur & oportet, ut hijs quibus deſſe non debet indeterminata ac indeficiens *ſpiritualium* ſucceſſio gaudiorum, *aſſit* etiam pro conditionis fragilitate, que conſolatione indiget & ſine reparatione continua non ſubſiſtit cooperatio ſubſidii temporalis, quatenus *deo deorum* & *dominorum domino* ſeruientes tanto poſſint ad ſuperna fiducialius aſpirare, quanto infirmitatis ſue neceſſitati propenſius prouiſum uiderint in terreis ne mentium inbecillitas, cogitatione terreſtrium occupata, ad momentum intermittere compellatur deſideria ſupernorum. Sane ſpeciali affectu & propenſiori ſtudio caritatis eccleſiam beate ac glorioſe *uirginis nouioperis* in Hallo uenerabiliter amplectentes ſicut eadem a noſtris fundata predeceſſoribus aucta eſt & accepit eorum temporibus incrementum; ſic & nos uolentes felici eius ſucceſſui paterna ſollicitudine non deeſſe donorum ſpiritualium in ipſa principaliter diligimus incrementa nichilominus, ut perfecte conſummationi eius per omnia uiam demus temporalium quantum

WILBRANDI *an. 1236.*

Deus deorum. Coenobitar. animus deſideriis inſixus.

tum in nobis fuerit ipſi auctore altiſſimo deeſſe non potuerunt ſubſidia facultatum fidelis enim & iuſtus eſt, qui regnum dei querentibus primo loco affutura omnia per conſequens repromiſit. Ea propter chriſti fidelibus uniuerſis tenore preſentium fieri uolumus manifeſtum qualiter dilecti in Chriſto *Poppo* prepoſitus & *Capitulum eccleſie ſupradicte* intentione nunc ſibi ac poſteris in futurum *dies pacis* & tranquillitatis principaliter comparandi non ſine magnis laboribus & expen-

Poſſeſſiones i. e. fundi nobilium. ſis infra ſcriptas *poſſeſſiones nobilium* Frederici Volradi & Hogeri filiorum & heredum Ekkehardi de *domo* iuſto emptionis titulo ac noſtre donationis

adminiculum. uero *amminiculo* eccleſie ſue poſſeſſionibus addiderunt non tantum in ipſis queſtum aut commodum uel cenſum reddituum requirentes quantum ſue uexationis frequentiam que ex vicinitate que eadem bona aliis bonis eccleſie ſunt contigua frequentius contingebat redimere ſunt conati. Equidem prefati prepoſitus & Capitulum a prenotatis *nobilibus* uere *emptionis titulo* & nomine e-

cccc XL. *marcae.* Glaucheaſe *molendinum.* merunt eccleſie ſue pro *quadringentis quadraginta marcis* in *Glouch molendinum* cum curia attinente pomerium etiam adiacens & *ſalictum* cum omni utilitate & prouentibus eius, uidelicet, qui nunc ſunt & eſſe poterunt ex proceſſu temporis prouenti ſurſum ab eiusdem fundi principio us-

Scheidungen i. e. diuiſio. que deorſum ad locum, qui diuiſio latina & *ſcheidinghe* uulgariter appellatur. Et ut uia liberior ac facilior ad idem *molendinum* ire uolentibus omni tempore pateat nec omnino precludi poſſit nec etiam effici difficilis aditus & acceſſus a parte litoris, in quo eſt uilla, emerunt in ipſo

Via ad mo- [illegible] conuentionis contractu tantum de ipſo *litore* per ipſius fundi porrectam longitudinem quanta eſt unius

unius *cubiti* hoc eſt *ſtature hominis longitudo*, que menſuratur ab aqua ſurſum ad aridam modo iuſto & rationabili metietur fluuio *Sala* ita in ſuo iuſto & pleno *alueo* conſtituto, ut non uideatur *ſiccitate* nimia ſua litora contraxiſſe nec inundatione ſuperflua ultra metas ſolitas excreuiſſe. Et quia dicti fundi *proprietas* noſtra erat & de *manu noſtra* a dictis *nobilibus* iure *feodi* predicta omnia tenebantur, ipſi nobiles ſecuri de pecunia ſupradicta molendinum cum curia ſua *pomerium* & *ſalictum* etiam cum determinatione predicta & quid habebant iuris in iudiciis ſine modis quibuslibet in predictis libenter & abſolute in noſtris manibus reſignarunt, noſque idem molendinum curiam *pomorium* & *ſalictum* atque litus cum omni utilitate & prouentibus preſentibus & futuris Deo ac glorioſe *uirgini* & beato *Alexandro* & ſociis eius iure *proprietatis* donauimus ſempiternis temporibus poſſidenda ad honorem dei & ſanctorum eius in perpetuum eorum commodum & profectum qui Chriſto nunc ſeruiunt & ſunt ſucceſſiuis temporibus in eadem eccleſia ſeruituri. Ad euidentiſſime etiam indicium ueritatis prefatum prepoſitum, *Cellerarium* & *Cuſtodem* cum aliquot de fratribus in eiusdem molendini & per conſequens omnium predictorum poſſeſſionem *perſonaliter* induximus corporalem. Vt autem eccleſie *Cathedrali* nichil depereat in hoc facto ſitque tanto ualidior donatio, quanto fuerit reſtaurationis ueriori *concambio* ſolidata *nobiles* antedicti *decem marcas proprietatis* annuorum reddituum Magdeb. eccleſie contulerunt, prepoſitus etiam & eccleſia dederunt nobis *ſexaginta marcas* argenti, nomine concambii uel *reſtauri*. Vt igitur huius *emptionis* & noſtre *donationis* perpes habea-

littore fluminis prolata.

Cubitus hominis longitudo.

Feudi nexus in pomerio, ſalicto.

Alexander & ſocii.

Cellerarius & Cuſtos.

Poſſeſſio corporalis.

X. marcae annuor. redituum.

Reſtaurum. Emtio & donatio.

habeatur memoria & perhennis preſens ſuper eis priuilegium conſcribi iuſſimus & ſigilli noſtri munimine roborari ſub *anathematis* interminatione & *obteſtatione tremendi iudicii* diſtrictius inhibentes, ne quis controueniat uel ei auſu temerario in uerbo aut in opere contradicat, ſicut ſanctorum indignationem & iuſti uelit euadere iudicii

TESTES ultionem. Huius rei TESTES ſunt Albertus maior *prepoſitus*, Albertus prepoſitus de *Werningerade*, Tidericus de *Dobin*, Ludolfus cappellanus curie noſtre, Burchardus *Burgrauius Magdeburgenſis*, Ludolphus *pincerna*, Sifridus de *Lizeke*, Godefridus de *Weddinghe*, Bruno de *Magdeburch*. MINISTERIALES Burchardus, Ratmarus & Ludolphus fratres ciues *Hallenſes*, Bertrammus diues, Volcmarus, Burchardus filius Volcmari, Iohannes *Schultetus*, Burchardus, Henricus *rufus*. Alexander *Prune*, Heidenricus filius Lubburgis & alii quam plures. DATVM Hallis per manum Burchardi notarii curie noſtre. Anno gratie M CC XXXVI. Indictione nona Kl. Octobris *Pontificatus* noſtri anno primo.

Burggr. Magdeb.

Datum an. 1236.

DIPLOMA XXX.

Priuilegium WILBRANDI Archiepiſcopi de concordia ex parte bonorum in Obirwitz & lata ſententia in ſynodo Iuſtitiae CIↃ CC XLVII.

WILBRANDI 1247.

WYLBRANDVS *Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus*. Omnibus preſentem literam inſpecturis ſalutem in domino Allexandro prepoſito *nouioperis* in Hallis mouente querimoniam coram nobis, quod Hinricus de *Alsleue dapifer noſter* iniuriatur eidem in bonis *Oberwitz* ſuper

Dapifer.

per

per eo ſcilicet, *quod dapifer* duas partes ſatisfa-ctionis iudicio debite, quod uulgariter *wedde* dicitur, & in ſententiam ſanguinis *Wergelt* au-ferret eidem *dapifer*, recognouit, quod in dua-bus partibus ſatisfactionis dicte prepoſitus ius ha-beret & quod ipſe ratione *aduocatii* parte *tertia* ſit contentus. Proteſtatus eſt etiam, quod tres *uecturas* in Anno ab hominibus habere debeat & non plures. Item quod in *denariis* prepoſito de-bitis ab hominibus pro ſeruitio quatuor dierum cuiuslibet - - - nihil penitus iuris habet Item quod in tribus procurationibus ſibi debitis in an-no ſit contentus & *talentum denariorum* a curia decetero non petat. Item ſuper *decima* duorum manſorum, in quibus dixit prepoſitus, eum ſibi *iniuriari*, conuentum eſt ut uterque ueniat ad *ſi-nodum iuſtitiam* recepturus. Item ſuper *aqua*, quam dicit prepoſitus *molendino* hactenus impeditam di-ctum eſt & conſenſum a partibus quod ſtabitur priuilegiis & *iudicio ſeniorum*. Hoc recognoſci-mus & preſentibus proteſtamur & in euidens te-ſtimonium predictorum hanc literam noſtri *ſigilli* munimine duximus roborandam. *Acta* ſunt hec coram nobis in *curia* apud *molendinum* in *Ober-witz* preſentibus prepoſito Waltero de *Danneberch*, Conrado *cappellano* Alberto *ſcriptore* & nobilibus uiris Hermanno de *Werberch* & T. de *Pſile* Hin-rico *dapifero* de Alsleue Hinrico de *Libenowe* Memzone de *Conre*, Hinricus de *Carbez*, Hinrico *Monthere* de *Alsleue* & aliis. Anno gratie M CC XLVII. XV. Klas Maii Pontificatus noſtri An-no XII.

VVedde. *VVergelt.* *tertia aduocati.* *Talentum denarior.* *Synodus iuſtitiae.* *iudicium ſeniorum.* *Acta.* *1247.*

DIPLOMA XXXI.

Litera nobilium de *Muckrene* & *Popelitz* ſuper

ſuper uenditione VII. fertonum in bonis noſtris in Obirwitz. An. M CCC LXVI.

Mukreniorum Popeliziorum an. 1366.

ICh Hans von MVKRENE vnde Heyneman von POPELITZ Vettern *bekennen vnde bezügen vffenperlichin in vnſem keigenvverdigen breue daz vvjr dem erſamen Hern Her Gherharde* Probeſt *zou deme* nuen wercke *vor* Halle *vnde ſyne gotishuſe haben vorkouft ſeuen*

Ferdungi Brandeburgici.

virdinghe Brandenburges *geldes ierlicher* gulde *dy vvyr hatten an des ſeluen godeshuſes geniſſ zou* Oberwitz *von tzeen* brandenborgeſſe margk

Iärliche gulte.

dy vns der ſelue Probiſt Gherhart gerede vnde vollenkommen vvol betzalit had vnde bered. Dar louen *vvir den ſeluen* heren her Gherharde *prouеſte vnde ſyne capittel truvvelichen mit ſamender hant mit al vnſen ernen daz vvir de vveren vvillen den ſelben ſeuen* verdinge

Teſtes. Ritter. Knechte.

vvo en des not iſt. Diſſer dinghe ſint getzuge dy ſtrengen ritter *vnde* knechte *Her Buſſe de* ſchonehals *Her Albrecht* quarter *Ritter der itz Albrecht Voget vnde Perner Hopſtauel* knechte

Datum.

vnde ander bederue lüde. Gegeuen *nach godes gebort dryzenhundert iar In deme ſeſſe vnde ſeſtzigeſten iar An ſente Clementis tage.*

DIPLOMA XXXII.

Priuilegium BORKARDI Archiepiſcopi de donatione fundi *iudeorum* in ciuitate Hallenſi an. CIↃ CCC XIV.

BVRCHARD. 1314.

BVRCHARDVS *dei gratia Sanctæ eccleſie Magdeb. Archiepiſcopus Honorabili viro prepoſito ac conuentui eccleſie* NOVIOPERIS *prope Hallis ſalutem & ſinceram in domino caritatem.* Sincera ueſtra dilectio

lectio promeretur, quod in hijs, per que in facultatibus & honoribus creſcere valeatis, paternam debemus ſollicitudinem adhibere. Eapropter quosdam fundos in oppido *Hallenſi* ſituatos, quos quondam *iudei* inhabitabant ibidem, quorum ad nos *proprietas* & *dominium* pertinere noſcuntur vobis & ecclesie veſtre de concordi capituli noſtri conſenſu liberaliter conferimus & donauimus ita quod eosdem *fundos* perpetuo tenere poſſidere & habere ac de eis pro ueſtris commoditatibus ac uſibus oportunis diſponere & ordinare poſſitis prout magis uideritis expedire & quod dictorum *fundorum* deinceps *proprietas* ac *poſſeſſores* perpetuis temporibus exiſtere debeatis fundi autem predicti, quos primo fecerimus *menſurari* a *turri* opidi que eſt circa portam quondam *ſynagoge iudeorum* ex uno latere protenduntur uſque ad angulum ſiniſtrum curie molendini, que eſt intra *Hallenſe* opidum ſupradictum, ex alio uero latere ad muri ambitum eiusdem opidi continguntur. Promittimus inſuper quod ſi a perſona ſeu perſonis quibuscunque aut etiam uniuerſitate aliqua queſtio ſeu controuerſia de fundis eisdem in iudiciis ſeu extra fuerit mota uobis, quod a queſtione & controuerſia huiusmodi nos *disbrigare* & expedire debemus & etiam legittime warandare. TESTES huius donationis ſunt Dominus Burchardus de *Semplowe* miles, *frater* noſter. Iohannes & Alexander dicti *Pruben*, Karolus *Kroſuk Brank*, miles Conradus prepoſitus ſancti *Mauritii* Hallenſis. In quorum omnium euidentiam & conſenſum nos *Burchardus* epiſcopus Magdeburgenſis *totumque capitulum* eccleſie Magdeb. preſentes literas *ſigillis* noſtris appenſis fecimus communiri. Acta ſunt hec in *caſtro noſtro Geucken-*

Fundorum in Halle dominium & proprietas aepiſcopi.

Conſenſu capituli alienatio.

Synagoga Iudaeorum.

disbrigare.

Teſtes.

Actum.

uckenſteyn in uigilia beati Iacobi. Anno domini M CCC XIIII datum.

DIPLOMA XXXIII.

Priuilegium. BORCHARDI de X. marcis defalcatis a *procuratione* epiſcopali CIↃ CCC XVII.

BVRCHARDI *an. 1317.*

BORCHARDVS *dei gratia ſancte Magdeb. eccleſie Archiepiſcopus.* Diſcreto viro magiſtro Iohanni rectori eccleſie in *Gleſyn* ſalutem in domino ſempiternam. Expoſuiſti nobis, quod a *Thyderico* milite & *Rolekino* fratribus dictis de *Houeleue* quinque marcarum argenti & ſimiliter a Iohanne *Bruningbi* quinque marcarum argenti redditus conparaueris pro octoginta *marcis argenti ſtendelienſis* de bonis tuis hereditariis datis predictis venditoribus & ſolutis Quos quidem redditus iidem fratres & Iohannes antedicti a nobis & eccleſia noſtra tenebant & a prepoſito *nouioperis* prope Hallis percipere conſueuerint de penſione huiusmodi, que nobis & predeceſſoribus noſtris ratione *procuratorii* hactenus a dicta eccleſia conpetebat. Adieciſti etiam quod ob zelum deuotionis, quam ad dictam eccleſiam habes *nouioperis* & ad diuini cultus augmentum redditus eosdem ad capellam ſancti *Iohannis* ſitam in ambitu monaſterii nouioperis antedicti pro anime tue remedio deputaſti, ita quod ſingulis diebus in eadem capella una *miſſa* perpetuo debeat celebrari. Ad cuius rei diſpoſitionem & executionem redditus eosdem deputare ſicut aſſeris, voluiſti. Ita tamen quod redditus predictos poſſis recipere & in utilitatem tuam conuertere temporibus *uite tue*. Super quibus omnibus noſtrum ac *capituli* noſtri

argentum Stendalienſe.

Procuratorii epiſcopalis cenſus.

Donatio reſeruato uſufructu.

noſtri tibi adhiberi conſenſum humiliter ſuppli- *Capituli conſenſus.* caſti. Et quia piis ſupplicationibus benignum prebere decet aſſenſum. Nos deuotum prepoſitum in domino commendantes emptioni ac diſpoſitioni & ordinationi tue predictis nos una cum *capitulo noſtro* Magd. *conſenſum liberum* ac plenarium autoritate preſentis adhibemus hoc tamen adiecto, quod ſi redditus predictos ad *pre-* *Ius reluendi aepiſcopo ſaluum.* *curationem noſtram*, ut predicitur, pertinentes *reemere* decreuerimus datis tibi in uita tua uel eccleſie *nouioperis* poſt obitum tuum octoginta marcis argenti predictis aut aliis redditibus decem marcarum in ciuitate *Hallenſi*, de certa penſione aſſignatis, tu & eccleſia predicta nobis redditus priores decem marcarum dimittere ſine contradictione qualibet debeatis, predictas uero marcas decem ſicut aſſeruiſti *Prepoſitus* & conuentus Eccleſie *nouioperis* ſupradicte a te percipiendas in locis infra ſcriptis tibi communiter & concorditer aſſignarunt. Vt uidelicet de eccleſia in *Korenbecke* tres *Korenbeck.* marce. Et duobus manſis ſitis circa uillam *Wormelitz* quos tenet & poſſidet Fredericus dictus *Raud* *VVoermeliz.* duo marce. Item tres marce de una *caſa* de XXV. *Sartago in* *ſartaginibus* ibidem in fonte qui dicitur *Meteritz*, *Meteriz.* quas tenet & poſſidet Olricus dictus *Poz*. Nec non due marce in una caſa & de decem *ſartaginibus* ibidem, quarum quinque ad fontem *theto-* *Teutſch.* *nicum* ſpectare noſcuntur, quas etiam tenet & habet Iohannes *Bruninghi* predictus tibi, quo aduixeris, annis ſingulis & poſt obitum tuum Cappelle predicte perpetue dari debeant & perſolui ab hijs, qui predictorum bonorum ſeu locorum pro tempore fuerint poſſeſſores. In quorum omnium teſtimonium & conſenſum preſentes literas tibi damus noſtro & capituli noſtri *ſigillis* fideliter com-

Datum 1317. munitas. *Datum* Magdeb. Anno domini M CCC XVII. XIII. Kl. *Septembris*, Pontificatus noſtri anno decimo.

DIPLOMA XXXIV.

Priuilegium VDONIS epiſcopi NVENBVRGENSIS ſuper liberatione a *theloneo* in *Tuchrim* & alibi CIϽCXXXI.

VDONIS *Naumburg. epiſcopi. an. 1131.* IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis.* VDO *dei gratia* NVENBVRGENSIS *epiſcopus omnibus chriſti fidelibus.* Si piis fidelium laboribus aliquod noſtre nobis *placendam* ſperamus. Proinde dilectis fratribus Deo ſueque genitrici perpetue uirgini *Marie* ſub regulari habitu ad *nouumopus* Halle famulantibus pro remedio anime noſtre & pro ſpe diuine remunerationis ſimiliter etiam pro deuota cleri noſtri & aliorum fidelium noſtrorum petitione *Theloneum* in *Zyba*, *Nuenburc* & *Thuchrim* in-*Vectigal in Zyuba, Thuchrim.* dulſimus eisque in predictis locis liberam facultatem emendi absque theloneo & uendendi conceſſimus & preterea in aliis *epiſcopii* locis tam in *terris*, quam in *aquis*, que ad nos pertinent, exceptis uidelicet beneficiis, absque theloneo commeandi libertatem eiusdem beniuolentie reſpectu eis tribuimus. Et ut hec noſtre deuotionis oblatio firma in perpetuum & inconuulſa permaneat eam *banno* noſtro *Banno noſtro. Innocentii papae.* & autoritate beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & uenerabilis Pape *Innocentii ſecundi* immobiliter confirmamus & ne alicui hanc in poſterum infringere aut irritam facere liceat, hanc cartam *ſigilli* noſtri autoritate roboratam eis contradimus. Huius rei TESTES ſunt Conradus prepoſitus Bertoldus *TESTES. magiſter, camerarius* decanus Henricus *magiſter*, Bero *Kamerarius* Canonici Herbadus *Trulwinus* Fredericus Cono Hermannus Gerhardus de *Zyba*, Etelinus decanus Berma-

Bermarus *magiſter* Thidericus Helmericus laici : Fredericus de *Liznic* Luf de *Kamburgk*, Henricus de *Rorwe*, Swikerus de *Grobeze*, miniſteriales. Lenhart & filius eius *Luthewicus Witelo* & Hartwicus frater eius & alii multi. Data *Zybe* pridie Kal. Martii. Annp dominice incarnationis M C XXXV Indictione XIII. preſidente ſancte uniuerſali romane eccleſie *Innocentio* Papa *ſecundo*. Regnante *Lothario* tertio romanorum imperatore, *Conrado* reuerendo Archiepiſcopo magdeburgenſe eccleſiam regente, *Lamberto* eiusdem cenobii prepoſito primo.

Luthewicus.
Datum.
Anni
1) papae.
2) imperatoris.
3) aepiſcopi Magdeb.

DIPLOMA XXXV.

Priuilegium domini *Frederici* de BICHELINGEN Archiepiſcopi, in quo confirmat omnia bona monaſterii nouioperis CIↃ CCCC LIII.

FREDERICVS *Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus* PRIMAS *Germanie* uniuerſis & ſingulis chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris inperpetuum. Salutem in domino ſempiternam. Dignum arbitramur & congruum rationi, ut ea, que predeceſſorum noſtrorum donata largitas religioſis locis prouida diſpoſitione contulerat, noſtre confirmationis & perpetue gratitudinis munimine roboremus. Sane dudum uenerabiles & amantiſſimi patres *Adelgotus*, *Rogerus*, *Norbertus*, *Conradus*, *Fredericus*, *Wichmannus* Archiepiſcopi predeceſſores noſtri uolentes, ut accepimus, monaſterium *nouioperis Canonicorum regularium* extra muros opidi noſtri *Hallis*, quod idem deo dilectus *Adelgotus* fundauerat ob ſancte & *regularis* uite florem ſummo fauore & honore proſequi gratioſe. Nonnulla, poſſeſſiones, bona,

FRIDERICI, an. 1453.
Conditor & largitores aepiſcopi.
Canonici regulares.
Nouumopus *ſacrum.*

Gerdrudi, Vdalrico, Laurentio. Bartholomaeo. S. Br us. S. Pancratius.

bona, iura & priuilegia ac inter alia Beate *Marie*, ſancte *Gerdrudis*, ſancti *Vdalrici* ac ſancti *Laurentii* extra muros dicti opidi noſtri. Nec non ſancti *Bartholomei* in *Geuckenſteyn*, ſancti *Briccii* in Trote, ſancti *Pancratii* in Motzelicz & literis ipſorum de ſuper conf.ctis plenius perſpeximus contineri, eidem contulerunt donarunt & appropriarunt, que & quas ex collatione donatione & appropriatione huiusmodi prepoſitus fratres monaſterium usque modo ipſi pacifice poſſiderunt, prout etiam poſſident de preſenti. Nos uero *Fridericus* Ar-

Primas.

chiepiſcopus & PRIMAS antedictus dictum monaſterium perpetim ac fratres ob regularis & uite ſue ſancte uotiuam obſeruantiam uti animam noſtram ex intimis diligentes collationem donatio- nem & appropriationem predeceſſorum noſtrorum huiusmodi ad ea, que poſſident ratam habentes & gratam ipſam dei nomine preſentibus

Confirmatio & noua conceſſio.

confirmamus & approbamus. *Adicientes* &, de ſingulari dono gratie, indulgentes; quod prepoſitus & fratres monaſterii predicti dictas eccleſias

Eccleſia de menſa praepoſiti.

& ſignanter eccleſiam *beate Marie* uirginis, quam ſub cura & de *menſa* ipſius prepoſiti eſſe cenſemus, per fratres ydoneos ſui monaſterii aut alios ſeculares presbyteros ad hoc abiles & ydoneos, quos ad hoc duxerint aſſumendos, tanquam per *vicarios* ſuos ad nutum tamen prepoſiti cum *conſenſu* ſui *capituli* remouibiles regere poſſint & ualeant.

Incorporatio

Iure tamen *incorporationis* earundem nec non congrua *penſione*, quam dictis prepoſito fratribus & monaſterio de huiusmodi eccleſiis iuxta moderationem & taxationem Archiepiſcopi pro tempore *annuatim* per *uicarios* ipſos ſoluenda re-

Conteſtatio.

ſeruamus ac Iure noſtro ſemper ſaluis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtram

ſtram confirmationem & approbationem infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei beatorum Petri & Pauli apoſtolorum Mauritii & ſociorum eius patronorum noſtrorum ſe nouerint incurſurum. *Datum* in caſtro noſtro Gebikenſteyn Sub anno a natiuitate domini MCCCCLII. Ipſo die Luce euangeliſte noſtro ſub ſigillo preſentibus appenſo.

Datum 1452.

DIPLOMA XXXVI.

Priuilegium conſulatus Hallenſis de reparando *Glauchenſis* molendini *aggere* Burgenſium CIↃ CC LVIII.

NOs *Marquardus Heydenricus de* VIRIDARIO, *Conradus* KRONIGK, *Hermannus* HVNDERTMARCK, *Cyriacus Bertrammus* DIVES, *Herdeyus* RVSCHENBERGK, *Thidericus* KOTZE, *Remeko Baldewinus Ludulfus*, *filius Ludulfi*, *Conſules ciuitatis Hallenſis* cum communitate *Burgenſium* in Hallo omnibus preſentem paginam inſpecturis eternam in domino ſalutem. Ne queſtiones ſopite rouiuiſcere permittantur, ad notitiam uniuerſorum uolumus peruenire: quod cum eccleſia *nouioperis* ciuitatem Hallenſem diu querulando inpeteret pro eo uidelicet, quod occaſione fracti *aggeris* illius, qui dicitur *burgenſium* de *queſtu molendini* ſui in *Glouch* iam multo tempore caruiſſet nec non & aliorum, que propter defectum aque deperierunt. Tandem de conſenſu communitatis in Hallo mediante fratre Heydenrico *commentatore* ſancte *Konegundis* inter prefatam eccleſiam & nos ſuper omne queſtione talis concordia interceſſit. Promiſimus unanimiter data fide & nos ad hoc literis preſentibus obligamus, quod ciuitas Hallen-

CONSVLVM *Hallenſium transactio cum coenobio 1258*

de molendino & aggere.

Commentator S. Konigundis.

Agger Burgenſium. lenſis tenebit *aggerem* illum, qui dicitur *burgenſium* propriis ſumptibus & expenſis in tali ſtatu, *Glauchenſe molendinum.* quod *molendinum* in *Glouch* ex parte *aggeris burgenſium* in aqua nullum habeat detrimentum. Idemque *molendinum* reparabitur tenendo & ponendo ſicut antiquitus tenebatur. Item promiſimus, quod ſi *fractura* aliqua *aggeris* qualicunque cauſa contingerit, ciuitas eam reparabit de *Onus reparandi.* *propriis* ſumptibus ſuis & hoc faciet infra *unius* anni terminum finaliter ſub hac forma, *defectum* *Cum poena adiecta.* anni dimidii in fauorem ciuitatis eccleſia patietur. Quod ſi ultra hoc in reparatione *aggeris* adhuc annum dimidium ciuitas moraretur, dampnum illud ciuitas dimidium reſtituet, aliud eccleſia relaxabit. Quicquid uero ultra annum circa reparationem *aggeris* in preiudicium & grauamen eccleſie ciuitas uellet immorari, dampnum illud ciuitas ex integro refundet quidquid demonſtratum fuerit eccleſie in *molendino* ſuo *Glouch* interim deperiſſe. Vt autem promiſſum hoc, quod de communi conſenſu fecimus & a nobis & a noſtris ſucceſſoribus perpetuo teneatur omni querimonia poſtpoſita & remota nos ſigillo *ciuitatis* noſtre preſens ſcriptum fecimus communiri. Teſtes. *ſine cognominibus.* TESTES huius rei ſunt Henricus filius Philippi, Ekhardus filius Detheleui, Ludolfus de *Rogoſe*, Ludulfus *Fateke*, Conradus *Keſelingk*, Burchardus de *Vicir*, Henricus *Roſcop*, Heydeko de *Aſchersleuon*, Hinricus *Aliuari*, Iohannes *Smolt*. Folcmarus Queſtenberch burgenſes noſtri & communitas Hallenſis. Datum. *Datum* in Hallo IIII. idus Maij. *Annus 1) aepiſcopi. 2) praepoſiti. 3) Chriſti.* Preſidente ſancte Magdeburgenſi eccleſie *Rudolfo* archiepiſcopo pontificatus ſui anno *ſexto*, regente eandem eccleſiam *nouioperis* prepoſito Brunone. Anno uero *reparationis* noſtre M CC quinquageſimo octauo.

DI-

DIPLOMA XXXVII.

Sententia ſ. laudum GVNTHERI Archiepiſcopi ſuper inſtitutione *plebani* & *uicerectoriae* ad ſanctum Mauritium CIↃ CCCC IX.

NOS GVNTHERVS *dei gratia Archiepiſcopus Magdeburgenſis* arbiter ſeu arbitrator ac amicabilis compoſitor litium ſeu controuerſiarum exortarum inter uenerabiles & religioſos uiros & dominos Nicolaum *prepoſitum nouioperis* & Archidiaconum *banni Hallenſis* & ſuum capitulum ex una & Rammoldum prepoſitum Monaſterii ſancti *Mauritii* & ſuum capitulum intra muros Hallenſes noſtre dyoc. parte ex altera de & ſuper preſentatione, inſtitutione & obedientia *uicerectoris* ſeu *ſubſtituti* per prepoſitum in eccleſia parrochiali ſancti Mauritii prepoſiture monaſterii ſancti *Mauritii* annexe unite & incorporate, quo parrochia una cum prepoſitura ipſius monaſterii tanquam unum ſeu unitum beneficium prepoſiti, qui pro tempore fuerunt, per predeceſſores noſtros de quo fuimus per legittima *documenta* clare edocti, conſueuit in tytulum aſſignari. *Auditis*, *uiſis* & *intellectis* hinc inde propoſitis & reſponſionibus deſuper factis de dictarum partium hinc inde *expreſſo conſenſu arbitramur*, diffinimus, pronunciamus & ordinamus, quod futuris perpetuis temporibus *uicerector* per prepoſitum Monaſterii ſancti Mauritii, qui pro tempore fuerit & de gremio ipſius monaſterii aſſumptus ſeu aſſumendus ad *curam animarum* regendam in dicta parrochiali eccleſia ſancti *Mauritii* prepoſito dicti monaſterii aliis ſui monaſterii occupato negotiis, debet *auctoriſabilem* recipere a monaſterii prepoſito *nouioperis* & *Archidiaconi banni* Hallenſis qui pro

GVNTHERVS 1409.

Auſtrega ſ. arb teg inter Nouumopus & archidiaconatum Hallenſem & S. Mauritii praepoſitum de Vicerectore.

Laudum.

auctoriſabilis uicerector Banni Hallenſis.

pro tempore fuerit inſtitutionem, ſicut retroactis temporibus inter predicta monaſteria eſt tentum & obſeruatum & mandata ipſius *prepoſiti* & *Archidiaconi* & ſui *officialis* licita & honeſta executioni debite demandare. In caſu in quem dictus *uicerector* ſeu ſubſtitutus parochialis eccleſie ſancti Mauritii pro tempore exiſtens propter aliquem *exceſſum corrigibilem*, quod abſit reperiretur per ſolum prepoſitum ſancti Mauritii corrigi debet & de illo exceſſu emendari prout ceteri ipſius monaſterii ſancti Mauritii *conuentuales* obedientia prepoſito *nouioperis* & *Archidiaconi banni* Hallenſis preſtita non obſtante. Diffinimus etiam ordinamus & arbitramur, ut prepoſitus monaſterii ſancti Mauritii, qui pro tempore fuerit, poſſit & ualeat propria auctoritate absque requiſitione & conſenſu prepoſiti monaſterii *nouioperis* & *archidiaconi*, qui etiam pro tempore fuerit, dictum *uicerectorem* & ſubſtitutum ut prefertur ad *nutum* & uoluntatem ſuam quotiens ſibi uiſum fuerit, expedire, remouere a dicta *rectoria* & alium ydoneum de gremio monaſterii ſancti Mauritii dicto prepoſito monaſterii *nouioperis* & *archidyacono* preſentare, qui omnia & ſingula, ut prefertur, in noſtra *arbitrali* diffinitione & ordinatione *expreſſata* fideliter ſtudeat obſeruare. Volumus etiam diffinimus & arbitramur: ut omnes & ſingule cauſe & actiones inter predictorum monaſteriorum prepoſitos & eorum capitula intra & extra muros Hallenſes propter premiſſa & eorum occaſione mote & ſuborte, in & extra iudicium ſint & eſſe debent de preſenti *totaliter* & integraliter *ſopite* & concordate ac in perpetuum per nos amicabiliter compoſite forma, modo, uia iure atque cauſa melioribus, quibus premiſſa fieri poſſunt

Conuentuales.

Ius deſtituendi uicerectorem.

rectoria.

Deciſio expreſſata.

poſſunt iuxta dictamen & rationem cuiuslibet ſapientis. Qua noſtra arbitrati deſciſione & amicabili compoſitione inter dictas partes pronunciata & publicata memorati monaſteriorum, hinc inde prepoſiti & priores ibidem preſentes pro ſe & eorum capitulis in noſtra preſentia & teſtium infra ſcriptorum mox & in continenti proſe & eorum ſucceſſoribus approbauerunt laudauerunt & *emologarunt*, ac eandem compoſitionem noſtram amicabilem & ordinationem ratam gratam atque firmam perpetuis temporibus ſollempni ſtipulatione interueniente habere & tenere promiſerunt bona fide. *Acta* ſunt hec in caſtro noſtro Gebikenſteyn. Anno a natiuitate domini M CCCC IX. die dominico poſt feſtum Bartholomei apoſtoli. Preſentibus ibidem Honorabili uiro Iohanni *Reppener*, decano eccleſie ſancti Nicolai Magdeburgenſis & noſtre curie *officialis* ac *famoſis* & *ſtrenuis* uiris Iohanni de *Wetten* & Hermanno *Kotzen* militibus *Koppen* & *Kunen* dictis de *Amendorp*, fratribus, noſtris *conſiliariis* & aliis pluribus fide dignis. Ad premiſſa uocatis ſpecialiter & rogatis. Et in euidens teſtimonium ueritatis omnium & ſingulorum premiſſorum huiusmodi noſtram *ordinationem* & *amicabilem compoſitionem* ſigillo *uicariatus* noſtri in ſpiritualibus nec non prepoſiti & capituli monaſterii ſancti *Mauritii* intra muros *Hallenſes* ſigillorum hincinde ad perpetuam rei memoriam fecimus impenden. communiri. Que in executione mandatorum ipſius prepoſiti & archidyaconi tunc per ſolum prepoſitum ſancti Mauritii qui pro tempore fuerit corrigi debet & de illo exceſſu emendari ad ipſius Archidiaconi requiſitionem pro modo culpe iuxta *dictamen rationis*.

emologata.

Acta in Gebikenſteyn.

Teſtes.

Famoſus & ſtrenuus uir.

Conſiliarii aepiſcopi.

Vicariatus in ſpiritualibus.

Ad dictamen. rationis.

DIPLOMA XXXVIII.

Concordia teutunicorum fratrum ſ. Cunigundis in Hallis cum monaſterio de *aque* tranſitu in Gummeritz molendino CIↃ CC XXXVIII.

Nouumopus; commendator Saxonicus; fratres ſ. Cunigundes Teutonici 1238.

Reſtagnatio Salae in Gimmeriz.

Sententia. Domus Teutonica in Iudendorf & Rideburch. Freymalen.

PErmiſſione diuina P. *prepoſitus* C. *prior* totumque capitulum *nouioperis* frater Henricus de *Heldenowe Commendator Saxonie* ac uniuerſi fratres ſancte *Conegundis teutunicorum* Hallenſium. Vniuerſis chriſtifidelibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit in uero ſalutari ſalutem. Cum ſuper dampnis dicte *domus* ſancte *Conegundis*, que ex reſtagnatione *Sale* occaſione retinaculi *molendini* in *Gummerſt*, que domus eadem ſuſtinet & inpoſterum cogitur ſuſtinere inter nos ad inuicem queſtio uerteretur, concordauimus in hunc modum: in *molendino* predicto ipſo & retinaculo eius permanentibus fratres *domus teutonice* & familia ipſorum, qui pro tempore fuerint in ſepedicta domo ſancte *Conegundis* & curiis *Iudendorph* ac *Rideburch* omnia *victualia* ipſorum ac paſtum *porcorum* ipſorum molent *gratis* & ſine quolibet inpedimento, ita, quod nullum ſuper hoc ab eis pretium requiretur. Idem quoque fratres renunciauerunt omni reſtauro dampnorum, quod occaſione pretaxatorum *molendini* & retinaculi ſuſtinuerunt uel ſuſtinere potuerint in futurum prenotato retinaculo, permanſuro in eadem altitudine, in qua nunc eſt. Vt autem inter nos ad inuicem firmior concordia in perpetuum perſeueret mutua fraternitate recepimus nos uiciſſim ſic, ut defunctorum noſtrorum memoria in *domibus noſtris* ad inuicem perhenniter obſeruetur ut uiciſſitudinaria obſecundatione alterutrum obligemur in euum. Ne autem ſuper hiis in poſterum

ſterum dubium oriatur ſuper eisdem preſentem paginam conſcriptam Noſtrorum prepoſiti & capituli ac fratris H. *ſigillorum* appenſionibus fecimus conſignari. *Data* Hallis apud nouum opus Anno gratie M CC XXXVIII. VI. Kl. Nouembris in preſentia eorum, quorum nomina ſunt *ſubſcripta*. Poppo *prepoſitus* Conradus *prior* Alexander Godeſcalcus, Bano, Hezedo, Henricus, Fridericus, Bertrammus, Conradus, Conradus, Steffanus Nouioperis Hallenſis *frater* Hartmannus, *Commendator* Saxonie Otto *ſubdiaconus* Theodericus, Siffridus Henricus *fratres domus teutunicorum*, Magiſter Iohannes Dorla, *Magiſter*, Conradus Canonicus *Mersburgenſis* & alii quam plures. *Datum 1238.* *Teſtes.*

DIPLOMA XXXIX.

Emptio duorum *manſorum* in *Dangkmerſtorff*. Sed eſt *alia* litera per monaſterium data, que euacuat illam & dat quatuor *pullos* CIↃ CC LXXXVII.

IN *nomine domini Amen. Frater Iohannes* COMMENDATOR *uniuerſique fratres domus teutunice apud Hallis*, que dicitur curia ſancte *Konegundis* omnibus in perpetuum. Cum ea, que geruntur in tempore ex facili cum tempore euaneſcant cautum & utile eſt ut ſciri digna ſiue neceſſaria uiuorum teſtium & literarum teſtimonio fulciantur. Hinc eſt quod chriſti fidelibus uniuerſis preſentis temporis & futuri preſens ſcriptum audituris cupimus eſſe notum: quod duos manſos ad uillam *Danchmarsdorp* ſitos eccleſie *noui-operis* extra muros *Hallenſes* pertinentes, nos a domino *Olrico* eiusdem eccleſie *prepoſito* recepimus *Fratrum TEVTONICORVM apud Hallis 1287.* *Dankmarsdorf.*

mus & tenemus *iure conſimili* perpetuo poſſidentes. Quos dictos manſos Bertoldus ciuis prefate uille *Danchmarsdorp* hactenus tenuit ab eccleſia *nouioperis* prenotata. A quo etiam B. manſos pretactos rite & rationabiliter comparauimus *emptionis titulo* ſub hac forma, quod *cenſum* debitum uidelicet unum *fertonem* argenti in feſto ſancti Michaelis XXIIII. *modios ordei*. in feſto ſancti Martini & duos *pullos* in feſto ſancti Alexandri & totidem in dominica qua cantatus *Eſto mihi* dabimus annis ſingulis de ſepe dictis manſis integraliter eccleſie nouioperis iam prefate. Inſuper uecturas cum aliis omnibus ſeruitiis, que de manſis conſimilibus in eadem uilla *Danchmarsdorp* ſitis, eccleſie *nouioperis* pertinentibus, exhiberi ſolent de huiusmodi manſis exhibebimus anno quolibet eccleſie ſepius prelibate. Igitur ut hec, que premiſſa ſunt a poſteris noſtris ac nobis illibata perpetuo obſeruentur, preſentem paginam eccleſie ſepius expreſſe dedimus *ſigilli* noſtri munimine communitam. Huius rei *teſtes* ſunt Frater Henricus de *Rideborch*, Frater Hinricus de *Plozk*, Fr. Watterus, Fr. Hermannus, Fr. Theodericus de *Radoluerode*. Et quam plures alii fide digni. *Datum* & *actum* Anno ab incarnatione domini M CC LXXXVII. Kl. Februarii.

emtio cum censu reservatiuo. — *Teſtes* — *Datum & actum 1287.*

DIPLOMA XL.

Concordia inter *prepoſitum* & conuentum nouioperis & certos *ciues* per conſulatum *Hallenſem* & *commendatorem* S. Kunegundis facta.

Conſulum & communis in ciuitate Hallenſi

NOs *Merkelinus* ſenior & Henningus Ludolphi ceterique *conſules* ac *commune* Ciuitatis Hallenſis omnibus, preſentem literam audituris,

ris, cupimus eſſe notum, quod totalis diſcordia & queſtio litigioſa, que inter prepoſitum & conuentum Eccleſie *Nouioperis* ex una & Iohannem de *Vryberg* nec non Albertum & Hinricum filios ſuos ac Ioannem *ſocerum* predicti Ioannis & Luciam eius *uxorem* parte uertebatur ex altera, ſuper quibusdam *dampnis*, que Iohannes & eius filii ac ſocer ſupra dicti ſe aſſerebant ex parte conuentus predicte eccleſie ſe recepiſſe per *honeſtos milites* uidelicet Alexandrum & Henricum fratres dictos *Prune* conciues noſtros fratrem Hinricum cognomine *Nagel* Arbitros prepoſiti & conuentus eccleſie iam prefate nec non fratrem Iohannem de *Arteren* & fratrem Waltherum de *Iudendorp* ordinis *domus teutunice* ac Burchardum de *Viridario militem* arbitros partis aduerſe amicabiliter eſt ſopita ſub hac ſcilicet forma: quod prepoſitus & *conuentus* eccleſie ſepedicte det *XV. marcas albi argenti* in refuſionem huiusmodi dampnorum Iohanni prelibato & ſuis filiis Alberto & Henrico Socero que ſuo Iohanni & eius uxori L. in terminis ad hoc competentibus deputatis. In cuius rei *teſtimonium* ne cauſe predicte diſcordie denuo reuiuiſcat preſens Scriptum *Sigillo* noſtre ciuitatis iuſſimus roborari. Nos quoque Frater Godefridus. commendator *domus tetunice prope Hallis* ad inſtantiam domini prepoſiti & Conuentus eccleſie ſupradicte in robur & euidens teſtimonium premiſſe concordie *Sigillum* noſtrum preſentibus duximus imponendum. Huius concordie rite facte *teſtes* ſunt *arbitri* partis utriusque ſuperius expreſſi & Heyneman *Almuri*, Ludolphus *Somerwune*, Hartungus de *Koniyngeſſe*, Wernerus de *Kotene* Iohannes *Ghyſeleri* ciuus Hallenſes & quamplures alii fide digni. ACTA ſunt hec *Glouch* in eccleſie Anno domini M CC LXXXX in die ſancti *Michaelis*.

laudum inter Nouum-opus & de Freyberg.

ſuper dampnis.

per milites honeſtos illatu,

XV. marcæ albi argenti reparandus. teſtimonium.

Teſtes & *arbitri*

Acta *in Glauchen* 1290.

DIPLO-

DIPLOMA XLI.

Emptio fundi noui molendini. a *predicatoribus.*

Inſtrumentum emtionis 1283. inter ordinem praedicatorum Hallẽ & Nouumopus OMnibus hanc literam inſpecturis Nos frater Hermannus *prior* totusque conuentus fratrum ordinis *predicatorum* domus Hallenſis Notum eſſe cupimus, quod *aream* in qua ſitum eſt *nouum molendinum* eccleſie *nouioperis* in parte nobis ab uniuerſitate ciuium *Hallenſium* donatam & in parte emptam Honorabili uiro domino *Vlrico* prepoſito & eccleſie iam predicte *pro quinquaginta marcis* argenti uendidimus, facientes, *Donari, pro tradi iudicialiter.* eandem aream ipſis *donari* in foro *ciuili* coram iudice & ſcabinis. In cuius rei teſtimonium preſentem dedimus paginam ſigilli noſtri munimine roboratam. *Teſtes. Scabini ante milites.* Huius rei *teſtes* Rolo *ſcultetus* ceterique *ſcabini* Volcmarus & Alexander *milites* Henricus *Proene*, Henricus Ludolphi, Buſſo diues, Iohannes *Gyſeleri* & quam plures alii digni. *Datum.* *Datum* Anno domini M CCLXXXIII. nonas Iulii.

DIPLOMA XLII.

Tranſumptio priuilegiorum antiquorum monaſterii *Nouioperis.*

Commendatoris Teutonici; ſanctimonialium in Brene & Glauch. NOs COMMENDATOR *ordinis fratrum teutunicorum* prope Hallis, Nicolaus *prepoſitus* ſanctimonialium in *Brene*, nec non Iohannes prepoſitus ſanctimonialium in *Glouch* prope Hallis. Notum facimus omnibus chriſti fidelibus hanc literam inſpecturis ſeu auditaris: quod literas domini *Pape* uidimus *bulla plumbea* filo *ſerico* non *cancellatas* nec *abolitas* nec *abraſas* nec in aliqua parte ſui *uitiatas* in hec uerba. *Teſtimonium BVLLAE papalis uiſae.* CELESTINVS *epiſcopus*

ſcopus ſeruus ſeruorum dei dilectis filiis Dudoni CELESTINI
Hallenſi prepoſito, eiusque fratribus tam preſenti papae
bus quam futuris regularem uitam profeſſis in per- *An. 1193.* BVLLA.
petuum. Ad hoc uniuerſalis ecclesie cura nobis a prouiſore omnium bonorum commiſſa, ut religioſas diligamus perſonas & bene deo religiones deo placentes ſtudeamus modis omnibus propagare, nec enim deo gratus apoſtolicus impenditur famulatus, niſi ex caritatis radice procedens a puritate religionis fuerit conſeruatus. Eapropter dilecti in domino filii ueſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus. *priuilegia pro* nouopere. Et *Hallenſem* eccleſiam, que dicitur ad *nouumopus*, in quo iamdiu diuino mancipati eſtis obſequio ſub beati *Petri* & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti priuilegio communimus. *Protectio papae.* In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus qui ſecundum deum & beati *Auguſtini* regulam ibidem inſtitutus eſſe dinoſcitur perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Regulae B. *Auguſtini.* Preterea quascunque *poſſeſſiones* quecunque bona eadem eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet aut in futurum conceſſione pontificum *largitione regum* uel *principum* oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis deo propitio poterit adipiſci, firma uobis ueſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Bona *acquiſita & acquirenda.* In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Locum ipſum in quo prefata eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis *parrochiam* in *Hallo* Eccleſiam ſancte *Gerdrudis* & ſancti *Georgii* Capellam, ſancti *Pauli*, ſancti *Lamberti*, ſancti *Nycolai* & ſancti *Egidii*, Capellam in *Geuekeoſteyn*; Eccleſiam *Trote* & *Motzelitz*; Eccleſiam *Dugaw* & *Cormbecke*; eccleſiam *Stuuene* cum omnibus ſuis pertinentiis & omnibus utilitatibus ad

Parrochia *in capellas 1) Hallenſes. 2) Giuekenſtein. 3) Trote. 4) Mezelich. 5) Dauchen. 6) Cornberg. 7) Stuuene.*

ad prefatas eccleſias ſeu Capellas pertinentibus.

Archidiaconatus *Hallenſis a* Sala & Elſtra *ad* Vunam.

Et cum *Archidiaconatu Hallenſi*, qui protenditur usque ad hos fines ſcilicet a fluuio *Sala* usque ad *Schriſize* a fluuio *Elſtra* usque ad *Vonam*. Preterea nouam uillam eccleſie ueſtre adiacentem cum omnibus libertatibus & poſſeſſionibus ſuis. *Molendina* etiam & *piſcationes* in fluuio *Sale* ſitas cum ortis & pratis ipſi fluuio circumpoſitis;

Haelliſche merk. *Hoenſted*; *Viſke*; *Swinze*;

Nouem manſos in Hallenſi marchia; decimam datam pro uilla *Honſtede*; Nouem manſos & quatuor iugera *Molendini* in *Wizcke*; Centum manſos in *Swinze*, quos bone memorie FREDERICVS *imperator* eccleſie ueſtre conceſſit & XXX. manſos in *Iuterbock*, quos bone recordationis WICHMANNVS Magdeburgenſis Archiepiſcopus ipſi eccleſie contulit & omnes *uineas*, *ſiluas*, *terras* cultas & incultas & prata & decurſus aquarum que ad eccleſiam ueſtram ſpectare & infra fines ſuperius annotatos contineri noſcuntur, uobis & per vos eccleſie ueſtre autoritate apoſtolica confirmamus.

Iuterbok,

Freyen & Laſſen.

Liceat quoque uobis *clericos* uel *laicos liberos* & *abſolutos* e ſeculo fugientes ad conuerſionem recipere & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ut *nulli fratrum* ueſtrorum poſt factam in eccleſia ueſtra profeſſionem, niſi amoris religionis obtentu abſque *prepoſiti* ſui licentia, liceat de eodem loco diſcedere diſcedentem uero abſque communium literarum cautione nullus audeat retinere.

Reſidentia.

Interdicimus etiam, ne cui liceat in uos uel eccleſias ueſtras ſine manifeſta & rationabili cauſa *excommunicationis* ſeu interdicti ſententiam ferre ſeu uos nouis&indebitis actionibus fatigare libertates quoque & immunitates *antiquas* & *rationabiles conſuetudines* eccleſie ueſtre conceſſas & hactenus obſeruatas,

Non poſſit excommunicari.

Conſuetudines raonabiles.

ſeruatas, ratas habemus & eas perpetuis temporibus illabatas permanere ſanximus. Inhibemus inſuper, ut infra *fines parrochie* veſtre nullus ſine aſſenſu dyoceſani *epiſcopi* & ueſtro *capellam* ſeu *oratorium* de nouo conſtruere audeat, ſaluis tamen priuilegiis romanorum *pontificum*.

De noua capella non condenda.

Çum autem generale *interdictum terre* fuerit, liceat uobis clauſis *ianuis* excommunicatis & interdictis non pulſatis *campanis* ſuppreſſa uoce diuina officia celebrare;

In excommunicatione generali diuina celebrent ſuppreſſa uoce.

Criſma uero oleum ſanctum conſecrationes altarium ſeu *baſilicarum* ordinationes Canonicorum ſeu clericorum ueſtrorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi *a dyoceſano* epiſcopo, ſi *catholicus* fuerit & gratiam atque communionem apoſtolice ſedis habuerit, uobis *gratis* & ſine prauitate aliqua uolumus adhiberi.

Criſma gratis.

Sepulturam quoque loci ipſius liberam eſſe decernimus, ut eorum deuotioni & extreme uoluntati, qui ſe illic ſepelire deliberauerint, niſi forte *excommunicati* & interdicti fuerint, nullus obſiſtat. Salua tamen iuſtitia illarum eccleſiarum, a quibus *mortuorum* corpora aſſumuntur.

Sepulturam eligant ibi omnes.

Obeunte vero te nunc eiusdem loci prepoſito uel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet *ſurreptionis* aſtutia ſeu uiolentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum *pars conſilii ſanioris* ſecundum dei timorem & beati *Auguſtini* regulam prouiderint eligendum.

Electio praepoſiti.

a parte ſaniori.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam eccleſiam temere *perturbare* aut eius *poſſeſſiones* auferre uel ablatas retinere minuere ſeu quibuslibet *vexationibus* fatigare: ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. *Salua*

Canonica iuſtitia.

ſedis apoſtolice autoritate & dioceſani epiſcopi canonica iuſticia. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra temere uenire temptauerit, ſecundo tertioue commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat reamque ſe diuino *iudicio* exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat & a ſacratiſſimo *corpore* ac ſanguine *dei* ac *domini* redemptoris noſtri Iheſu *Chriſti* aliena fiat atque in extremo examine diſtricte *ultioni* ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit *pax* domini noſtri Iheſu Chriſti. Quatenus & hic fructum bone actionis accipiant & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inueniant *Amen.* DATVM Romae apud ſanctum *Petrum* per manum Egidii Sancti *Nicolai* in carcere *Tulliani* dyaconi Cardinalis XV. Kl. Iulii Indictione XII. Incarnationis *dominice* Anno M C XCIIII. *Pontificatus* uero domini *Celeſtini* Pape III. Anno quarto.

Sanctio.

DATVM *Romae.*

Recognitio BVLLAE ARCHIEPISCOPALIS.

PReterea recognoſcimus, quod literas felicis recordationis uenerabilis domini ROGGERI *duodecimi Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopi* uidimus & audiuimus in hec uerba. In nomine ſancte & indiuidue trinitatis & ſancte dei genetricis perpetue uirginis *Marie* nec non & omnium *ſanctorum.* Notum ſit omnibus chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, qualiter *ego* ROGGERVS *dei gratia Magdeb. eccleſie Archiepiſcopus* offero, pro ſalute anime mee & omnium predeceſſorum meorum epiſcoporum nec non omnium fidelium defunctorum, quecunque beate memorie predeceſſor meus *Adelgotus* Archiepi-

ROGGERI *an. 1121.*

Adelgotus

ſcopus

ſcopus in *baſilica Hallenſi*, nouiter conſtructa in honorem ſancte & intemerate uirginis *Marie* offerre diſpoſuit ſi, morte interueniente, non exſoluitur. In qua etiam *canonicos*, communem uitam ducentes, exemplo *apoſtolorum* aliorumque fidelium, quibus in exordio naſcentis eccleſie cor unum & anima una fuit collocauit. quos etiam in noſtre congregrtionis fraternitatem ſuſceptos noſtra diligentia ibi firmiter ſtabiliuit. Hec ſunt autem que offerimus. *Parrochiam* in *Halla* & eccleſiam ſancte *Gerdrudis* & ſancte *Georgii* cum omnibus *utenſilibus* ad eas pertinentiis cum ſpirituali regimine uidelicet *banno* ut predicte uille populus a *prepoſito* illius *canonice* ſemper regatur cum omnibus eidem ſpirituali regimini ſubiacentibus *Capellas* ſancti *Pauli*, ſancti *Lamberti*, ſancti *Nycolai*, Capellam in *Geuekenſteyn*, Eccleſiam *Trote* & *Motzelicz*, Eccleſiam *Dugowe* & *Cornibeke*, Eccleſiam *Stuuene* cum omnibus ſuis pertinentiis & omnibus utilitatibus ad prefatas eccleſias pertinentibus & cum *Archidiaconatu Hallenſi* qui protenditur usque ad hos fines ſcilicet a fluuio *Sala* uſque *Striſize* A fluuio *Elſtra* usque ad *Vonam*. Preterea *nouam uillam* eccleſie ueſtre adiacentem cum omnibus libertatibus & poſſeſſionibus ſuis *Molendina* etiam & piſcationes in fluuio *Sale* ſitas cum ortis & pratis ipſi fluuio circumpoſitis. *Nouem* manſos in Hallenſi *marchia*, decima data pro uilla *Hoenſtede*, Nouem manſos & quatuor iugera, molendinum *Wizeke*, Centum manſos in *Swinze* & preter alia in diuerſis locis manſos. Predicte uero *canonice* ipſum hoc damus libertatis priuilegio; ut nullius expeditionis aut alterius *ſeruitii* incommoda exactione grauetur. Si uero *concilia ſanctorum patrum* agun-

in baſilica Hall. nouiter extructa.

or go canonicorum.

Oblata
1) *parochia Hall.*
2) *S. Gertrud.*
3) *S. Georgii.*
4) *Capellae plures.*
5) *archidiaconatus Hallenſis definitus.*
6) *molendina.*
7) *manſos plures.*
8) *immunitas*
9) *In concilio SS. patrum locum,*

 tur,

tur, vocatus adueniat & debitum honorem & reuerentiam exhibeat epiſcopo. Canonici autem defuncto *patre* alterius profeſſionis clericum non cogantur accipere. Sed quem in ipſa *canonica* uita probatum moribus exornatum proſpexerint libere & concorditer *eligant* & ſibi *prepoſitum* efficiant. Quod ſi in eligendo prepoſito uota partium ſe *diuiſerint*, aliis alium clamantibus, *ſanior pars* fauente gratia epiſcopi, quem elegerit optineat. Idem vero qui & prefectus eſt *orbis Magdeburg. aduocatus* eorum ſit nullumque pro ſe *ſubaduocatum* niſi rogatu *prepoſiti* & fratrum eius ſubſtituat. Quem ſi minus utilem ſibi & eccleſie ſue proſpexerint ſecundum petitionem eorum amoueat & melioris ſubſtitutione, pro ut anime ſue ſaluti conſultum eſſe uelit illis prouideat. Huius autem *inſtitutionis* & *ſanxionis* a nobis diuina faciente clementia firmate & corroborate conſultores & fautores exiſtunt *Albertus Maguntie* ſedis Archiepiſcopus & legatus *apoſtolicus*, Reginhardus *Halberſtadenſis*, Bertoldus *Hildensbemenſis* nec *Magdeburgenſis* ſedis ſuffraganei Theodericus *Cicenſis*, Arnoldus *Merſeburgenſis*, quorum conſilio freti extremam manum impoſuimus incepto operi. Hij autem ſunt *teſtes* Fredericus *prepoſitus*, Hadwardus *decanus*, Geho *camerarius*, Ioannes Bernhardus, Ludolfus, Ekehardus, Otto Bruno, Reliquo *clero* annuente & conſentiente *Laici* uero ciuitatis noſtre *Wipertus comes* & eccleſie noſtre *aduocatus*; Otto comes & *filius* eius; Adelbertus Rudulfus *comes*, Ludewicus *comes*, Anno *vicedominus*, Theodericus *beb limus*, Iſo & filius eius Iſo *Marcholt*, Rudu'ful: *miniſteriales* vero Rodulfus & filius eius Rodulfus & Walrammus & Wiehman-

10) ius eligendi praepoſitum.

11) aduocatus urbis.

12) probibitio ſubaduocati.

Sanxio.

Conſultores Mogunt.

Suffraganei Magdeb.

TESTES.
1) clerici

2) Laici, comes aduocatus.

Miniſteriales.

mannus *Wetil*, Gorpertus Henricus Ludericus Adelbertus Theodericus *Volrot* & preterea ciuium infinita multitudo. Hijs ergo tantis conſultoribus diffinitis & certis *teſtibus*, aſſignatis autoritate *ſancti ſpiritus* in uirtute domini noſtri Iheſu Chriſti *excommunicamus* & eterno *anathemate* a ſocietate ſupernorum ciuium ſequeſtramus ſi quis hanc noſtram ſanctionem preſumpſerit violare & temeritatis auſu in aliquo temptauerit annulare. *Datum* nonis Iunii Magdeburg a uenerabili *Roggero* Archiepiſcopo. Anno domini incarnationis MCXXI. Indictione XIIII. preſidente ſancte *uniuerſalis Romane* eccleſie Kalixto Papa ſecundo. Regnante *Henrico* imperatore quinto. In ſignum uiſionis ſeu auditionis priuilegiorum eorundem preſentia ſcripta *ſigillis* noſtris fecimus ſigillari. Amen.

Dicta. *Datum 1121. anno 1) pontificis. 2) Caeſaris.* *Recognitio inſtrumenti.*

DIPLOMA XLIII.

Litera *conſulatus* de curia molendini in *Glouch.*

WYr Radmann *vnde* meiſtere *der* Innunge *zou* Halle *bekennen myt deſſem offen brife vor vns vnde vnſer nachkomenden, daz vvyr den vverdigen heren* Probiſte, Prior *vnde gantzen* Sampnunge *des Cloſters zoum* Nuenwercke *vor vnſer Stad gelegen alle Jar jerlichen retchen vnde geben vvollin* Soben *vnde* tzwentzig *alde* groſſchin *vor ſolich gerechtikeit dy ſy an dem* molhoue *der etzvvannen diſſyt ſente* Jurgen *nahe vor vnſir Stat geſtanden hat gehat, habin. Zou orkunde haben vvir vnſer* Secret *an diſſen brief laſſen hengen an dem donerſtage nach dem Sontage*

Titulus Senatus Halenſis. *Samnung.* *Mu'hof in* Glauchen. *Signatur 1449*

 Ex-

Exurge Nach Chriſti gebort Virtzenhundert Jar vnde im Nühen vnde virtzigeſten Jare.

DIPLOMA XLIV.

Litera *commendatoris* de duobus manſis in *Baſſendorp* CIↃCCLVI.

Cunigundis de ponte Hallenſi.

FRater HEYDENRICVS *Commendator domus Conegundis de ponte Hallenſi.* Vniuerſis chriſti fidelibus preſens ſcriptum uiſuris Salutem in domino. Nouerint omnes homines tam preſentis temporis, quam futuri, quod nos a quodam *Conrado ciue* Hallenſi dicto de *Ponleue* comparauimus duos manſos pro XXXIIII. marcis ſitos in *Boſſendorp* quorum donationem recepimus a prepoſito & conuentu nouioperis ad eundem *cenſum*, quem Conradus dedit annis ſingulis perſoluendum. Preterea dedimus *decem marcas* argenti eccleſie *nouioperis* in huius conuentionis noſtre teſtimonium & etiam plane renunciauimus omni *actioni* quam habemus contra eos ex eo, quod nobis gratis ſine *malta* molere tenebantur ſi hoc per aliquod tempus facere neglexerunt. *Acta* ſunt hec Anno gratie M CC LVI.

duo manſi pro 34. marcis in Baſtendorf.

ſine malta molere.

Acta 1256.

DIPLOMA XLV.

Litera prepoſiti & conuentus de *Kaldenborn* de una caſa intra *cremiſtas* ſita, uendita coenobio CIↃCCLI.

HENRICI D G. in Caldenborn

HYNRICVS *dei gratia prepoſitus in* CALDENBORN. *Totumque eiusdem eccleſie capitulum.* Vniuerſis hanc literam inſpecturis ſalutem in domino. Volentes, quantum poſſumus, cauere proximis noſtris, ut nobis ea, que recordatione ſunt digna, litteris commendamus, que fratres

fratres preſentes nichilominus & futuros expediant dubitantes. Sane nouerint uniuerſi, quod cum eccleſia noſtra *debitis augeretur* quandam *caſam* inter antiquas *cremiſtas Hallis* ſitam, que eccleſie noſtre quinque *lotones* ſoluebat annuatim, pro quatuor *Marcis* & dimidia vendidimus & contulimus eccleſie nouioperis iure perpetuo poſſidendam. Et ne noſtrum hoc rationabile factum a quoquam ſucceſſorum noſtrorum mutari poſſit in poſterum uel infringi, circumſcribi fecimus hanc literam & *ſigilli* noſtri munimine roborari. Huius *teſtes* ſunt Hildebrandus prior, Conradus *cellerarius* Henricus *ſcolaſticus*, Conradus *camerarius*, Petrus *cuſtos*, fratres noſtri, Bauo Martinus & Alexander *plebani Hallenſes*, Conradus & Dytmarus canonici nouioperis. Iohannes *prefectus*, Marcwardus Alexander Prune Burchardus *Liſte*, laici & alii quam plures. *Acta* ſunt hec anno *gratie* M CC LI. *prelature noſtro* anno tertio.

Caſa cenſus 5. lotonum. *Teſtes.* *1) cellerarius 2) ſcholaſticus. 3) camerarius. 4) cuſtos. Plebani Hallenſes. an. 1251.*

DIPLOMA XLVI.

Litera conſenſus prepoſiti & conuentus de caſa uendenda.

HENRICVS *dei gratia prepoſitus in Kaldenborn* totumque eiusdem eccleſie *Capitulum* Vniuerſis hanc literam intuentibus Salutem in eo qui ſalus eſt omnium. Tenore preſentium recognoſcimus & teſtamur, quod de *caſa* quadam, que *cram* uulgariter nuncupatur, quam in ciuitate *Hallenſi*, iure proprietario, poſſidemus domino C. eccleſie noſtre *celerario* ſecundum quod ſibi utile uiſum fuerit, commiſimus ordinandum. Eidemque hanc literam in huiusmodi rei teſtimonium impreſſione *ſigilli* noſtri tradimus roboratam

Mandatum ad uendendum *cram in Hallis.*

ratam ne quiſquam eandem de manu eiusdem dubitet comparare.

DIPLOMA XLVII.

Liteta *conſulatus* de *prato Kolweſe* recepto pro certis bonis in *inſtiutis* ſutorum CIↃ CCCXIV.

Hallenſes
1) *Conſules*
2) *Scab ni montis berger.*
3) *uallis thalger.*

IN dei nomine Amen. *Nos conſules*, *Scabini montis & uallis Vnionum magiſtri ac uniuerſi opidani in Hallis* omnibus fidelibus has literas uiſuris cum Salute lumen agnoſcere ueritatis. Ne geſte rei pereat memoria literarum teſtimonio ſolet perhennari. Recognoſcimus igitur & ad uniuerſorum notitiam cupimus peruenire, quod, de *unanimi* conſenſu omnium noſtrum, domino prepoſito eccleſie *nouioperis archidiacono Hallenſis banni* dedimus libere & communicauimus partem *prati* ſiti ex oppoſito *porte* piſtrine dicte eccleſie, qua ad Salam deſcenditur ſoluentis *fertonem* argenti *uſualis* annue quod *tytulo* proprietatis eccleſie ſancte *Marie* in Hallis *parrochie* noſtre hactenus pertinebat, pro uno *fertone* annui *cenſus*, quem dictus dominus prepoſitus & ſua eccleſia in *Inſtitis ſutorum* quondam ſitis ante *cimiterium* prefate eccleſie ſancte *Marie* habere dinoſcebantur. Nolentes eundem dominum prepoſitum & ſuam eccleſiam per quempiam noſtrorum ſucceſſorum aliqualiter affici ſeu turbari. In cuius rei euidentiam ſepefato domino *prepoſito* & ſue eccleſie hanc dedimus literam appenſione *ſigilli* uniuerſitatis noſtre. *Teſtes* ſunt domini Iohannes & Alexander *milites* dicti *Prunen*, Henricus *Boydewin*, Ludeke Keſeling, Wernerus aduocati, Hermannus *Longus*, Ludeke *Barath*, Henricus

Archidiaconus banni Hallenſis.

Ferto.

Inſtitu ſutorum.

Teſtes.

ricus de *Vryberg* & alii plures fide digni. *Datum* Halliſ Anno domini MCCCXIIII. In octaua apoſtolorum *Philippi* & *Iacobi*. *Datum 1314.*

DIPLOMA XLVIII.

Litera prepoſiti & conuentus ſancti *Mauritii* de *permutatione* III. manſorum in *Canene*, pro quibus recipimus cenſum de duabus curiis in ciuitate apud ſanctum *Odelricum* CIↃCCLXXXVI.

IN nomine domini Amen. SIFFRIDVS *dei gratia prepoſitus*, IOHANNES *prior totusque conuentus ſancti Mauritii in Hallis* omnibus hanc paginam inſpecturis ſalutem in eo, qui neminem vult perire. Ne ea, que fiunt in tempore, ſimiliter labantur cum tempore oportet ut quorum memoria *perhennis* eſſe debet ſcripti teſtimonio roborentur. Nouerint igitur chriſtifideles uniuerſi tam preſentis temporis quam futuri. Quod in *reſtaurum* bonorum, que honorabilis vir dominus Olricus prepoſitus *nouioperis* apud *Hallis* eiusdemque eccleſie conuentus cum omni iure & libertate noſtre *donauit* eccleſie duos videlicet *manſos* & dimidium ſitos in *Conene* quos Iohannes dictus *Baurus* ciuis Hallenſis ab eccleſia tenuit antedicta, nos de *unanimi conſenſu* noſtri *capituli* in proprietate bonorum noſtrorum duas *curias* in ciuitate Hallenſi apud ſanctum *Vlricum* ſoluentes tres *fertones* & dimidium eidem eccleſie cum omni iure & utilitate, qua noſtra eccleſia hactenus poſſedit *donauimus* poſſidendas. Ne autem ſuper donationibus hinc & inde factis cuiquam dubium oriatur preſentem paginam *Sigillorum* noſtrorum munimine duximus roborandam.

PRAEPOSITVS S. Mauritii.

in reſtaurum dat apud Hallis Nouoperi.

in Canine.

Donatio fertonum.

Teſtes Plebanus eccleſiae, Hoſpitalarius. dam. *Teſtes* autem huius rei ſunt Olricus *plebanus* eccleſie noſtre; Euerardus *hoſpitalarius.* Alexander & Henricus fratres dicti Prunen Milites Iohannes Giſeleri Frederibus & Burchardus fratres dicti de *Macellis* Et alii quam plures fide digni. *Datum* in nouo opere apud Hallis Anno domini M CC *octogeſimo ſexto* In octaua *Martini* cum *dedicatio* eccleſie nouioperis celebratur. *Datum 1286.*

DIPLOMA XLIX.

Litera BOSSONIS *militis* ſuper uno fertone in *Nouo foro* in den *Dingkbenken* uendito *nouoperi* CIↃCCXCIX.

Miles, ciuis Hallenſis. Venditur plu mi. Dingbenke Domorum. NOs BOSSO *miles, ciuis Hallenſis* dictus de *Viridario* recognoſcimus & uniuerſorum notitie cupimus intereſſe, quod *nos* domino Nicolao *Scolaſtico nouioperis* dicto *Zollen* vendidimus *fertonem* uſualis argenti *pro IIII. marcis* de duarum fundis *domorum* ſiue *arearum* ſitis & iacentibus in uilla *nouioperis*, qui vulgariter eſt *dingb nke* nuncupatus, quem *fertonem* earundem *domorum* nunc inhabitatores uel eorum pro tempore ſucceſſores eidem domino Nicolao ſueque eccleſie *Nouioperis* de predictis areis ſiue fundis perpetue dabunt terminis in ſubſcriptis videlicet ab *areis* ſingulis in feſto paſche lotis & in feſto ſancti Michaelis ſimiliter lotis ut annis continue ſubſequentibus amminiſtretur. Nos uero prehabitatorum ſiue *arearum* proprietatem ad inſtantiam ſepe dicti domini Nycolai *ymmo ob* reuerentiam *glorioſe uirginis* matris noſtri ſaluatoris ac uictorioſiſſimorum martirum *Alexandri* ſociorumque eius damus in hijs ſcriptis prehabite eccleſie *nouioperis* perpetue poſſidendum. Non noſtrorum in preiudicium *coheredum*, cum eadem proprietas *Fonum acquiſitum a-*

prietas

prietas ad nos *tytulo* deuenerit *emptionis*. Nichil igitur nobis iuris & dominii in ſepedictorum fundorum domibus reſeruantes, preter hoc, quod dictarum *domorum inhabitatores* nos aut noſtros procedente tempore coheredes *uni pullo* pretextu defenſionis & *tutele* per nos faciende eisdem annis ſingulis honorabitur. Vt igitur hic noſter contractus *proprietatisque donatio*, vt premiſimus, vigorem debitum perpetuumque robur obtineat preſentem paginam inde confectam *ſigilli* honorabilis uiri domini *Alberti* prepoſiti eccleſie prememorate qui noſtre donationi in eccleſia ſancti Odelrici cum fieret affuit & noſtri munimine iuſſimus roborari. *Actum* & datum Hallis preſentibus domino *prepoſito* antedicto *Wichmanno* fratre eiusdem. Iohanne de *Gerbeſtade*, plebano ſancte Marie in Hallis, Iohanne *hoſpitolario*, Alexandro *camerario* clericis: *laicis* vero Fredemanno *Branth*, Heidenrico *Cotze* & aliis quam pluribus fide dignis. Anno *domini* MCCXCIX. VIII Ianuarii In die epiphanie domini.

lienabile ſine heredum conſenſu.

Pullus pro defenſione.

Actum & datum 1299.

DIPLOMA L.

Litera prepoſiti & conuentus monaſterii *Nouiperis* de *memoria* domini *Alberti* de *Borch* CIↃCCC II.

NOs NICOLAVS *dei gratia prepoſitus*, Andreas prior, Iohannes *Camerarius*, Iacobus *cuſtos*, Nicolaus *ſcolaſticus*, Totumque capitulum monaſterii *regularium Canonicorum Nouioperis prope Hallis*, Vniuerſis & ſingulis preſentia uiſuris ſeu audituris cupimus fore notum, In hijs *ſcriptis* publice proteſtantes, quod *diſcretus* uir Albertus de *Borth*, presbyter, nobis & noſtre eccleſie XX *ſexagenas* latorum *groſſorum* pro comparatione unius

TITVLVS *coenobitarum Nouioperis.*

Lati groſſi

ſexagena, ſchock. nius *ſexagene* ſimiliter *latorum groſſorum* annui *cenſus* tradidit, dedit & integraliter *perſoluit* ad perpetuam memoriam ſeu recordationem annuam *pro ſalute* ipſius domini *Alberti* ac omnium *parentum* ſiue *cognatorum ſuorum* uiuorum & mortuorum ac omnium fidelium defunctorum cum uigilia miſſa & pulſatione prout in noſtra eccleſia pro defunctis fieri conſueuit deuote obſeruandum. Et dicta memoria die altera Sancti *Gereonis* proxima futura, ſi non dominica dies inpedierit aut aliud inpedimentum interuenerit. Quoniam tunc anticipetur aut in ſequentem diem transferetur. Et ſic poſtea ſingulis annis perpetue peragetur. Pro qua pecunia *XX. ſexagenarum* Nos prefatus Nicolaus prepoſitus dominis noſtris & canonicis priori & capitulo unam *ſexagenam preciſorum groſſorum* annuatim percipiendum & tollendum pro dicta memoria obſeruanda aſſignamus. Quam penſionem *1. ſexag. Ditze Schutte* unum *fertonem* in die ſancti Michaelis unum *fertonem* in feſto paſche de *domo* ſue habitationis circa domum Andree, dicti *Suer*, ſituatam, quam dictus *Bode* eisdem temporibus totidem de una *caſula* elixatorum angulari ex oppoſito cimiterii beate *Marie* uirginis ſeu eorum heredes ſeu quicunque dictas domum & caſulam poſſidentes annuatim dabunt & complete perſoluent quousque una domus annexa cimiterio ſancti *Vlrici* in Hallis per Bertoldum *fabrum* & *uxorem* eius legittimam, de conſenſu heredum ſuorum, nobis legatam ad nos & noſtram eccleſiam, poſt obitum eorum, diuoluetur, quia tunc de eadem domo una *ſexagena latorum groſſorum* predicta penſione *cenſante* nobis pro eadem memoria, ut premittitur, ſeruanda per-

donantur a Berch pro ſalute animae ſuae & ſuorum.

Sexagenae, Schock. Ferto.

Legatum cum heredum, conſenſu.

Lati groſſi

perpetue porrigetur. Sepe ſatum etiam dominum *Albertum* omnium bonorum &c. facientes participem diem ipſius obitus tempore offerente exequias ſuas peragere, permittimus ambiguitati poſtpoſita obligantes nos & noſtros ſucceſſores uera fide ad premiſſa. *Datum* ſub ſigillo noſtro M CCCC II. *Petri* ad uincula. ***Datum 1402.***

DIPLOMA LI.

Litera *infeodationis* per prepoſitum data de domo in minori platea S. Vlrici & dat cenſus ad Sanctum Paulum cIↄ CCCC XXX.

WIr Niclaus *von gotiſgnaden* Probiſt *zou dem* Nuenwercke *des heyligen Kloſters vor Halle bekennen in diſſem offin briffe vor allen dy en ſehen adder hören leſen; daz Margareta vnde Korſtine genant dy* flymyſche *vor vns vorlaſſen haben, myt vvolbedachten mute eyn huſs, gelegen in Sente* Vlrichs *pharre daz da* tzinſet *Sente pavvels kerchen. Daz vorgenant huſs habe vvyr gelegen Nickel* fiſcher *vnde annen ſyner elichen* wertynne *zou tunde vnde czu laſſen. dez zou bekenteniſſe habe vvir der* Probeſtie Ingeſeſil *hangen an diſſem briff. Der gegeben iſt Nach godiſgebort* virtzenhundert *Jar darnach in deme* driſiſtigen *jare in deme ſundage der heyligen vrovven ſente Iſcebethen.* ***Prepoſiti nouioperis 1430.*** ***Flaminga.*** ***Vxoris conſenſu.*** ***Datum.***

DIPLOMA LII.

Litera *prepoſiti* ſancti Mauritii & transactio ſuper uno *fertone*, cenſus ex domo.

Nos

Praepoſiti D. G. S. Mauritii.

Nos MARQVARDVS, *dei gratia, prepoſitus Regularium canonicorum Monaſterii ſancti Mauritii in Hallis* recognoſcimus publice in hijs ſcriptis; quod honorabilis & diſcretus uir *Theodericus* prepoſitns Regularium canonicorum monaſterii *nouioperis* ex una & *Olze Hinze* & *Iohannes* fratres patrui prefati *Olſen* dicti *Roden* parte ex altera, in preſentia *noſtri* conſtitutis, ſuper uno *fertone* annuo: in quo prefati uiri & eorum progenitores ſingulis annis dicte eccleſie obligabantur, de quo etiam aliquandiu inter ſe litigauerunt, taliter ſimul conuenerunt & concordauerunt: quod uidelicet dictus *ferto* de in antea ſingulis annis de *domo*, quam Iohannes dictus *Hartman* medius ſiquidem Michael & dimidius *paſche* abſque omni *defalcatione* integraliter perſolui debebit. Si uero dictus Iohannes Hartman aut ipſius ſucceſſor ſeu alius cuius pro tempore hoc interfuerit, in ſolutione dicti *fertonis* negligens extiterit extunc prefatus dominus prepoſitus & ipſius ſucceſſores in prefata domo eis ad hoc, ut premittitur, deputata & aſſignata a prefatis uiris *inpignorare* pro dicto fertone poterunt ſine contradictione & diſplicentia cuiusquam, quando & quotiens hoc fuerit oportunum. Datum Bartholomei.

Praeſentia noſtri.

Transactio.

Soluatur ferto de domo, ſub clauſula impignorationis.

DIPLOMA LIII.

Litera prepoſiti *Nouioperis* confirmatoria ſuper media *marca* in curia *ſtraminum* CIↃCCC L.

PRAEPOSITI D G. Noui operis.

Nos HENRICVS *dei gratia prepoſitus Regularium Canonicorum Monaſterii Nouioperis prope Hallis.* Bene congruit in hijs, que ad caritatem

tatem intendere dinoſcuntur, non ſolum ſimplicem noſtrum *conſenſum*: uerum etiam uoluntatis noſtre liberum & promptum affectum adhibeamus. Cum igitur in Chriſto nobis dilectus *Albanus* noſter *Concanonicus* mediam *marcam* annui cenſus in *curia ſtraminum* ſitam, quam propriis, dum uiueret, ſumptibus pro ſe comparauit, ſingulis annis in octaua beate *Katherine* uigilia iure *dominos* noſtros, fauore ſpiritualis conſolationis, per manum prioris, qui pro tempore fuerit, perpetuo, poſt obitum ſuum, perpetuo ſtatui diſtribuendam & diuidendam, laudabiliter ordinauit ac prouide ordinando aſſignauit. Quam quidem ordinationem & aſſignationem, perpetuis temporibus duraturam, tam commendabiliter factam & conceptam nos HINRICVS *dei gratia prepoſitus* ſupradictus preſentibus approbamus & ratificamus. In cuius approbationis & ratificationis teſtimonium *Sigillum* noſtre prepoſiture preſentibus eſt appenſum. *Datum* & *Actum* Anno domini MCCCL. feria ſexta ante diem Galli confeſſoris.

Concanonicus. *Strohof.* *Datum & actum 1350.*

DIPLOMA LIV.

Litera prepoſiti *Nouioperis* de cenſu unius domus in der *Smerſtraſse* CIↃ CCC LXII.

WYr HENRICH von der gnoden gotis probiſt des gotishuſes zou dem Nuenwercke vor Halle *betzugen vnde bekennen an diſſim briffe daz er Herman von* Halberſtad, Cüſter *vnſes gotishuſes het gelegen Hanſe* Boderker, *Hans* Schribers *ſon von* Ploſe *daz huſ in der* ſmerſtraſse, *daz Her Jane* ſchriber *in dem* dale *dem beſcheiden manne, daz jm gotgnade,*

Praepoſitus D. G. *Schmerſtraſsen.* *Str ba in ualle.*

vor

Sexagenas groſſorum. *vor ſatzt vvaz vor IX. ſ. vnde vor XVIII. Gr. vnde vor V. ſ. dy dye* ſelbe *Hans* Ploſe *gab den ſelben frouvven*, Kerſtans *vvybe, vor yr gelt, vſ vvyſunge vnde vvel des ſyn rechte* gewere *ſyn.* *Euictio.* *Dyſſer dynge ſynt* betzugen *Er gerhart vnſe* prior, *er Johans von* Wormenitze, *vnſere Closter Brüder vnde ouch ander* bederuen lüte. *Biderleute.* *In der* betzukeniſſe *diſſer vorbeſchreben rede Szo haben vvir vorgenante Probiſt vnſere* ingeſigel *myt vnſers* Cloſters Ingeſigel *an diſſen briff gehenget, der do iſt gegeben noch gotis geborth M CCC In dem LVII. iare In dem fritage vor mitteuaſten.* *Sigillum cœnobii.* *Datum 1357.*

DIPLOMA LV.

Litera domini *Magni* ducis *Brunſwicenſis* de eccleſie iure *patronatus* & VII. manſis & totidem curiis in *Peſna* CIↃ CCC XXXIII.

MAGNI D. Brunſuicenſis & marchionis in LANDESBERG 1333.

MAGNVS *dei gratia Dux Brunſwicenſis Marchioque in Landesborch.* Mortales actus mortalium diuturnitas temporum obliuionis rubigini citius tradetur, ſi non ea, que inter ipſos rite contrahuntur, ſapientum uirorum maturitas literarum teſtimonio perhennaret. Ea propter uniuerſis & ſingulis preſentia uiſuris ſeu audituris facimus manifeſtum publice proteſtando. Quod religioſis viris, *prepoſito* & conuentui regularium canonicorum monaſterii *nouioperis* prope Hallis, noſtrorum *heredum* conſenſu, ad hoc attendente *ius patronatus* eccleſie in *Peſena* & proprietatem ſeu *dominium* ſeptem manſorum in pago predicte uille *Peſena* ſituatorum & quarundam arearum, ad ipſos ſpectantium, liberaliter donauimus & tradimus omne ius, quod in predictis iure *patrona-*

Donatio cum conſenſu heredum. *Beſen.* *Ius patronatus, adnexum VII. manſis,*

tronatus & *manſis* nobis conpetebat ſeu in futurum conpetere poterit, in predictos prepoſitum & conuentum *plenarie transferendo* dictaque bona absque omnibus *precariis exactionibus* & quibusdam aliis *vexationibus* libera & ſoluta ipſis erogaudo. Quos quidem ſeptem manſos, quibus *ius patronatus* predicte eccleſie eſt annexum, ſtrenui famuli *Otto* ſenior *Otto* iunior & Gumpertus fratres de *Pouch*, noſtri fideles, a nobis in *pheodo* tenuerunt, que omnia libere nobis reſignarunt, horum uidelicet *ſeptem* manſorum ſtrenui & honeſti uiri Th. *miles* Ywanus & Eckhardus de *Scenkenberch* quinque cum dimidio & Aſpelan de *Hogen* unius cum dimidio poſſeſſores exiſtunt & dictam eccleſiam *nouioperis* deinceps in dominum *pheodi* recognoſcere debebunt de bonis ſupradictis. Huius donationis TESTES ſunt dominus Th. *miles* Ywanus Ekhardus de *Scenkenberch*, Gotſchalcus *aduocatus* noſter, *Guehardus* ſcriptor & plures alii fide digni. *Datum* & *actum* anno domini M CCC XXXIII. in craſtino Egidii confeſſoris noſtro ſub ſigillo in teſtimonium omnium premiſſorum.

ſine precariis exactionibus

quos de Pouch in pheodo *tenuit*

tenentque a Nouopere.

Teſtes.

Datum & actum.

DIPLOMA LVI.

Litera prepoſiti *Nouioperis* de recognitione *impignorationis* certe domus *in der Smerſtraſſe* CIↃ CCC.

WYr IOHANNES von der gnaden gotis Probiſt dez gotshuſes zou deme Nuenwercke vor Halle *bekennen vnde betzügen uffentklich in dyſſem briffe vor alle dy da on ſehen adir leſen, daz Kerſtan* Bodeker *der* beſcheide *man in vnſer keynvverdikeyt daz* huſs, *da he yne*

Praepoſiti D. G. Nouioperis 1300.

vvant, daz he von vnſereme gotishuſe zou eyme rechten erbe *hatte, daz gelegen iſt in der* ſmerſtraſſe, *hat beſcheiden hern* Gekyne *den hern ſchriber vz deme* dale *dem* beſcheyden bederman *vor IX. ß. vnde vor XVIII. groſſchyn, dy he ym von rechtlicher* ſchult *ſchuldig iſt vnde redelich* vor ſactzit *zou eyme* phande *vnde er herman vnde* Cüſter. *vnſeres gotshuſes, och daz ſelbe hus het gelegen vor ſyne* phengunge *deme hern er* Jane *der hern* ſchriber *vſ deme dale. Diſſer dinge ſint* getzugen *dy geyſtlichen beſcheiden vvyſen lüte vnd priſter her Yvvan her* Koppe. *Lyvvnig her Herman* Polen, *hern vnſes gotshuſes vnde Hans* Bodicker *vnd Jacob* Bodecker *borgere zou Halle In eyn* beczukeniſſe *diſſer dinge habben vvir met vnſerm* Ingeſegil *vnde met vnſeres küſters Ingeſegil diſſen briff beingeſegelt Nach gotis gebort M CCC in deme ſunnabende nach gotis lykames dage.*

Titulus: be cheidener biderman.

impignoratio.

Teſtes. ſapientis.

Teſtimonium bezeuchniſſen *1300.*

DIPLOMA LVII.

Priuilegium Nobilium der *Koczen* de duabus domibus in der *Smerſtraſſe* ubi retinent ſibi *feudum* & nobis pro memoria eorum ſeruanda datur *cenſus* domorum CIϽ CCCC XVIII.

WYr Er Herman COTZTZE RITTER vnde Oleman COTZTTE gebrüder vnde vnſere rechten erben *bekennen yn diſſem offen briffe vnde thun kunt alle den dy on ſehen adir horen leſen: daz vvir recht vnde redelich vns vortragen vnde geeynet haben myt den* erberen *vnde* geiſtlichen *heren Nicolao* Probiſte *des gotishuſes zou dem* nuen-

COZENIONVM *cum ion enſu beredum.*

officiales.

nuenwercke *by Halle Johanni* Priori, *Hermanno* kemerer, *Petro* Küſtere, *Petro* Schulmeiſter *vnde dy gantze* ſamenunge gemeyne *des gnan-ten Cloſters zou deme Nuenvvercke alſo: daz ſy vns vnde vnſer* erben eldern *vnde* nakomelinge *ſullen nemen ynne ore* heylige bruderſchafft *vnd gebet orer ynnekeyt vnde* yudewercke, *dy da geſcheyn in alle oren clöſtern, oren ordens vnde vnſs vnde vnſern erben* eldirn *vnd* nakomelinge *ſullen begen in der myttevvoche vnd dunnerſtage nach des heyligen crutzes tage den men beget nach vnſer vrouvven tage orer gebort mit* vigilien *vnde* ſelemiſſen *vnde ſullen vns das alle jar nemelich in vnſer* hus *vorkundigen: ab vvyr zou der* ſelekeit *adir vnſir* nakomelinge *komen vvolden tzu der* vigilien *vnde* ſelemeſſen *vnd daz* gotis dinſt *ſal man alle jar halaen zou deme altar ſancti* Petri *in orem gotishuſe zou deme* nuenwerke, *do vor ſo gebe vvir den erbern hern vnde vnſern geyſtlichen* metebruder *alle iar ierliche* tzinſe, *dy vvir haben an vnſern* lehengütern *vnde benemelich an tzvven* hufsirn *gelegen in der* ſmerſtraze *ander ecken zou deme* martewart, *alſo man vvil gen yn dy* touben gaſse. *Von dem eynen huſe da ynne vvanet* heydeke becker *ſal man gebe uff oſtirn XXVIII. breit groſſen vnd uff ſente michaelis tag ouch. XXVIII.* breite groſſchen. *Von deme* andirn *huſe vbir das ander* hus *gelegen dar ynne vvenet hans* ſchroder, *der gibt uff oſtern XXII. breite Gr. vnd II phenninge vnde ouch uff ſente michahelis tag XXII. breite Gr. vnd II.* phenninge *vnd dy ſelben lute, dy dar ſitztzen in vnſern gnanten* lehen gutern *ſullen den heren den gnan-*

Donatio facta.

Sub Onus anniuerſarii.

Gottesdienſt

Domus & cenſus feudales.

Taubengaſſe.

Lati groſſi.

Lehengut, *domus emphyteutica.*

gnanten tzins *gebin vnd reychten in allir vviſs, als ſy den* tzins *vns gereychet haben vff dy vorbeſchreben tziet, des vvyſe vvir dy genanten* tzins *lute vnſes* lehen gutes *myt den megenanten tzinſen als hir obſchreben ſtet an das* erbare *gotishuſs tzu deme nuenvvercke in dy* Samnunge *der hern vnde vff den* kor *gote czu lobe vnd zou* ſelikeit *vnſerm* geslechte *den lebenden vnd den toden. Vnd reden das var vns vnde alle vnſe nachkomelinge ſtete und gantz tzu haldene an allirleye argeliſt. Des zou orkunde vnd ſicher vvarer bekenteniſſe haben vvyr genanten bruder Er herman* kotztze *vnde oleman* kotztze *vnſer itzlich beſundern myt vvyſſintſchafft vnde vvol bedachten mute vnſir* Ingeſegel *laſen hengen an deſen offen briff Der gegeben iſt nach Chriſti gebort* virtzenhundert *iar in deme* achtzenden *iare dar nach am dunerſtage an ſente* Mauritius *tage vnd ſyner geſelleſchafft der heilgen* merterer.

Seeligkeit und geſchlechtes.

Titulus Fr.

Datum 1418.

DIPLOMA LVIII.

Litera Comitis de BRENE donationis cum *conſenſu* heredum.

THEODORICI *D G. comitis de* Brene.

THEODERICVS *dei gratia Comes de Bren, Conradus filius eius nec non ceteri heredes* Omnibus hanc literam inſpecturis ſalutem in domino. Volentes, in quantum poſſumus, cauere proximis noſtris, ut nobis ea, que recordatione ſunt digna, literis commendamus que ſemper hijs preſentes nichilominus & futuros expediant dubitantes &c. *Illud priuilegium vacat, quia bona uendita ſunt. Tamen hic ſignatum eſt, ut ſciatur quod habetur, ſi neceſſe fieret.*

Qui deſit totum diploma?

DIPLO-

DIPLOMA LIX.

Litera altaris in *Rideborch.*

Actus humani labiles ſunt ſolent, ut ſtent, *vocibus* & *teſtium* ſcripturarum bene perhennari. Hinc eſt quod nos PETRVS dei &c. *Diploma mancum.*

DIPLOMA LX.

Priuilegium BORCARDI archiepiſcopi de concordia *plebani* beate uirginis & S. Mauritii CIↃ CCC IV.

IN nomine domini Amen. BVRCHARDVS *dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus* uniuerſis, has literas uiſuris, ſalutem in domino ſempiternam. *BVRCHARDI aepiſcopi 1304.* Quia ea, que geruntur in tempore, ſimiliter cum curſu temporis elabuntur: ideoque expedit, ut res geſta ſub *ſigillis* autenticis per *ſcripturas* publicas perhennetur. Cum itaque *honorabilis* uir *prepoſitus* NOVIOPERIS apud Hallis cum PLEBANO ſancte Marie in Hallis ex una & prepoſitus ſancti MAVRITII in Hallis cum ſuo PLEBANO ex altera ſuper parua *domo* Marquardi in *Hallis* & inquilinis eiusdem domus, quantum ad iura parrochialia litigauerunt, coram nobis. *apud Hallis.* Item cum idem prepoſitus *nouioperis* cum *plebano* ſancte Gerdrudis in *Hallis* ex una & predictus prepoſitus ſancti Mauriti cum ſuo plebano ex altera ſuper domibus & curiis *Rudegheri* dicti nigri extra muros Hallenſes cum aliis curiis ſeu domibus, ibidem vicinis, quantum ad iura parrochialia ſimiliter inuicem litigauerunt *coram nobis*: *Nos, finem litibus imponere cupientes,* de *conſenſu partium* hinc inde *diſſentiones* huiusmodi terminamus & terminatas pronunciauimus in huuc modũ. *Sententia. Cum partium conſenſu* Videlicet quod predicta *parua* domus annexa *ma-*

gnae domui Marquardi, quam ſiquidem *paruam* domum idem Marquardus quondam emit a quodam antiquo *Buſſone* de *Quedelingborch* & que etiam parua domus aliquando ad quosdam dictos *Pekinenger* pertinebat in Hallis cum ſingulis *domibus*, que tendunt uerſus *eccleſiam* ſancte *Marie*, debebit quoad *Iura parrochialia*; omnes vero alie domus, que tendunt uerſus ſanctum *Mauritium* cum *inhabitatoribus* ipſarum ad eccleſiam ſancti *Mauritii*, quantum ad iura *parrochialia* ſe tenebunt & in hoc diſſenſionem ſuper domo *Marquardi* eſſe uolumus terminatam ſuper domibus vero *Rutgheri nigri* extra muros Hallenſes & curiis ibidem in vicino adiacentibus taliter pronunciamus. Quod ſuper diſſenſionibus, quas ſuper eiſdem domibus & curiis habebant in inuicem prepoſitus *noui operis* cum *plebano* ſancte *Ghertrudis* ex una & prepoſitus ſancti *Mauricii* ex altera medius *pons* apud *curiam* quondam *Hollandi* cum meatu ſeu riuulo *Sale* deſubtus currente, erit & a modo eſſe debebit *diſtinctio terminorum*. Ita, quod omnes inhabitatores *curiarum* ſeu *domorum* a predicto *ponte* medio & *riuulo* deſubtus currente uſque ad pontem *lapideū* & ultra uerſus *novum opus* ad eccleſiam ſancte *Ghertrudis* in Hallis quantum ad iura *parrochialia* ſe tenebunt. Alii vero habitatores inter eundem pontem medium cum ſuo *Riuulo* & *valuam* ſancti Mauritii ad eccleſiam ſancti *Mauritii*, quantum ad *Iura parrochialia* ſimpliciter ſe tenebunt & in hoc ſecundam diſſenſionem predictorum prepoſitorum terminatam eſſe volumus & deciſam. Super inhabitatoribus uero *allodii* & *molendini Gimmeritz*, quos *plebanus* in *Littin Halberſtadenſis dyoceſis* & *plebanus* ſancti Laurentii *Nouioperis*, quantum ad iura *parrochialia* hinc inde

Domus uariae Hallis, pertinentes coenobiis.

Plebanus S. Gertrudis. Curia Hollandi. Fines *ſtatuti.*

Iura parochialia.

Allodium Gimmeritz Plebanus in Littin, Hal

inde impetunt taliter pronunciamus, uidelicet, quod inhabitatores huiusmodi *allodii* & *molendini*, qui in religioſo habitu prepoſito uel priori *Nouioperis* per obedientiam ſunt aſtricti ad prepoſitum ſeu priorem *nouioperis*, quantum ad Iura *parrochialia* ſe tenebunt. Et quia iſtis diffinitionibus ſeu *deſciſionibus Alexander* dictus *Prune miles* & Iohannes de *Northuſen burgenſes* in Hallis, quorum *conſilio* vſi fuimus ex parte conſulũ in Hallis interfuerunt, ad plenam euidentiam premiſſorum noſtrum & predictorum conſulum ſigilla preſentibus ſunt appenſa. *Datum* & actum *Halle* Anno domini M CCC quarto proxima feria ante diem beati Alexandri.

berſtadienſis dioeceſios.

Deciſio.

Datum & actum 1304.

DIPLOMA LXI.

Littera donationis duorum manſorum dominorum *Ioannis* & *Alberti ducum* SAXONIE CIↃ CC LXX.

NOS IOANNES & ALBERTVS *dei gratia duces Saxonie Angarie*, *Weſtfalie Burgkgrauiique in Magdeburck Omnibus hanc literam inſpecturis*, *imperpetuum*. Recognoſcimus & tenore preſentium proteſtamur: quod nos *iurisdictionem*, quam noſcimur habere in uilla quadam, que dicitur *Baſtendorp* duorum manſorum, ad petitionem Hinrici *Commendatoris* curie ſancte *Cunegundis* in Hallis damus ſine impedimento quolibet. Vt autem huiusmodi donatio minus ualeat uiolari, hanc literam noſtris *ſigillis* preſentibus fecimus communiri. Huius rei teſtes ſunt Dominus Burchardus quondam *Burgkgravius* Magdeburgenſis. Dominus Wedegko de *Gaterſleue*, Dominus Anno de *Sydowe*, Conradus de *Kotene*, Oltze de *Amendorph*, Conradus cappellanus & alii quamplures *milites* & *clerici* fide digni. *Acta* ſunt hec Hallis

IOANNES & ALBERTI DD. *Saxoniae 1270.*

Baſſendorſ.

Commendator S. Gertrudis.

Quondam Burggrauius.

Actum 1270.

Hallis in *Nouopere*. Anno domini M CC LXX In die beati Vdalrici confeſſoris.

DIPLOMA LXII.

Littera Incorporationis parrochie in *Zoerbben* CIↃCC II.

VOLRADI *epiſcopi Halberſt.* *1202.* IN nomine domini Amen. *Nos* VOLRADVS *dei gratia Epiſcopus Halberſtadenſis preſentibus profitemur & conſtare cupimus univerſis.* Quod cum venerabilis dominus Ioannes abbas & collegium *Meymeleben.* ſuum in *Meymeleben*, Ordinis ſancti Beuedicti, *Zcerben.* predium ſuum in *Zcerbben* cum pertinentiis ſuis *Prouincialis Thuringiae.* religioſo *prouinciali Thuringie* & fratribus ſuis apud ſanctam *Connigundam* prope Hallis, ordinis *Ordo Teutonicus S. Cong. in Hallis.* ſancte *Marie Ieroſolimitani Theutunicorum* perpetuo *uenditionis* titulo uendidiſſent. Cuius uniuerſitati *Iuſpatronatus* eccleſie *parrochialis* ibidem eſt annexum. Nos, pro ut tenemur cultum diuinum ampliare & negotium fidei catholice, pro quo profeſſores ipſius ordinis perſonas & res exponere non formidant, promouere cupientes, ut tenemur, PROVINCIALI & fratribus maturo conſilio prehabito eandem eccleſiam cum ſuis *decimis* *Decimae.* aſſignamus & incorporamus per preſentes *officiendam*, *Officiendam* regendam & tenendam per fratres ſui ordinis *ydoneos*, quos duxerint eligendos, aut per clericos ſeculares, quos ſimiliter ſubſtituere ſeu conſtituere decreuerint ibidem. Succeſſoris noſtri ſeu cuiuslibet impedimento quolibet non obſtante In cuius *teſtimonium* preſentibus noſtrum *ſigillum* duximus apponendum. *Datum* Halberſtat. *Datum.* Anno domini Milleſimo ducenteſimo ſecundo, Feria quarta poſt octauam Natiuitatis beate virginis.

DI-

DIPLOMA LXIII.

Littera *Indulgentiarum* hoſpitalis *fratr. Teutonicor.* ſancte *Conegundis* CIↃ CC LXXXVIII.

BRVNO *Neuenburgenſis ecclesie Epiſcopus*, cunctis chriſti fidelibus, quibus litere preſentes fuerint declarate, ſinceram in domino charitatem. Quoniam, ut ait apoſtolus, qui parce ſeminat, parce & metet & qui ſeminat de *benedictionibus*, metet & benedictionem. Deuotionem ueſtram rogamus & in domino exhortamur in veſtrorum *remiſſionem* peccaminum iniungentes; quatenus ad *hoſpitale* & ad Capellam in honore *Conegundis* uirginis dedicatam, fratribus *domus Teutonice* extra muros *Hallenſes* in ſubſidium, quibus non ſufficiunt facultates proprie, de bonis, a domino uobis collatis, pias *elemoſinas* erogetis, ut per hoc & alia pia opera vitam poſſitis conſequi ſempiternam. Nos uero, de *omnipotentis dei gratia* confiſi omnibus uere contritis & confeſſis, qui *hoſpitale* & *capellam* premiſſam in omnibus *feſtiuitatibus* domini noſtri *Ieſu Chriſti*, uidelicet *Natiuitatis*, *Circumciſionis*, *Paſche*, *Penthecoſtes* & beate *uirginis Marie quatuor* nec non ſancte *Katherine* ac beate *Elizabethe* et cum dicti fratres ſacramentum *corporis* domini ſumere conſueuerunt & nichilominus, qui eisdem fratribus his diebus manum porrexerint adiutricem, ſiue deuotionis cauſa in domino uiſitarunt, *Quadraginta dies indulgentie* de iniunctis ſibi penitentiis miſericorditer relaxamus. Inſuper omnibus miſericordie operibus exercentibus in memorato hoſpitali, uidelicet infirmos conſolando, uiſitando ac de bonis a deo ſibi conceſſis quolibet die elemoſinis erogauerint iterato XL dies indulgentie contritis uere & confeſſis miſericorditer relaxamus

BRVNONIS NAVMBVRG. *epiſcopi an. 1288.*

Domus Teutonica *extra muros.*

Imperatae eleemoſynae *ſub praemio uitae aeternae.*

XL. dierum indulgentiae.

Datum 1288.

DATVM *Hallis* Anno domini M CC LXXXVIII. III. No. Aprilis.

DIPLOMA LXIV.

Littera *donationis* areae iuxta pontem lapideum cIↃ cc.

LVDOLFI aepi copi an. 1200.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis.* LVDOLFVS *dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus.* Ea, que ſpeciem continent pietatis & ad conſolationem pauperum Chriſti pertinere noſcuntur, ſolidum conuenit habere fundamentum & pro firmitate debita optinenda, muniri *autenticis* inſtrumentis. Proinde notum facimus omnibus preſentibus & futuris : quod fratres de *hoſpitali Teutonico* in partibus *tranſmarinis* area quadam ab occidentali parte ciuitatis *Hallenſis* iuxta *pontem lapideum* ſita ad *hoſpitale pauperum*, quod ibi initiatum eſt, opus habentes, hanc ſibi dari humiliter petiuerunt. Quorum deſiderium pro deo fauorabiliter intuentes & *rationabiliter* reputantes, eandem eis aream de conſenſu *cleri noſtri* perpetuo iure donauimus: *Geuehardi Burchrauii* & *burgenſium* de Hallo *conſenſu* & beneplacito concorditer accedente. Que donatio, ne poſſit ab aliquo futuris temporibus irritari, uel in queſtionem uenire, preſenti hanc pagine ſub *bulla* noſtra iuſſimus inſcribi auctoritate dei omnipotentis & noſtra decernentes, ratam & firmam haberi adhibitis TESTIBVS quorum nomina ſunt hec. Heinricus maior *decanus*. Romarus *prepoſitus* Seburgenſis. Geuehardus *Caſtellanus*, Burchardus comes de *Manſuelt*, Fridericus de *Hackenborne*, Erenfridus *dapifer*, Wernerus *Marſcalcus*, Bertrammus, Conradus *grecus*, Ioannes *Schultetus*, Hartwicus, Erewinus, Fridericus, Alber-

authentica.

Fratres hoſpitalarii.

Conſenſu cleri & ciuium donatio areae.

Bulla aepiſcopi.

Teſtes.

Officiales aulici.

Albertus, Waſmodus, Iordanis, Theodericus, *Vurſenſes* de Hallo, Hermannus, Ioannes filius Brunonis. Olricus *aduocatus* Heinricus *Dhume*, Heinricus *Sommerwune*, Conradus de *Kirchſtede*, Heidenricus filius Dhagmari, Hermannus *Guzeke*. ACTVM Anno dominice incarnationis M CC. *Actum.*

DIPLOMA LXV.

Mandatum abbatis de poſſeſſione cuiusdam curie in *Clebore*.

CONRADVS *dei gratia Abbas Monaſterii Pygauienſis* Vniuerſis quondam ſuis hominibus in *Clebore*. Salutem in domino. Fratrem G. *commendatorem* in Hallis uobis transmittimus & petimus, ut ſuis uerbis tanquam noſtris *fidem* plenariam adhibeatis, preterea ſcientes, quod curiam, quam a nobis *Iure feodi* poſſidet, eidem fratri G. & ſue eccleſie ſicut noſtra poſſidebat eccleſia, Iure *perpetuo* duximus poſſidendam. Abbatis *D. G. Pegauienſis.* *Iure* feudi *poſſidere.*

DIPLOMA LXVI.

Donatio duarum ſiluularum iuxta uillam *Horenberch* CIↃ CC XVII.

NOuerint omnes chriſti fideles, ad quos preſens pagina peruenerit, quod nos fratres *Burchardus* & *Geuehardus* in QVERENFORDE ex conſenſu cognati noſtri Burchardi in Magdeburck *Burcrafii*, qui noſtram in omnibus propter annos *pueriles* gerit vicem, duas ſiluulas de proprietate noſtra, quarum una eſt ſita iuxta uillam *Horenberch*, cui nomen *Bichenberch*. Altera iuxta cellam clauſtri ſanctimonialium omnibus notum, quas Henricus *Ruffus* miniſterialis noſter, a nobis in *feodo* tenuit, ad *hoſpitale* pauperum, quod *Dynaſtarum in* Querfurd *donatio, conſenſu* Tutoris *legitimi*, *Syluularum feudalium*

eſt

eſt in *Hallo* in *ponte*. In honorem dei genitricis ſemperque uirginis *Marie* conſtructum pro remedio *anime* patris noſtre pie memorie Geuehardi & in *remiſſionem* peccatorum noſtrorum, nullo contradicente, vnanimi *conſenſu*, in proprietatem perpetuam donatione ſolenni dedimus. Et ne aliquis inpoſterum hanc donationem preſumat infringere, preſentem cedulam *ſigillo* predicti B. fecimus roborari. TESTES uero ſunt Criſtianus eiusdem loci deuotus miniſter. Burchardus ſepe dictus *caſtellanus*. Wichmannus *Marſcalcus*, Heinricus *camerarius*, Heinricus & Fridericus fratres *Dens* cognominati, Lambertus de *Fromenſtede*, Heinricus de *Scherenbeche*, Daniel de *Helber*, Heuerardus de *Ludelfeſtorpt*. ACTA ſunt hec Incarnationis domini Anno M CC XVII. In die ſancti Pancratii.

pro remiſſione peccatorum.

Teſtes.

Burcgrau. hic Caſtellanus

Actum 1217.

DIPLOMA LXVII.

Indulgentia domini feudi, data uaſallo ad locandum ſ. *emphyteuticandum* agros *parrochiales* Eccleſie in *Bruneſtorp* CIↃ CC LXXIII.

NOS VOLRADVS *dei gratia Halberſtadenſis eccleſie Epiſcopus*. Notum eſſe cupimus uniuerſis chriſti fidelibus audituris preſentia & uiſuris, quod ob dilectionem & reuerentiam domus *Theutonice*, fratribus de ordine dicte domus liberam indulſimus facultatem, ut agros, ad dotem eccleſie in *Bruneſtorff* pertinentes, cum omnibus ſuis attinentiis *locent* & exponant ad penſionem ſiue *cenſum hereditarium* memoratis fratribus annuo perſoluendum. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum *Sigilli* noſtri munimine duximus robo-

VOLRADI Halberſtadienſis *epiſc. 1273.*

Erbzinſs.

roborandum. DATVM *Langenſten* Anno domini MCCLXXIII. XVI. Kl. Ianuarii. *Datum Langenſten.*

DIPLOMA LXVII.

Donatio uinee, ſitae prope *Wetin* a comite de BRENE CIↃCCLIX.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis, Amen.* THEODERICVS *dei gratia Comes de* BRENEN omnibus chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, inperpetuum. Que geruntur in tempore de facili euaneſcunt cum tempore, niſi obliuio rerum per eterni ſcripti memoriam auferatur. Sciant ergo preſentes, quam ſucceſſiua poſteritas; nos, de conſenſu heredum noſtrorum, *Vineam* unam ſitam prope *Wyttin*, quam frater Eckehardus dictus de *Trebern* aduerſus fratrem de *teutunica* domo a domino Heinrico de *Hunleuen* comparauit, in ius *proprietatis*, ipſi domui contulimus perpetuo poſſidendam. Ne autem hanc noſtram collationem in poſtmodum impedietur calumpnia, preſentem paginam ſcribi fecimus & *ſigilli* noſtri munimine roborari. Huius facti *teſtes* ſunt dominus C. de *Scochwiz* & Iohannes frater ſuus, dominus H. de *Hersleuen*, Vulradus de *Denrut*, & alii quam plures. ACTA ſunt hec anno gratie iucarnationis domini MCC LIX. pridie Kl. Iulii Indictione prima. DATVM *Pretin*, per manum Heinrici noſtri *Notarii*.

Theoderici C. de BRENEN *1259. donatio uineae, cum conſenſu heredum, iure proprietatis. Trebra, Hundleuen.*

TESTES.

Acta.

Datum Pretin.

DIPLOMA LXVIII.

Donatio BVRGGRAVII de WETTIN fratribus Hieroſolymitanis in Halle uinee in finitimis Benneſtede CIↃCCXLVI.

PErmiſſione diuina *Hermannus* BVRCHGRAVIVS *de*

BVRGGRAVII

de Wettin *an.* 1246.

Vinea inter Benſted & Honſted, feudalis, *cum conſenſu* filii, *refutata, ſub conditione,* *donandi eam fratribus de* Ieruſalem, *cum* ſuperficie & *iure* ſub *terra* *Cum conſenſu* filii. ACTA 1246. TESTES *uocati, milites & nobiles de Bennſted.*

de Witin uniuerſis chriſti fidelibus inperpetuum. Nouerint omnes tam preſentis temporis, quam futuri, per nos *uineam* quandam inter uineas *Bennenſtede* finitimam orientem uerſus ſitam, quam Godefridus de *Honſtede miles* a nobis *iure feodali* tenebat, quamque idem G. de conſenſu *filii* ſui, *Bertoldi* nobis uoluntarie reſignat, tali *pactione* ſubiuncta, quod eandem uineam fratribus *hoſpitalis* ſancte Marie *Ieruſalem* domus *Teutonicorum* conferremus domui & *fratribus* eisdem contulimus cum proprietate dominio utilitate & omnibus iuribus, que nos in eadem *vinea* habuimus & progenitores noſtri obtinuerunt ab antiquo. Volentes ut domus & fratres pretaxati gaudeant omni commodo & prouentu: que ex eadem *uinea* nunc proueniunt, uel quibuscunque temporibus in poſterum potuerint prouenire, ſiue in *ſuperficie* terre iam appareant, uel *ſub terra* nunc ſint & in poſterum quomodolibet contigerit declarari, prelibate noſtre collationi *filii* noſtri *Ioannis* acceſſit *conniuentia* & *conſenſus.* ACTA ſunt hec *Hallis* in *hoſpitali* ſancte *Conegundis* domus teutonicorum Anno gratie MCCXLVI. XIIII. Kl. Febr. indictione IIII. preſentibus & uocatis ad hoc *teſtibus*, quorum nomina ſunt ſubſcripta. Bertoldus de *Bennenſtede.* Ioannes de *Bennenſtede*, Heidenricus de *Bennenſtede* milites, Hermannus de *Bennenſtede*, Widekindus de *Bennenſtede*, Gerardus de *Bennenſtede*, Conradus de *Bennenſtede* dictus *Schrikke*, Herbertus *ciuis* Halleuſis.

DIPLOMA LXIX.

Donatio ſuper XL. iugera & arbuſta in *Hemelo*, facta fratribus *Teutonicis* in Halle

Halle, refutatis feudis Marchioni BRANDEBVRG & LANDSBERG, qui tum egit in *Sangerhauſen* CIƆ CCC VIII.

NOs *dei gratia Marchio* BRANDENB. & *de* LANDESBERG uniuerſis preſentia audientibus uel uiſuris recognoſcimus ac publice proteſtamur, quod cum *conſenſu heredum noſtrorum*, quorum conſenſus *merito* fuerat requirendus, dedimus proprietatem in XL iugera ſilueſtrisque, quod in uulgo dicitur *Hemelo* fratribus religioſis de *Theutonica* domo apud ſanctam Conegundim prope Hallis per *reſignationem* noſtrorum *uaſallorum* Hinrici & Lippoldi fratribus de *Almenhuſen* perpetue poſſidendam. Vt hec premiſſa rata permaneant & inconuulſa *Sigillum* noſtrum preſentibus duximus apponendum. Huius rei *teſtes* ſunt *Plebanus* dominus, Nicolaus in *Friburch*, Henricus de *Smtzingen* & alii quam plures fide digni. DATVM in *Sangerhuſen*. Anno domini M CCC VIII. III. Kl. Septembr.

M. Brandeb. & Landsb. 1308.

Donatio cum conſenſu NB. filii neceſſario.

Hemelo.

TESTES.

DATVM.

DIPLOMA LXX.

Formula feudi *refutati* manſus unius in *Iudendorbp*.

DIlecto domino ipſorum. B. *Burcgrauio* de *Querforde*. C. & Th. fratres *pincerne* de *Varila* paratum in omnibus obſequium. Preſentibus literis recognoſcimus & proteſtamur, quod nos unum manſum ſitum in *Iudendorb*, quem a uobis in *feodo* habuimus, vobis remittimus & reſignamus. Et ne dubium ſit ſuper eo hanc cartulam noſtri Sigilli munimine duximus roborandum.

Burcgrauiis de Querfurd reſignatur feudum.

DIPLO-

DIPLOMA LXXI.

Formula uenditionis cuiusdam curie in *Brunſtorf* cum conſenſu *uxorum* & *heredum*, cum obligatione ad praeſtandam euictionem c.ɔcccxv.

HVNTIORVM *uenditio*

pro IVmar-cis Friber-genſibus.

domui Teutonice, in Hallis,

actum Nuenburgi.

Cum reſignatione uxoru & heredum.

nexu euictionis.

Vſus ALIENI ſigilli,

TESTES.

IN *nomine & indiuidue ſancte trinitatis*, *Amen.* Quoniam ea, que geruntur in tempore, per obliuionis *nebulam* euaneſcunt, niſi *ſcriptis* & *teſtibus* ydoneis fuerint efficaciter *perhennata.* Hinc eſt, quod nos *Bertoldus* dictus *Hunt* & *Bitmarus* germanus eiusdem, unam curiam ſitam in *Bronſtorf* apud curiam fratrum *domus Theutonice* eiusdem uille, quam nos & heredes noſtri iure *proprietario* poſſedimus, *uendidimus* pro quatuor marcis & dimidia *Fribergenſis* argenti eisdem fratribus & ordini predicte *domus Theut.* cum eodem iure *proprietatis* titulo perpetuo poſſidendam. Inſuper profitemur ſub eodem tenore, quod prefatam *curiam* reſignauimus coram caſtellanis, in caſtro *Nuwenburgk* reſidentibus, *uxoribus* noſtris & omnibus coheredibus noſtris eidem *reſignationi conſcentienbus* & bonam preſtantibus uoluntatem. Et ſi memorati fratres *impugnationem* aliqualem ſeu impetitionem ſuper preſcripta curia paterentur, nos & noſtri *heredes* preſentes & futuri obligati ſumus eos *indempnes* facere penitus & ſolutos. Et ne in huiusmodi uenditione ullius ambiguitatis ſcrupulus in poſterum oriatur, preſens ſcriptum, cum proprio *ſigillo* careamus, Sigilli domini *Rudolfi* de *caneWerſen* militis in caſtro *Nuwenburgk* tunc temporis *aduocati* munimine duximus roborandum. TESTES huius rei ſunt predictus dominus Rudolfus de *Canewerſen*. Eckhardus de *Balcnhuſen*, Ioannes de *Amelungeſtrof* milites. Conradus

radus de *Liſnic* & alii quam plures fide digni. ACTA ſunt hec Anno domini M CCC XV. In die ſancti Martini Epiſcopi & confeſſoris.

DIPLOMA LXXII.

Formula *uenditionis* decimar. & manſor. fratrib. *Teutonicis*, ſub obligatione ad OBSTAGIVM, in caſu *euictionis* CIↃ CCC VIII.

IN nomine domini amen. Ne cupiditas pacis emula mater litium in *bone fidei contracti-bus* proceſſu temporis ſuſcitet nouas *lites*, cautum eſt formam huiusmodi contractuum in *ſcripta* redigi & ſic remotis litibus futurorum notitie reſeruari. Eapropter Nos *Conradus* & *Albertus* fratres dicti de LVPPE vnacum domina Mechtildi *relicta* domini Conradi *Kunt militis* aui noſtri, quondam caſtrenſis *Wirenuels*, recognoſcimus in preſentibus & ad uniuerſorum notitiam cupimus peruenire, quod de *conſenſu*, *nomine* & *mandato puerorum* Conradi, Henrici & Conradi quondam *filiorum* Friderici & Ioannis fratrum *Kuntonum* in *Wirenuelſ* decimam unam in uillis *Brunsdorf* & *Bedere* ſitam, quindecim *manſos* uno *quartali* minus continentem, cum omnibus ſuis pertinenciis, ſicut progenitores dictorum *puerorum* habuerunt legitime *uendidimus* uiris religioſis fratri Henrico dicto *Hunth* COMMENDATORI & conuentui ordinis fratrum *Theutonicorum* domus ſancte *Cunegundiſ* prope *Hallis* pro uiginti duabus *marcis uſualis* argenti. Quam ſiquidem decimam dicti *pueri* libere & ſine difficultate reſignabunt ad manus Illuſtris domini HENRICI de BRANDENBVRG & LANDESBERG *Marchionis* infra

De LVPPE bonae fidei *contractus*,

pupillorum bona uendunt.

XV. manſos, uno quartali *minus*,

Commendatori Teutonico *prope Hallis*, *pro II. marcis* uſualibus.

Reſignatio HENRICO *Marchioni*

de BRANDEBVRG & LANDSBERG *facienda.*

infra diem ſancti Iacobi apoſtoli nunc inſtantem. Pro qua reſignatione facienda Nos Conradus & Albertus predicti fratres de *Luppe* & Eberhardus de *Schidingen* & Iohannes dictus diues promiſimus iſto modo, quod ſi infra dictum terminum reſignatio talis facta non fuerit, extunc nos duo fratres de *Luppe* OBSTAGIVM *Merſburg ſeruabimus* & prefati Eberhardus & Iohannes *obſtagium* in *Wirenuels* in domo Wolfardi *ciuis* ibidem ſimiliter obſeruabunt ſecundum conſuetudinem terre generalem. Si tum quidem prius ſuper eo requiruntur. Nos quoque iam dicti *compromiſſores* quatuor promittimus *vexationes*, impetitiones quaſcunque dictis fratribus, occaſione dicte decime, quandocunque emergentes ſine ipſorum fratrum preiudicio penitus amputare. *Teſtes* huius *uenditionis* ſunt iſti, Dominus Albertus Kunt de *Marckwirbin*, Dominus Henricus de *Kale*, Henricus de *Schidingen*, Siboro dictus *Billmich* & Henricus *Pilleator* ciuis in *Wirenuels* cum aliis pluribus fide dignis. In cuius facti certitudinem ampliorem preſentem literam *Sigillis* iſtis uidelicet Domini Alberti *Kunt* de Marckwirbin & domini Henrici de *Kale* predictorum diſpoſuimus communiri. *Datum* & actum *Wirenuelß* Anno domini MCCC VIII. pridie ydus Maij.

cum obligatione zum einlager in Merſeburg & VVerenfels.

TESTES.

Pilleator.

Datum 1308.

DIPLOMA LXXIII.

Teſtimoniales PROVINCIALIS TEVTONICI de emtione rubeti ſeu uirgulti XL. iugerum a domo *Teutonica* in *Hallis* CIↃ CCC VIII.

Fratris Teutonici *germani de* KORME.

FRater *Gotfridus de* KORME *ordinis domus* THEVTONICORVM *per Thuringiam prouincialis* omni-

omnibus, quibus intereſt aut intereſſe poterit, notitiam *ſubſcriptorum*. Recognoſcimus itaque tenore pręſentium publice proteſtantes, quod frater Otto de *Hallis* noſtre *profeſſionis*, germanus Ioannis ciuis in Hallis, dicti *During* quoddam *rubetum* ſeu *uirgultum* quadraginta *iugerum* ſitum iuxta uillam *Slauerenrode* hoſpitali & infirmis ſancte *Conegundis* prope Hallis comparauit, perpetue poſſidendum in remedium *animarum* uidelicet Henrici de *Kone* Gertrudis & Sophie. Verum loco predicti *rubeti* ſeu uirgulti & in *recompenſationem* eisdem infirmis frater Henricus dictus *Hund* Commendator ibidem, de *maturo conſilio* ſuorum fratrum noſtroque accedente conſenſu, dimidiam *marcam Fribergenſis* argęnti dandam de manſo iacente in uilla *Sletbowe* in *terminis* ſubſcriptis aſſignauit. Videlicet in *foro annuali* Hallenſi fertonem, reliquum vero in feſto *Martini* perſoluendum. Hoc adiecto, ne idem infirmi eiusdem pecunie ſolatio fruſtrari valeant quoque modo eorundem prouiſori preſentari tantum terminis debeat inpromiſſis. Ne igitur in dubium ueniant tempore procedente aut poſſint in irritum reuocari, preſens ſcriptum ſuper premiſſis confectum noſtro *ſigillo* ac predicti H. *commendatoris* ibidem communiri fecimus cum annotatione teſtium ſubſcriptorum. Actum & datum *Molbuſen* Anno domini MCCCVIII. pridie nonas Decembr. preſentibus fratre Theo. de *Vrbecbe*, nec non fratre Menh. eccleſiarum in *Molbuſen plebanis*, ac fratre Io. *plebano* in *Brunſdorf*. Laicis uero Io. dicto *Gerwich* & Io. dicto *During* ciuibus in Hallis & aliis quam plurimis fide dignis.

teſtimonium a Doeringiis *emti* uirgulti *XL. iugerum,*

pro $\frac{1}{2}$ *marca ſoluenda in terminis* iahrmarck *Halenſi.*

Actum in Mülhauſen.

Teſtes.

DIPLOMA LXXIV.

Sententia de *molitione* in *Gumniſt* molendino CIↃ CCC LXIX.

IOANNIS *D. G. praepoſiti S.* Mauritii *in Hallis.*

NOs IOANNES *dei gratia prepoſitus* CANONICORVM *Regularium Monaſterii ſancti* MAVRITII *in Hallis* publice recognoſcimus in his ſcriptis, quod nos omnem diſſenſionis & controuerſie materiam inter honorabilem virum dominum *Gerhardum* prepoſitum *Nouioperis* ex una, & COMMENDATOREM domus ſancte *Konegundis* prope Hallis parte ex altera ſubortam amicabiliter ſedauimus in hunc modum, quod Commendator dicte domus qui pro tempore fuerit in molendino *Gumniſt* decetero *molere* debebit iuxta priorum ſuarum continentiam literarum. In cuius rei teſtimonium *ſigillum* noſtrum eſt appenſum. *Datum* anno domini MCCCLXIX. in *craſtino* ſancti Nicolai confeſſoris.

Laudum inter Nouumopus & domum Teutonicam Gumniſt.

DATVM *in* craſtino.

DIPLOMA LXXV.

Reſignatio aduocatiae in *Mymeleben* iuxta *Scherwen* bonorum Monaſterii facta abbati *Hirsfeldenſi* CIↃ CC XLIV.

OTTONIS *C. de* BVCH *reſignatio* aduocatiae *in* MIMELEBEN

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. OTTO *comes* dictus *de* BVCH *omnibus ad quos preſens ſcriptum peruenerit ſalutem in auctore ſalutis.* Innoteſcere uolumus uniuerſis preſentes inſpecturis, quod nos ob *optentum* uerenabilis uiri Conradi in *Mymeleyben* prepoſiti & petitionem annuente noſtra *conectali Elizabetht* quicquid iuris habuimus uel habere uidebamur in *aduocatia* bonorum Monaſterii ſancte Marie in *Mimeleyben*, ſitorum in *Zcerbin* ſimpliciter & abſolute pro nobis & noſtris heredibus ad manus uenerabilis domini

cum conſenſu contectalis, abbati Hirsfeldenſi

mini Wernheri *Hirſfeldenſis* abbatis reſignamus, rogantes humiliter & deuote, quatenus, intuitu dei, prelibato monaſterio in *Mymeleiben* & conuentui eiusdem *aduocatiam* prenominatam appropriaret, quod & fecit habito tamen conſilio *decani* & ſui *conuentus*. Vt autem hoc factum ratum & inuiolabile perſeueret preſens ſcriptum ſigilli noſtri appenſione duximus roborandum. Huius facti TESTES ſunt Albertus prepoſitus in *Bibra*. Bertoldus decanus in *Mymeleiben*, Ioannes ſubdiaconus, Henricus *cellarius*, Fridericus *cuſtos*, Burchardus Otto fratres & totus conuentus ibidem, Henricus de *Haldeke*, Geruodus de *Wolmerſtede*, Criſtanus de *Mymeleyben*, Fridericus de *Wic*, Hugo & Gerungus fratres Erneſtus de *Schidingen* milites, Henricus *Keſſelhut*. Arnoldus de *alcatri*. Burchardus, Heydinricns, Hermannus, Albero, Otto de *Wolmerſtedt* & alii quam plures laici. ACTA ſunt hec in *Mymeleibin*. Anno domini MCCXLIIII. decimo Kl. Iulii feliciter Amen. TESTES. ACTVM in *Mymeleben* 1244.

DIPLOMA LXXVI.

Donatio Margarethe de *Hallis* fertonis cum manſo ſito in *Iodedorf* CIↃ CC LXX.

FRater OTTO de RICHOWE domus *Theutonicae Saxonie & Thuringie Commendator prouincialis* omnibus preſentibus & poſteris preſens ſcriptum. Ea, que a fidelibus geruntur in tempore ne obliuioni tradantur futurorum, neceſſe ipſa eſt ſcripturarum teſtimonio confirmari. Nouerint igitur tam preſentes quam futuri, quod domina *Margaretha* de *Hallis* comparauit unum *fertonem* in manſo ſito in *Iodedorf*, quem tenet a nobis Petrus & ſui filii iure *hereditario*, quem OTTONIS COMMENDATORIS *Teutonici* Saxoniae & Thuringiae *teſtimonium fertonis dati* Teutonicis *in Halle*.

 uult

uult dari in feſto Natiuitatis beate uirginis hoſpitali ſancte *Konegundis* ad lumen perpetuum *infirmorum*. Vt autem laudabilis ordinatio a fratribus noſtris irreuocabiliter teneatur, eam preſentibus literis confirmamus ſigilli noſtri munimine necnon & *Commendatoris* de Hallis roboramus. *Acta* ſunt hec anno gratie MCCLXX. In die Pancratii martiris preſentibus fratribus noſtris Fr. H. de *Richowe* Commendator eiusdem domus. Fr. Ior. ſac. Fr. Io. ſac. Fr. H. de Aldenburg, Fr. Hugo cellerarius, Fr. Gudenwinus, Soror Ioanna.

ACTVM.

DIPLOMA LXXVII.

Super prato de BASTENDORF prope curiam ſancte *Konegundis* an. CIↃCCXCIIX.

Gothefredi de HALLIS *prouiſoris*, Teutonicae *domus*.

IN nomine domini Amen. Vt noſtra facta a nobis tam *rationaliter* peracta, non ſint dubia, ſi ſemper appareant manifeſta ipſa, quare memorie poſteritatis duximus commendanda. Nouerint ergo tam preſentes, quam futuri hanc preſentem literam inſpecturi, quod nos frater GOTFREDVS *de* HALLIS procurator ac prouiſor curie ſancte *Conegundis* totumque *capitulum* eiusdem eccleſie, unanimi conſenſu ſingulorum fratrum noſtrorum, conuenimus in hunc modum. uidelicet quod *Mathie* dicto de *Baſſendorff* quoddam pratum, iuxta eccleſiam noſtram ſitum, cum omni iure & utilitate quam in eodem habere dinoſcimur, conceſſimus & reſignauimus tam ab ipſo, quam ab eius liberis tunc natis ſeu naſcituris, perpetuo poſſidendum & de *prato* pretaxto ſingulis annis *talentum cere* uidelicet in feſto *Michaelis* tenebitur pro *cenſu communi* noſtre curie reportare. Vt id a nobis *canonice* per actum ab omni-

teſtimonium

de prato & *talento* cerae

canonice acquiſito.

omnibus noſtris poſteris inuiolabile maneat & illeſum, preſens ſcriptum inde confectum, eidem contulimus noſtri ſigilli munimine roboratum. Huius rei TESTES ſunt Frater Gotfridus de *Varila* & Fr. Conradus de *Erffordia* & Fr. Hinricus de *Almenhuſen* ſacerdotes, & frater Albertus de *Erfford* & frater Hinricus de *Ridenburch*. Anno domini M CC XCIIX. ACTVM a nobis in die beatorum apoſtolorum Petri & Pauli.

TESTES.

ACTVM. 1298.

DIPLOMA LXXVIII.

Inſtrumentum ſuper unum & dimidium *manſum* in *villa* & *pago Lunſtede*, donatum *Teutonicis* in Halle an. CIↃ CC LXXVIII.

FRIDERICVS *dei gratia* MERSBVRGENSIS *Eccleſie Epiſcopus Vniuerſis chriſti fidelibus*, *ad quos peruenerit preſens ſcriptum*, *Salutem in domino ſempiternam*. Recognoſcimus & notum facimus omnibus, ad quos peruenerit preſens ſcriptum, quod unum *manſum* & dimidium ſitum in uilla & pago *Lunſtete*, quos comparauimus ab eccleſia *Pigauienſi* iure proprietatis cum omnibus attinentiis & utilitatibus ſuis, uendidimus & ius & proprietatem domus *Theutonice* transferimus in his ſcriptis. Ne igitur predicti fratres in prefatis bonis per obliuionem & per obliuionis incommodum ſiue *ſiniſtre* interpretationis *calumpniam* quomodolibet moleſtentur ſuper premiſſis omnibus preſentem paginam conſcribi fecimus & *ſigilli* noſtri munimine roborari. DATVM *Mersburgk* Anno domini M CC LXXVIII, IIII. Kl. Iunii. *Pontificatus noſtri* Anno XIII.

Friderici MERSEBVRGENSIS *epiſcopi* 1278.

de manſo in uilla & pago Lauchſted, *ordini* Teutonico *in Hallis dato*.

DATVM.

DIPLOMA LXXVIIII.

Donatio octo manſor. & arear. in *Rideburch.* de bonis imperii, a tutore facta cum obligatione ad *euictionem* CIↃ CC XVI.

HERMAN. *ſiue* D. G. Burcgrauius *Magdeburgenſis*

donat

VIII. manſos in Reideburg *de* bonis imperii, *ut tutor impuberum, domui* Teutonice *in Hall. cum conſenſu amicorum* pupilli *& praeſtatione euictionis aduerſus* ſtultos, *qui ſuaſerint reſtitutionem in* integrum *aut potius* nullitatem.

TESTES.

HERMANNVS *Magdeburgenſis* BVRGRAVIVS *uniuerſis chriſtifidelibus Salutem & ſeruitium.* Cum in reb9 tranſitoriis ſemper ſuſpectũ ſit uitium mortalitatis; ideo induſtria prudenter inuenit humana, ut facta mortalium in mortalibus muniat *inſtrumentis.* Pro inde ſignifico tam futuri quam preſentis temporis omnibus, ad quos preſens peruenerit pagina. Quod, dum eſſem prouiſor *puerorum de Querforde* cognatorum noſtrorum de *bonis imperii Octo manſos* & areas & alia attinentia in *Rideburgk*, que iure *beneficii* quidam Philippus ab ipſis prius habuit, beate dei genitricis *Marie* & fratribus ad hoſpitale *Theutonice* domus *Ieroſolimitanum* pro remedio anime patrui mei contuli, rogantibus & conſilium prebentibus amicis *puerorum*, Epiſcopo fratri Conrado in *Sichem*, Comiti Sifrido in *Blanckenburch*, Comiti Friderico in *Bichlinghen*, Comiti Borkardo in *Maneſuelt*, Domino Theoderico de *Trebach.* Si autem hanc donationem *pueri*, cum adoleſcerent, ſuadentibus *ſtultis* hominibus nollent habere ratam; fideliter promitto, quod alia bona ſiue de *hereditate* mea ſiue de *bonis imperii*, ubi ipſis *pueris* utile & commodum fuerit, in recompenſationem iſtorum libenter conferam. Quod ut futuris temporibus robur habeat firmitatis, preſenti pagine inſcribi & *ſigilli* mei impresſione iuſſi conſignari & ſubſcribi hos TESTES, qui omnes aderant. Dominus Theodericus de *Trebach*, Henricus de *Uphauſen*, Henricus rufus de *Reueningen*, Henricus

cus de *Sman*, Henricus de *Amulungeſdorph*, Theodericus de *Scoueſſe*, Lampertus de *uraminеſtede*, & alii quam plures quorum omnium nomina ſubſcribere non poſſumus. ACTA ſunt hec Anno dominice incarnationis M CC XVI. ACTA 1216.

DIPLOMA LXXX.

Aduocatia in *Zcerwin* ſ. *Scherben* a C. de *Buch* refutata abbati *Hirsfeldenſi* & ab hoc conceſſa coenobio *Mymeleben* CIↃ CC XLIII.

IN nomine ſancte & in diuidue trinitatis. WERNHERVS *dei gratia* HERSFELDENSIS *eccleſie abbas* omnibus, ad quos preſens ſcriptum peruenerit, ſalutem in ſalutis auctore. Ne ea, que geruntur in tempore ſimul cum tempore delabantur, neceſſe eſt, ea *ſcripti* patroçinio & ope *teſtium* confirmari, per que ad notitiam ſuccedentium reducuntur. Hinc eſt, quod innoteſcere uolumus uniuerſis preſentibus ac futuris preſentem literam inſpecturis. Quod *Otto* uir nobilis *Comes de* BVCH, quicquid iuris habuit uel habere uidebatur *in aduocatia* bonorum monaſterii ſancte *Marie in Mimeleben* ſitorum in *Scherbin* ſimpliciter & abſolute pro ſe & ſuis heredibus ad manus *noſtras* reſignat: rogans humiliter & deuote, quatenus, intuitu dei, prelibato monaſterio & conuentui eiusdem *aduocatiam* prenominatam appropriaremus, quod & fecimus, piis eius precibus annuentes, communicato *conſilio decani* & *conuentus noſtri*. Vt autem hoc factum ratum & inuiolabile perſeueret, preſens ſcriptum *ſigilli* noſtri appenſione duximus roborandum. Huius igitur facti TESTES ſunt Ekehardus decanus in *Hersfelt*, Ekehardus maior *prepoſitus*, Hermannus *Came-*

WERNERI *D. G. abbatis* Hersfeldenſis 1243. *quo aduocatiam de* Mymeleben, *ſibi a C.*! *de* Buch *reſignatam*, *cedit ipſi coenobio.* TESTES.

rarius noſter, Albertus prepoſitus in *vollingen*, Conradus *cellerarius*, Cuno *camerarius* fratrum, Sunno *cappellanus* noſter, Magiſter Ekenbertus *ſcolaſticus* i Hersfelt Wolmarus *notarius* noſter, Theodericus de *Herde*, Witekindus de *Holleuben* & alii quam plures tam *clerici* quam *laici*. DAT. apud *Hersfelt* Anno Domini M CC XLIIII. quinto Kalendas Iunii.

Scholaſticus

DATVM *Hersfeld* 1244.

DIPLOMA LXXXI.

Donatio ſuper quinque *Marcas* redditnum CIↃ CCCIX.

SCHAVRODII *teſtimonium uenditionis*

NOs *Bechemannus de* SCVRODE & *Hermannus* frater ſuus, *Ioannes* Nicolaus *heredes Ceſarii* fratris eorum uniuerſis chriſti fidelibus, ad quos ſcriptum peruenerit, cupimus fore notum. Et tenore preſentium recognoſcimus publice, proteſtantes, quod talia bona que nobis cedebant iure *hereditario* & de morte *patris* noſtri bone memorie, uidelicet *quinque marcas* reddituum, quas habuimus apud fratres de domo *Theutonicorum* de ſancta *Konegundiſs* circa *Hallis*, uendidimus rite & rationabiliter & illis bonis renunciamus & *conreſignamus* ipſa in his ſcriptis talia bona decetero nunquam impetendo neque repetendo. Ne igitur alicui de huiusmodi uenditione dubium oriatur & ne a poſteris noſtris infringatur & precipue, ut a nobis *grata* & *rata* habeatur, preſentem literam conſcribi fecimus appenſione *ſigilli* magiſtri Ludolfi RECTORIS *paruulorum* in *Wittenberck* conſignatam. DATVM & ACTVM Anno domini M CCC nono, ſexta feria proxima poſt reſurrectionem domini.

V. marcarum a Teutonica *domo exigendarum.*

Sigillum alienum *rectoris* paruulorum *VVittenberk.*

DI-

DIPLOMA LXXXII.

Donatio ſuper *decimam* pecorum in duabus *curiis* in *Brunsdorf*, domui TEVTONICAE in Hallis CIↃCCXCVII.

REuerendo domino *ſuo domino* Abbati de HIRSFELDIA *H. & Herm Comites de* MANSVELT ad omnia ſua beneplacita ſe beniuolos & paratos. Quoniam in pauperibus maxime criſtianam fidem communicantibus ipſe dominus honoratur, ipſo domino atteſtante in Euangelio, cum dicit, quod *uni ex minimis*, mihi feciſtis. Nos, diuine *retributionis* intuitu, *hoſpitali* ſancte *Konigundis* in *Hallis decimam* pecorum de duabus curiis in *Brunsdorph* ſitis inter *fontem* & *eccleſiam* donauimus concedendo. Veſtre igitur magnificentie pretaxatam *decimam* huiusmodi deuotionis cauſa *reſignantes* inſiſtimus ſtudioſius deprecando quatenus noſtram conceſſionem ratam habere dignemini, quia pure dei intuitu id fecimus predicti hoſpitalis pauperibus in iuuamen. DATVM anno domini MCCXCVII. In die Elizabetht uidue.

Comes de MANSFELD *reſignat* Hirsfeldenſi *abbati decimam hac lege, ut donetur* Teutonicae *Halenſi. Datum 1297.*

DIPLOMA LXXXIII.

Copia uenditionis bonorum & reddituum in *Brunsdorf* CIↃCCCXXII.

N*Os Thimo, Albertus, Heinricus fratres, Heinricus de* TENDITZ, *Albertus de* INDAGINE, *patrueles dicti* KNVTONES, *omnibus chriſtifidelibus has litteras viſuris ſeu audituris ſalutem in eo, qui eſt credentium vera ſalus.* Ne res geſta veraciter futuris erroribus uicietur, neceſſe eſt, ipſam ſcripture depoſito confirmare. Hinc eſt, quod, tenore preſentium, recognoſcimus, publice proteſtantes,

Venditionis *formula*

annuorum redituum in Brunsdorf *pro III. marcis & fertone* Teutonicis *Hallenſibus*

ſtantes, quod accedente omnium noſtrum *conſenſu*, bona noſtra & redditus annuos ſita in *Brunſtorp* dandos, *uendidimus* pro tribus *Marcis* & *fertone Fribergenſis* argenti uenerabilibus in Chriſto uiris, dominis de domo *Theutonica* Hallenſis domus, cum omni iure libertate & pertinentibus in uilla & campis, quod, quam, uel quos nos hactenus in eiſdem bonis habuiſſe videbamur promittentes cum noſtris *heredibus* preſentibus & futuris predictis dominis, *fraude* &

cum clauſula indemnitatis.

dolo penitus excluſis, in his ſcriptis, quod ab omni impetitione moleſtatione, que ſepefatis dominis in premiſſis bonis a quoquam homine, humili uel ſublimi in poſterum ſuboriri poterit, *indempnes* penitus eripiemus & illeſos. In euidentiam premiſſorum *Sigilla* noſtra preſenti litere in teſtimonium duximus appendenda.

DATVM *1322.*

Datum Anno domini M CCC XXII. Octavo Nonas Aprilis.

DIPLOMA LXXXIV.

Confirmatio cuiusdam uinee in *Bennenſtede* CIↃ CC LXVI.

BVRCKARDVS *D G. Comes de* Mansfeld

VIris honorandis *prouinciali terre Thuringie* & Commendatori ſancte Kunegundis in *Hallo* fratribus domus *Theutonice* BVRCKARDVS *dei gratia* COMES de MANSVELT promptam ad obſequia uoluntatem. Promittimus pro *Ceſario* & *Petro*

confirmat donationem uineae in Bennſted;

fratribus de *Bennenſtede*, quod ipſi placita, que idem uobiſcum tractauerunt, ſcilicet de *uinea* in campis *Bennenſtede* ſita, quam eisdem ad terminum XII. annorum commiſiſtis pro medietate fructuum rata omnimodis obſeruabunt, & hoc preſentibus literis proteſtamur.

DATVM *1266.*

DATVM in *Witten-*

tenbergk Anno domini M CC LXVI. in craſtino *Tiburcii* & Valeriani. Witteber- gae *in* craſtino,

DIPLOMA LXXXV.

Confirmatio donationis ſuper quatuor manſos in *Ridenburgk* CIϽ CC LXIII.

IN nomine ſancte & Indiuidue trinitatis Amen. *Nos* HENRICVS *Dei gratia* MISNENSIS & ORIENTALIS *Marchio*, *Thuringie* LANTGRAVIVS & *Saxonie Comes* PALATINVS & *ſui filii Albertus ſcilicet* & *Theodericus*. Notum facimus uniuerſis tam preſentibus, quam futuris: Quod quatuor *manſos* & unam partem, que uocatur *Ouerlant* ſitos in *Ridenburgk* quos fratres domus *Theutonice* aput noſtrum miniſterialem dominum *Betonem* de *Thurgowe* compararunt, & quos idem *Boto* de manu noſtra *retinuit* Contulimus domui *Theutonice* ultra *mare* ad *reſignationem* ipſius domini *Betonis* iure proprietatis in perpetuum poſſidendos, cum omnibus pertinentibus ad manſos eosdem tam in *uilla* pariter, quam in *Campo*. Ne autem huiusmodi donatio noſtra poſſit inpoſterum per aliquem permutari, ſuper ipſam dari iusſimus *in teſtimonium* preſens ſcriptum *Sigillorum* noſtrorum munimine roboratum. DATVM aput *Merſenburgk* Anno domini M CC LXI. pridie Kl. Octobr. quinte indictionis. Huius autem rei TESTES ſunt: Hogerus de *Vrideburc*, Boto de *Ilburc*, Boto de *Thurgewe*, Wichmandus de *Kerſtern*, Rudolffus de *Luppe*, Rembertus de *Horburc*, Vlricus *Kopaſt*, Heinricus de *Amendorff*, Vlricus de *Schirmen*, magiſter Chriſtoferus noſter *prothonotarius*, Iohannes *Cappellus*. Et alii quam plures.

HENRICI *marchionis* 1) Miſniae, 2) orientalis 3) *Langr.* Thuringiae 4) *Palatini* Saxoniae *confirmatio donationis im* OBERLAND *in* Ridenburg Theutonicae *domui.*

DATVM *Merſeburg.* 1261.

TESTES.

DIPLO-

DIPLOMA LXXXVI.

Donatio manſi in *Iodendorph*, *Teutonicis* pro *luminare infirmorum* CIↃ CC LXX.

De HAKEBORN *donatio* *manſi in* Iudendorf

NOs dei gratia *Albertus* & *Lodewicus* uiri nobiles de HACKEBORN recognoſcimus & preſentibus proteſtamur. Quod cum fratres domus *Theutonice* ſancte *Konegundis* apud *Hallis Manſum* quendam, ſitum in pago uille, que *Iodendorp* dicitur a Ioanne, Heinrico & fratribus eorundem filiis quondam Ioannis de *Ruſteleue* pro VII. marcis argenti comparaſſet, ob reuerentiam intemerate *uirginis* & ad petitionem fratrum, iam dictorum, *proprietatem* huius manſi ipſis animo libenti *donauimus*. Proinde beatitudinis eterne nanciſci premium cupientes, preterea eſt adiectum; quod *cenſus*, qui de manſo antedicto annis ſingulis ſolet dari, *infirmorum* predicte domus deſeruiat *luminari*. Huius rei TESTES ſunt Henricus de *Richowe*, Commendator domus ſepius prenotate. Frater Iordanus & frater Ioannes de *Zwegene* ſacerdotes, Iordanus *plebanus* in *Hullowe*, Theodericus *Boiſſ*, Arnoldus *Stamer*, Theodericus de *Helpede* & quam plures alii fide digni. Ne quis ſibi dubitet de premiſſis, preſentem paginam dicte domui dedimus *ſigilli* noſtri munimine roboratam. ACTA ſunt hec Anno domini MCCLXX. Kal. Maij Indictione quinta.

& remiſſio cenſus fratribus Teutonicis *in Halle.*

TESTES.

Hollebe. *Stamer.*

ACTA *1270.*

DIPLOMA LXXXVII.

Confirmatio emtionis manſi & dimidii in *Iodendorff* CIↃ CC XCII.

G. G. de QVERENVORDE *confirmatio emtionis*

N*Os* GEVEHARDVS *&* GERHARDVS *fratres de* QVERENVORDE *omnibus preſentem literam viſuris cupimus fore notum:* quod manſum & dimidi-

midium, adiacentem uille *Iodendorp*, quem *Commendator* curie domus *Theutonicorum* ſanĉte *Konegundis* apud *Hallis* a filio Petri de *Schipz* ſuis denariis comparauit, per *reſignationem* dicti filii habentes in manu *noſtra* liberum & ſolutum Ecclesie prefate ſanĉte *Konegundis*, cum omni iure, quod nobis in dicto manſo & dimidio competere uidebatur, contulimus propter *deum*, *proprietatis titulo*, perpetuo poſſidendum noſtrorum heredum conſenſu legitimo accedente. Et, ne ſuper donatione noſtra alicui inpoſterum dubium oriatur, preſentem literam conſcribi fecimus noſtrorum *ſigillorum* munimine roborari. ACTA ſunt hec Anno domini MCCXCII.

de Schipz *cum remiſſione nexus.*

ACTA *1292.*

DIPLOMA LXXXVIII.

Formula uenditionis predii in *Scherben* cum *aduocatia* a coenobio Mimeleben domui Teutonicae CIↃCCL.

EKEHARDVS *permiſſione diuina prepoſitus*, IOANNES *decanus totumque collegium ordinis ſancti* BENEDICTI *in* MYMELEIBEN, *uniuerſis chriſti fidelibus Salutem in uero ſalutari cum orationibus deuotis*. Cum cenobium noſtrum premeretur *eris alieni* onere graui debitorum, usque adeo, quod timeremus irrecuperabile detrimentum incurrere & uoraginem *uſurarum*. Cumque non haberemus *mobilia*, per quorum diſtractionem tale periculum euadere ualeremus, nec per *precarias* nec per *emphiteuſin*, nec etiam per *ſupererogationem* ſubtractionis uſum *quottidianarum* neceſſitatum noſtrarum prenotata debita ſolui poſſent, multe deliberationis prehabito conſilio dominorum *familiarium* & *amicorum* noſtrorum ad alie-

Coenobii BENEDICTINI *in* Mimeleben,

ob aes alienum & uſuras

deficientibus mobilibus, *neque per* 1) precarias, 2) emphyteuſin 3) ſupererogationem

4) ſubtractionem remedium, alienatio praedii in Scherwen cum iure patronatus Teutonicis in Hallis.

alienationem *immobilium* decreuimus diuertendum. Et, quia inter omnes poſſeſſiones domus *noſtre*, non inuenimus alienationem minus *dampnoſam*, quam *predii*, quod ſitum eſt in uilla & pago *S berlwin*, cuius uniuerſitati *ius patronatus* eccleſie eſt annexum, idem predium cum omnibus pertinentiis ſuis uendidimus *hoſpitali* ſancte Marie *Ieroſolimitano* domus *Teutonicorum* & contradidimus ius, poſſeſſiones & dominium omnium eorum, que in uilla & pago predictis in areis, domibus, ortis, arboribus, agris, pratis, paſcuis, ſalicis, arbuſtis cultis & incultis, uiis & inuiis, agris agrorumque diſcurſibus. *Nos* & *cenobium* noſtrum in uilla & pago *Scherbbin* habuimus usque modo. Premiſſa omnia *vendidimus*

Formula uenditionis.

& *contradidimus hoſpitali* prelibato concordi & unanimi uoluntate nobis nihil iuris in eis retinentes, tam corporalia quam incorporalia, que in omnibus preſcriptis nobis & *domui* noſtre competebant, in prefatum hoſpitale transfudimus cum *Aduocatia* & utilitatibus omnibus que in eis nunc ſunt, que in *ſuperficie* terre uel in ſubter eius *commodalibus* impoſterum potuerint prouenire, in *venditione* & pro contraditione omnium predictorum recepimus *nonaginta quinque marcas* argenti, quas in ſolutionem debitorum noſtrorum pregrauantium *conuerſam* eſſe recognoscimus & preſentibus proteſtamur. Cum ergo domus noſtre & noſtra res geſta utiliter eſſe, non dubitetur in omnibus prenotatis, ſicut & communiter profitemur, ne ſuper tam *rationabiliter* factis *obliuionis incommodum* ſubrepere uel *cauillationis* interpretatio ſiniſtra uel calumpnioſa *queſtio* poſſit aliqualiter ſuboriri, ſuper eis preſentem paginam conſcriptam appenſionibus *ſigillorum*

cum aduo tia & ſubterraneis

proxomarcis

pecunia in rem uerſa.

lorum

lorum noſtrorum iuſſimus communiri. DATVM *in Hallis* Anno domini MCCL. in craſtino poſt diuiſionem apoſtolorum. TESTES huius ſunt Albertus abbas de *Reinſtorf*, Hermannus abbas de *Elwarteſtorf*, Hermannus in *Schaffſtede*, Fridericus *plebanus* de *Dornſtede*, Frater Heidenricus *commendator* de Aldenburck, Fr. Ekchardus eiusdem ordinis *ſacerdos*, Ekchardus de *Treberin*, COMMENDATOR Thuringie & Saxonie, Hinricus COMMENDATOR *de Hallis*, Magiſter Conradus canonicus *Merſeburgenſis*, Wernherus *archipresbyter* de *Querfforde*, Dominus *Katt* miles de *Nebere*, Seruodus & Berchtoldus de *Schaffſtede*, Heinricus & Ioannes fratres de *Amelungeſtorff*.

DATVM *in Hallis* 1250. TESTES. *Commendatores Teutonici, nobiles alii.*

DIPLOMA LXXXIX.

Conſenſus *Abbatis* in HIRSFELT ſuper bona & uenditionem predii in SCHERBEN, factam *Teutonicis* CIↃ CC LVII.

WERNHERVS *dei gratia* HERSVELDENSIS *eccleſie abbas*. *Ottmarus* DECANVS, *Bertho* PREPOSITVS *totusque conuentus Herſueldenſis monaſterii ordinis ſancti* BENEDICTI *uniuerſis chriſti fidelibus ſalutem in eo, qui eſt uera ſalus*. Cum ce nobium in *Mymeleyben*, quod ad nos pertinet, in quo *uiſitationis* & *reformationis* regularis & monaſtice ius habemus grauiſſimo premeretur *onere* debitorum, nec eſſent ibi *mobilia*, per quorum diſtractionem tanta *debita* ſolui poſſent, nec per *emphiteuſim*, nec per *conſtitutionem precariarum*, nec per *ſupererogationem ſubtractionis* uſuum *quottidianarum* neceſſitatum ibidem degentium a debitis eximi poſſet, cenobium prenotatum ne incurreret *irrecuperabile* detrimentum,

HIRSFELDENSIS *Benedictini ordinis abbatiae ius in* Mimeleben. *remedia extinguendi debita.*

Conſilium alienandi immobilia in Scherben.

conſulimus, ut per alienationem *immobilium* ſe a debitis liberaret. Cumque, conſultu *noſtro* prepoſitus & collegium dicti cenobii alienare decreuerint & alienauerint omne id, quod in pago & in uilla *Scherwen* habebant, in *areis*, *ortis*, *arboribus*, *agris*, *pratis*, *paſcuis*, *ſalicis*, *arbuſtis*, *aquis*, *aquarumque* diſcurſibus, cum omni eo iure, quod in premiſſis habebant ab antiquo nec non in iure *patronatus eccleſie* dicte uille, quod cum uniuerſitate omnium prelibatorum *contraxerint* hoſpitali ſancte *Marie* Ieroſolimitano domus *Theutonicorum* receptis ab eo nonaginta quinque marcis argenti, quas in ſolutionem debitorum integraliter conuerterunt. Quia in tali alienatione manifeſtum eſt, rem dicti cenobii *utiliter* eſſe geſtam, alienationem eandem ratam habemus. Et, ne quis ſucceſſorum noſtrorum hoc factum noſtrum retractare preſumat, preſens ſcriptum *ſigillis* noſtris appenſis roborauimus.

& patronatus Teutonicae *domui in Hallis.*

Rata, quae in rem uerſa.

Teſtes.

TESTES huius ſunt Albertus Abbas de *Reinsdorff*. Hermannus abbas de *Helenwartiſtorff*, Wernherus archipresbiter de *Querfforde*; Fridericus Albertus de *Hechendorff*; Fridericus Hinricus *magiſter* curie; Frater Albertus de *Meldingen*; Eckardus *ſacerdos* & confrater eorum. Henricus *Commendator* de *Hallis*; Heydenricus *commendator* de *Aldenburgk*; Halt *miles* de *Neidere*, Heinricus & Ioannes *milites* de *Amilungeſtorff*. *Datum* apud HIRSFELT. Anno domini MCCLVII. Kal. Auguſti.

Datum 1257.

DIPLOMA XC.

Donatio duor. *Manſor.* & duarum curiar. in *Brunſtorff* & Iudendorf archiepiſcopi *Magdeburgici* CIↃ CC XCI.

In

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis Amen. ELRICVS *dei gratia ſancte* MAGDEBVRGENSIS *eccleſie archiepiſcopus*, *Albertus* PREPOSITVS *totumque eiusdem eccleſie capitulum omnibus has literas inſpecturis Salutem in domino ſempiternam.* Cautum eſt & utile, actiones conſcribi temporum & eas proborum uirorum teſtimonio confirmari, ne lapſu temporis a memoria hominum defluant, ſi ſic ad notitiam peruenerint futurorum. Inde eſt, quod notum eſſe uolumus uniuerſis chriſti fidelibus, tam preſentis temporis, quam futuri. Quod nos *duos manſos* & duas *curias* ſitos in *Brunſtorff*, quos a nobis tenuerunt Theodericus & Thidericus fratres dicti de *Corwanſtorff*. Nec non dimidium manſum ſitum in *Iudendorp* & curiam, quos *Heyſo* miles, dictus *Zane*, de *Querfforde* a nobis tenuerat *de conſenſu noſtri capituli*, libere & expreſſe *damus*, *tradimus* & *donamus* Religioſis in Chriſto viris fratribus domus THEVTONICE ad ſanctam *Conegundim* iuxta *Hallis*, in ius *proprium*, *proprietatis titulo* perpetuo poſſidendos. Renunciantes nihilominus omni Iuri, quod in prefatis manſis dinoſcimur habuiſſe. Vt autem hec donatio noſtra, grata, rata & inconuulſa perpetuo perſeueret, preſens ſcriptum inde confectum noſtro noſtrique capituli ſigillis fecimus communiri. *Teſtes* huius rei ſunt Bernardus de *Walpia* noſtre eccleſie *cellerarius*; Hinricus de Wederden *Cantor* noſtre eccleſie; Burckardus de *Blanckenburgk*, prepoſitus ſancti Wiperti in *Nienburch*; Ioannes de *Brunſwicz* Capellanus noſter; Richardus *dapifer* de *Alsleue*; Heinemannus de Alsleue; Heideco de *Tigrip*; Conradus de *Bolit*; Hildebrandus de *Ouesuelt*, Conradus *Sunick*; Henningus de *Bardeleue*; *milites noſtri*, & quam plures alii fide digni. DAT.

ELRICI *archiepiſcopi* Magdeburgici *donatio*, *cum conſenſu capituli*, *duorum manſorum*, *olim clientlarium* Corwansdorf *& dimidii manſi in* Iudendorf, *de* Zane TEVTONICIS *Hallenſibus*.

TESTES. 1) *cellerarius* 2) *cantor*. *Obisfeld*, *Obisfeld*. *milites*.

Anno domini MCCCIII. feria ſecunda poſt dominicam qua cantatur Oculi mei ſemper. 1303.

DIPLOMA XCII.

Donatio curtis in *Morticz* cum agris & pratis, facta Teutonicae domui in Hallis CIƆ CC LX.

NOs *Ioannes* & *Fridericus* fratres de SCHONENBERGK recognoſcimus publice *perpreſentes*, quod ob progenitorum noſtrorum ac *animarum* ſalutem propter deum in ſubſidium *terre ſancte* Religioſis, prouinciali & fratribus *Thuringie* ac domui eorum apud *Hallis Hoſpitalis* ſancte *Marie Ieroſolimitani Theutonicorum* Curtem noſtram in *Mortitz* apud *Bodelwitz* cum agris, pratis & omnibus ſuis pertinentiis, quam *iure feodali* ab *imperio* tenuimus, libere donauimus in perpetuum, nihil iuris nobis & *heredibus* noſtris in eisdem bonis retinentes inpoſterum uenditantes. TESTES huius ſunt dominus Theodericus Burcgrauius de *Aldenburgk*; Hermannus de *Starckenbergk*; Henricus ſenior de *Plawe* & alii quam plures fide digni. In cuius rei teſtimonium *Sigilla* noſtra preſentibus duximus impendenda. Dat. LIPTZICK Anno dominice incarnationis M CCLX. XI. Kl. Maij.

SCHOENBERGIORVM *donatio* *curtis in* Motliz *apud* Bodeluiz, *quae ab* imperio *in feudum*. TESTES. DATVM Leipzig 1260.

DIPLOMA XCIII.

Confirmatio emtionis trium manſor. & dimidii in *Greuindorf* a domino feudi. CIƆ CC III.

HERMANNVS *dei gratia* THVRINGIE *Lantgrauius* & SAXONIE *Comes* PALATINVS *in perpetuum*. Vniuerſitati fidelium chriſti noſſe cupimus. Quod

HERMANNI I) Thuringiae *Landgrauii*,

1) *Saxoniae* Palatini *confirmatio III. manſorum in* Greuendorf *coemtorū a* Teutonicis *cum conſenſu uaſalli & domini eorumque uxorum.*

fratres *hoſpitalis* beate dei *genitricis* & uirginis *Marie* in *Iheruſalem* tres *manſos* & dimidium in *Greuindorff* apud *Schafſtede* 2 miniſterialibus noſtris Hartmundo & Hermanno fratribus de opido *Greuindorf*, apud aquam, que *Geizle* dicitur ſito, *conſenſu* noſtro mei uidelicet & *uxoris mee*, heredum quoque *noſtrorum quinquaginta* marcas ſuo cenobio coemerunt; conſenſu etiam Helmburgis *uxoris* prefati noſtri miniſterialis Hermanni *heredumque* ſuorum Hartmundi & Hermanni concorditer accedente. Quia uero huiusmodi forma ſi teſtimonio careant, extemporum antiquitate plerumque *in irritum* ducuntur, nos ſiniſtris occurrentes emerſionibus hoc factum, ut ratum inconuulſumque permaneat, orisque inpoſterum adimatur retractatio ſigilli noſtri aúctoritate communimus.

TESTES. *Schwarzburg C. Burggrauii* 1) Miſniae 2) Nouicaſtri. *Comes* in Buch. 3) Wettin.

TESTESque idoneos, qui ſubſcripti ſunt, adhibere decreuimus Theodericum marchionem in *Miſne*, Ekardum *Goslarie* prepoſitum; Henricum Guntherum fratres, Comites in *Swartzburgk*; Meinherum in *Miſne Burcgrauium*; Albertum de *Droize*, Henricum noui caſtri *burgrauium*; Heinricum de Helderungin & filios eius Vredischalcum in *Wirczinburg*; Hugoldum Comitem in *Buch*; Manegoldum de *Rode* & filios eius Albertum de Wiphere; Vlricum *burcgrauium* in *Witin*; Goſwinum in *Wagin*, Guntherum *dapiferum* noſtrum; Heinricum *Marſchalcum*; Kunemundum in *Ekardisleben*; Otonem in *Creuezinuelt*; Goſwinum *Samershuſen*; Albertum, Annonem Fridericum in *Muchele*; Erenfridum *aduocatum* & Burckardum fratrem eius & alios quamplures.

ANNO 1203. 1) *chriſti,* 2) *imperatoris,* 3) *arch. Magdeb.* 4) *ep. Halberſtad.*

Anno ab incarnatione domini M CC III. Concurrente I. Indictione VI. Regnante *Philippo* Romanorum rege, Ludolfo *Magdeb.* archiepiſcopo, Conrado *Halberſtadenſi* Epiſcopo.

DIPLO-

DIPLOMA XCIV.

Donatio octo manſor. & arear. de bonis in *Rideburch* CIƆ CC XXV.

BUr *hardus* & *Geuehardus* frater eius de QVERENVORDE uniuerſis chriſti fidelibus ſalutem in domino. Quoniam quidem libertatem *terre ſancte*, cui deſeruire, deo propitio, ſumus inſi- gniti *beneficio* quocunque ualemus, fouere te- nemur, ad incrementa *domus Theutonicorum beate Marie uirginis*, placet animum diligenti- us opponere. Inde eſt, quod cunctorum notitie tam preſentium, quam futurorum ſciendum de- claramus, quod *domum* iam dictam tanta liber- tatis *ab imperio gratia* donatam eſſe cognoui- mus, ut, quicquid prediorum uel beneficiorum a quocunque *principum* uel *liberorum imperi- ali* gratia mediante ſibi collatum fuerit, libera proprietate perpetuo poſſideat. Proinde ſignifi- camus tam futuri, quam preſentis temporis, ad quos preſens peruenerit pagina; quod nos de *bo- nis imperii* octo manſos & areas & alia attinen- tia in RIDEBVRCH, que iure *beneficii* quidam *Phi- lippus* a nobis habuit, beate dei genitrici *Marie* & fratribus ad *hoſpitale theutonice* domus Iero- ſolimitanum pro remedio patris noſtri contuli- mus quieta libertate perpetuo poſſidenda. Vt au- tem hec noſtra donatio nullatenus unquam poſ- ſit a quoquam infirmari, preſentem paginam ſub- ſcriptis TESTIBVS, qui huic intererant collationi *ſigilli* noſtri fecimus munimine communiri. TESTES huius rei ſunt Conradus epiſcopus de *Sichem*; Burckardus *burgkrauius* de Magdenburck; Sifridus Comes in *Blanckenburgk*; Burckardus Comes in *Manſuelt*; Theodericus de *Treber*; Henricus DENS de *Vphuſen*; Henricus de *Sman*; Theoderi-

Dynaſtarum QVERVORDENSIVM *donatio & commendatio priuilegii ordinis Teutonici, acquirendi feuda & terras imperii, ſine conſenſu imperatoris.*

Rideburg *feudum imperii.*

TESTES. *epiſcopus de* Sichem, *Burcgrau. Magd.*

oderîcus de *Scoſſe;* Lambertus de *Wurmmickſtede* & alii quam plures. ACTA ſunt hec Anno dominice incarnationis MCCXXV.

ACTA 1225.

DIPLOMA XCV.

Erlaſs deſs MISENKOREN tzu *Rudeburch.* CIↃ CCC LIII.

DIESKAVIORVM *remiſſio* 1353.

WIr *gebruder genant von* DISKOWE *Her* Otte *der eldere*, Friderich, Ditterich, Karl *vnd* Albrecht *bekennen offentlich in diſſem briefue: das vvir, mit gutem* willen vorkaufft *vnd gelaſſen haben vmb ein benant gelt den* Erbaren *geiſtlichen* lutin *den* dütſchen herren *tzu ſent* Konigunde *tzu* Halle *das* myſenkoren, *daſs vvir hatten uff yrem gutte tzu* Rideburgk *mit alle dem rechte, alſs vvir eſs gehabt haben. Alſo, das vvir, noch vnſer erben, ſunder allerley vnderſcheidt ye kein* myſskoren *ader ander* ichlicht *von oen nach von yrem gutte vor baſs mehr gefordern, noch* geheſchen *ſollen. Vber diſſem kauff ſint gevveſt der erbaren* herren *von Halle her Joans* Pint, *her Heyſſe* Brunnik, *Atze Potz, Ludeke Barat, derdensſeti von* Borne. *Her Woffe ein* komentur *tzu Halle, Her Niklauſs* koyn. *Vnd in diſſen dinghe ſtet gedechtniſs ſo geben vvir vnſer* inſigel *an diſſen brieuff. Nach vnſerſs herren geburt* Thauſent dreyhundert *Jar* drey *vnd* funftzig *Jar in der mittvvochen nach palmen.*

des myſecorns.

cenſus Ridburgenſis *ordinis Teutonici, Teutſchen herrn.*

TESTES.

Annus 1353.

DIPLOMA XCVI.

Widerkauff in *Delez* CIↃ CCC LXXXIV.

VCHLIZIORVM *cenſus praeſtandus*

ICh Guntter *von* VCHLITZ *vnnd mein rechte* Erben *bekennen offentlich in diſſem brine*

brine, das vvir alle jar geben ſullen vff ſant michaelis tag den Tutzen herren *tzu ſant* Konigunden *ein* ſchock *pent'groſſen vvere, daß vvir* den tzinſs *nicht on gebenn ſolenn vnd moge dy vorgnante* Tutzen herren pende *mit* gerechte *ader on* gerechte *vff allem gutte, die der vorgnante* Güntter *aber ſeine erben den vorgnanten* deutzen herren *geben X. ſchock vnd ire tzinß, ſo vil, daß vor gnante* ſchock *ſein ledig vnd loß. Deß tzu einer erkunde, ſo hencke ich Güntter von* vchlitz *vnd mein bruder vnſer ingeſigel anhe diſſe briuef vnnd her Herman von Huleiben durch vnſer bede vvillen. Dat. Anno domini MCCC LXXXIIII. In vigilia Symonis & Iude.*

Teutonicis dominis, *ſub iure pignorandi.* Datum 1384.

DIPLOMA XCVII.

Ein *Wißen* (pratum) vorkauft, *czinſet* vier hüner CIↃ CCC LXXXIII.

ICh bruder Heinrich SPRVNGIL COMMENDATOR, Ditherr von Marckpurgk Pfarrer, Hans Rabinolt, Conrat Sinpiurat vnnd da tzu dy brüdere gemein des TEVTZEN HAVSES *tzu ſante. Konigunde vor* Halle *bekennen offentlichen in diſſen briue vor allen, den dy on ſehen horen ader leſen: das vvir, mit vvillen rathe vnd volborde vnßerß oberſten des* lant kommentor *tzu Thuringhen dem* weiſse *manne Clavus* Schenen, *burger tzu Halle vnnd ſein erben eine* Weſsen, *von vier ackern, die geht vvent an die lucke vnd gelegen iſt bey der* tiſtor prunen *vveßen, Recht vnd redtlichen vor kaufft haben vor* acht ſchock crutzgroſchen, *die vnß von ön vvol betzalt ſein vnd* vſſnutzlicheit *gekart mit vnſes hanßes nutzs vnd fromhen. Dy* ſelbe

TEVTONICORVM *Halenſium.* *cum conſenſu commendatoris provincialis venditio prati pro VIII. ſexagenis groſſorum crucis, in rem uerſorum.*

ſelbe wiſsen *hab ich bruder Heinrich* Sprungil *den gnante Clauß vnd ſeine erben den egnante geleghen vnnd* leyhe *in diſſem briue tzu einem rechten* erbe *vff* vier hüner *dy man alle tar vnßerm hauß vff ſant* michaelis *tag darvon ſal tzu tzinß geben. Deß tzu einen vverlichen orkunde hab vvir vnßers* huſs inſigel *an diſſen briue gehenget laſſen vnd vvir bruder Friderich von* Lybeſperg Landkommentor *tzu thuringhen bekennen offentlichen in diſſem briue, daß alle diſſe vorgeſchriben rede mit vnßerm* willen *radt vnd volborte ſin geſchen des tzu merer vviſſenheidt hab vvir vnſſer inſygel auch an diſſem briue gehenghet lazen. Gegeben nach criſtgeburt Tauſent Jar*, dreyhundert *Jar in dem* drey *vnd* achtzigſten *Jar in dem andern tagh ſant* Panthaleon *deſs helgen mertirſs.*

Emphyteuticatio IV. pullorum.

Conſenſus des Landcommeters.

An. 1383.

DIPLOMA XCVIII.

Wiſsen vff wider kauff an. CIƆ CCCC III.

Venditio prati cum pacto reluendi VI. annorum.

ICh Claws IERICKE *bekenne in diſſem offen briue vver on ſiet adder hort leſen, das ich hab vorkaufft Pauel* Dreyltze *einen acker* graſs *in der* aw *vnd der ſelbige acker graſs ſcheuſts vff der von* Baſſendorff *gemeine den acker graſs habe ich om geben vmb* IIII ſs. gr. *derſelbige acker graſs ſal ſteen vff ein* wider kauff *ab ich es vermochte ader meine erben: ader vvem ich das* gonde *das her mir das ſulchs vvider gunne vmb das vor gnante gelt invvengnugh* VI. Jar *das do ein vvere iſt in dem lande. Vnnd ich Pauel* Drylt *bekenne, daſs ſelbige kauffs in diſſem offen briue vnd vff den ſelbigen acker* graſs *ſtein tzvvei* hüner

Cenſus II. pullorum.

tzu

tzu rechten erbtzinſs den ſelbigen tzinſs ſal geben Clavvs Jercke *VI. Jar in dem* Comptor *tzu ſent* Konnigunde. *Auch ich Claus* iercke *in VI. iaren Paulen Dreylcze nit konde vvidergebdin den vviderkauff. ſso ſal Pauel Dreyltze vnnd ſeine erben daſs gut behalden in der leben vnnd tzu einen rechten erben.* Gegeben *vnder dem hauſs inſigel nach geborth Thauſent vnnd IIII hundert Jar vnnd tzvvei Jar in ſant Mertinſs taghe.* *Datum 1403.*

DIPLOMA XCIX.

In ſequentibus habentur INDVLGENTIE Eccleſie ſancte Kunegundis *Teutonicorum* in Hallis CIƆ CC LXXVII.

VNiuerſis, preſentes literas inſpecturis, FRIDERICVS *dei gratia ſancte* SALTZBVRGENSIS *eccleſie archiepiſcopus apoſtolice ſedis legatus*, Bertoldus *Hawenbergenſis* Epiſcopus, Bruno *Olmucenſis* Epiſcopus, Petrus *Pataujenſis* Epiſcopus, Conradus *Friſingenſis* Epiſcopus, Leo *Ratiſpan.* Epiſcopus, Dietricus *Gurcenſis* Epiſcopus, Ioannes *Thimenſis* Epiſcopus, Wernbardus *Secouienſis* Epiſcopus Salutem in eo, qui ſaluat omnem hominem & neminem uult perire. Cum redemptor noſter conditor & auctor totius creature ad hoc propiciatus in mundum uenerit, ut diruto, quo prius tenebamur uinculo, ſeruitutis priſtine nos reſtitueret *libertati*, pie fideliter & miſericorditer agitur; Si homo, quem *culpa propria diabolice* ſubdidit ſeruituti, per Chriſti & *eccleſie remedia* ad Chriſti *ouile* ſanctorum participium & conſortium reuocetur. Hinc eſt, quod nos uniuerſos chriſti fideles, quaſi quibusdam *allectiuis premiis*, *penitentiis* & *remiſſionibus* inuitamus:

FRIDERICI *aepiſcopi* SALISBVRGENSIS *indulgentiae an. 1277. datae*

eccleſiis ordinis Teutonici *in monte & in Hallis*

mus: ut complacendo DEO per opera *charitatis* reddantur exinde & deo uniformiores & diuine gratie aptiores. Omnibus vere penitentibus & confeſſis qui ad *Eccleſiam* in *Berge* fratrum *theutonicorum* ſancte *Marie* Ieroſolimitani *Magdeb.* diocesis in honorem beate & glorioſe virginis conſecratam uel ad eccleſiam predictorum fratrum in *Hallis* prefate diocesis in honorem beate *Elizabeth* conſecratam pia deuotione acceſſerint in die dedicationis ipſarum per ſingulos anniuerſarios celebrandam ſinguli noſtrum *XL. dies* de iniuncta ſibi *penitentia* auctoritate omnipotentis dei apoſtolorum eius *Petri* & *Pauli* & noſtra, confiſi diuina fauente gratia, miſericorditer *relaxamus*: *Dioceſani* prius & omnia auctoritate & conſenſu *epiſcopi* accedente. DATVM anno domini M CC LXXVII. In WIENNA Septimo ydus Aprilis. Summam autem indulgentie quilibet noſtrum XL. dies concedendo CCCorum & XXti dierum. Et hoc *ſigillorum* noſtrorum munimine roboramus.

S. Eliſabethae

conſenſu epiſcopi dioeceſani Magdeburgici.

WIENNAE 1277.

DIPLOMA C.

Litera petitionis eleemoſine cum *Indulgentiis*, conceſſis a MERSEBVRGENSI epiſcopo Teutonicis in Halle an. CIↃ CCC XLIII.

IOANNES *dei & apoſtolice ſedis gratia*, *Epiſcopus* Merſeburgenſis, *Vniuerſis & ſingulis chriſti fidelibus per & infra ciuitatem & dioceſin noſtras* ubilibet conſtitutis, ad quos preſentes noſtre litere peruenerint. Salutem in domino ſempiternam. Cumque ut facti euidentia edocet Eccleſia ſiue Capella ſancte *Kunegundis* virginis, prope *Hallis* ſita, in edificiis, habitationibus, domibus

IOANNIS *epiſcopi* Merſeburgenſis *indulgentia*,

mibus & ſtructuris per *inundationes* multiplices aquarum & tempeſtates aeris, irrecuperabilia damna receperit; Nec non in *Calicibus*, *Libris*, *caſulis*, *Campanis*, aliisque ornamentis cultui diuino congruentibus multum *defectum* patiatur, pro quorum reedificatione & expeditione dicte eccleſie & ipſius domini *Commendatoris* ordinis *Teutonicorum*, ut ex literis ſuis claret *facultates* minime ſuppetunt abſque pia chriſtifidelium *ſubuentione*. *Vniuerſitatem* igitur ueſtram requirimus & in domino noſtro *Ihesu chriſto*, cuius *res agitur*, hortamur, uobisque in remiſſionem *peccaminum* ueſtrorum pie iniungentes: ut per hec & alia pietatis & *caritatis operi*, que domino inſpirante feceritis, eternam poſſitis conſequi *remunerationem*. Nos enim omnibus & ſingulis uere penitentibus confeſſis & *contritis*, qui ſuas adiutrices *manus* ad premiſſa pie porrexerint, de omnipotentis dei *miſericordia* & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius auctoritate, necnon ſanctorum *Iohannis* & *Laurentii*, patronorum noſtrorum meritis confiſi *XL. dies indulgentiarum* de *iniunctis* eis penitentiis miſericorditer in domino relaxamus. Vobis vero eccleſiarum parrochialium *plebanis* & diuinorum *rectoribus* quibuscunque noſtre *iurisdictioni* ſubiectis in uirtute ſancte obedientie firmiter & diſtricte precipientes, mandamus, quatenus *nunctios* dicte eccleſie *Kunegundis* ſiue domus *teutonicorum* prefate cum ad vos huiusmodi *elemoſinam petituri* venerint, apud *plebem* uobis commiſſam ſtudeatis *fideliter promouere* ac indulgentias ordinis *teutonicorum*, ſi que uobis *auttentice* exhibite fuerint, populo *propalare* curetis, absque muneris alicuius extorſione, preſentibus vero a data earundem poſt an-

num

conceſſa illis, qui aliquid domui Teutonicae *in* Hallis *donauerint.*

Quod ille laboret rerum egeſtate ob inundationes, *quas paſſa domus S.* Cunigundis.

num proxime ſequentem ualituris. DATVM *Mersburg* Anno domini M CCCC XLIIII. ipſa vigilia ſancti Iohannis baptiſte noſtro ſubappenſo ſigillo.

DATVM *1443.*

DIPLOMA CI.

Copia de auctoritate *predicandi* ubilibet.

ERICI *Magdeburgenſis aepiſcopi*

NOs ERICVS *dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus.* Recognoſcimus, tenore preſentium, literarum Viris in chriſto *religioſis ſacerdotibus* uidelicet ad ſanctam *Konegundim* domus *Teutonice*, in noſtra dioceſi predicantibus & pronunciantibus populo uerbum dei, *auctoritate nobis* tradita & conceſſa, liberam conceſſiſſe preſentibus facultatem: Omnibus uere penitentibus & contritis uerbum dei ab ipſis audientibus *XL. dies* & *Karenam* de iniuncta ſibi penitentia miſericorditer in domino relaxamus. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum duximus ſigillandum. DATVM *Magdeburg* Anno domini M CC XCV. VIII. Kal. Septembr.

indulgentiae, *illis ſcriptae, qui audiuerint uerbum Dei apud* Teutonicos. *40. dies,* karenam.

DATVM 1295.

DIPLOMA CII.

Indulgentia Erici in gratiam eleemoſynarum, ſoluendarum Teutonico ordini CIↃ CC. LXXXVIII.

ERICI *aepiſcopi Magdeburg.*

ERICVS *dei gratia ſancte Magdeburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus Vniuerſis chriſtifidelibus preſentes literas inſpecturis Salutem in eo, qui eſt omnium uera ſalus.* Quoniam, ut ait apoſtolus, qui parce ſeminat, parce & metet &, qui ſeminat in benedictionibus, de benedictonibus & metet uitam eternam. Cupientes igitur fideles chriſti

indulgentia XL. dierum & karenae, illis ſcripta,

ſti ad opera pietatis ſpeciali premio inuitare, De omnipotentis dei miſericordia & ſue matris virginis glorioſe nec non beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ac ſancti *Mauricii* PATRONI NOSTRI, auctoritate ac noſtra confiſi omnibus uere confeſſis & contritis, qui deuote ad *hoſpitale* & locum beate Konigundis apud *pontem ciuitatis Hallenſis* acceſſerint uel ſuas *elemoſinas* ibidem largiti fuerint de iniunctis ſibi penitentiis XL. dies & unam *Karenam* miſericorditer in domino relaxamus. Ratificantes nihilominus omnes eas *indulgentias*, que predicto loco ſeu hoſpitali per *archiepiſcopos* & *Epiſcopos* ſunt conceſſe & in futuro ſunt per eosdem liberaliter concedende. DATVM Hallis anno domini M CC LXXXVII. IIII. Nonas Aprilis Pontificatus noſtri anno quinto.

qui eleemoſynas dederint hoſpitali *Teutoniei ord. Hall.* Ratificatio *indulgentiarum ab epiſcopis conceſſarum* extraneis. DATVM *1288.*

DIPLOMA CIII.

MISNENSIS indulgentia, ſcripta in gratiam domus Teutonicae Halenſis CIↃ CC LXXXVIII.

WITTIGO *dei gratia* MISNENSIS *Epiſcopus*, *uniuerſis chriſti fidelibus*, *ad quos ſcriptum peruenerit*, *ſalutem in omnium ſaluatore.* Quoniam, ut ait apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal chriſti, recepturi, prout unusquisque geſſit in *corpore* ſiue bonum ſiue malum fuerit. Cupientes igitur ad caritatis opera mentes fidelium excitare. Deuotionem ueſtram rogamus monemus & in domino exhortamur in ueſtrorum remiſſionem peccaminum, iniungentes, quatenus ad hoſpitale & ad *capellam* in honore ſancte *Conegundis* uirginis dedicatam fratribus *domus Thetonice* extra *muros Hallenſes* in ſubſidium, quibus facul-

WITTIGONIS *epiſcopi* MISNENSIS *indulgentia ſcripta illis,* *qui domui* Teutonicae *Halenſi*

molendino in *Oberwitz* CIↃ C LXIII.

IN Nomine Dei & ſaluatoris noſtri ADELBERTVS *Brandenburgenſis marchio.* Ob remedium anime mee & defuncte coniugis mee *Sophie* ac *filiorum meorum conſenſu* eorum litus *Sale* fluminis ex aduerſa parte ville, que *obirwiſe* dicitur molendino conſtruendo conuentui Deo ac Beate genetrice eius marie & fratribus *Hallo* eidem ſanctiſſime virgini ſeruientibus perpetua ſtabilitate contradidi Ac *dominum meum* WICHMANNVM magdeburgenſem Archiepiſcopum, ut, ſua autoritate, firmaret, rogaui *Magdeburg* in pleno *ſinodo* habita in quinta feria cene domini, que tunc occurrit XII. Klas Aprilis Anno dominice incarnationis M C LXIII. Hanc igitur oblationis mee donationem dominus meus *Archiepiſcopus* confirmauit ſub *anathemate* & ego *ſigilli* mei corroboratione ſequenti anno id eſt ab incarnatione domini M C LXIIII GEVEHARDO filio meo de *Franciis* reuerſo, cui *litus* illud ſingulariter attinebat, ne quid cauſe firmitatis deeſſet X. Kalendas Maij Hallo in eccleſia que *nouum opus* dicitur oblationis noſtre deuotionem ſuper ipſum altare ſacratiſſime Dei genitricis *Marie* tam ego, quam *Bernhardus* & *Adelbertus comes filii mei* conſignauimus & paginam hanc conſcribi reſignari & TESTES, qui affuerunt, annotari fecimus, quorum nomina ſunt Otte maioris eccleſie Magdeburgenſis prepoſitus Egkardus in *ſereno monte* prepoſitus Erneſtus *Nuenburgenſis* prepoſitus Hartwicus *marchionis Cappellanus Theodericus* MARCHIO, *Burghardus magdeburgenſis* BVRGGRAVIVS & eiusdem eccleſie *aduocatus*, Burgkardus de *Walckeſtein*, Conradus de *Gibichinſtein*, Godeſchalcus de *Schuditz*, Tideri-

ADELBERTI *March* BRANDENBVRGENSIS 1163. *donatio cum* conſenſu *filiorum* nouoperi.

In plena ſynodo Magdeburgi.

Confirmatio 1164.

Filii comites *audiunt.*

TESTES.

Burggrauius & aduocatus Magdeburgicus.

dericus Adelbertus de *Croſigk* & frater eius Dido Herdolffus de *Seburg*, Moraldus Theodericus de *Gotnitz*, Otto filius Rodolffi de *tribul* filii Geronis de *Hummere* MINISTERIALES, Wernerus de *Drothe*, Gerhardus Hinricus & frater eius Ericus de *Sotine* Volckmarus Hermannus, Anno Wernerus Hinricus de *Eckſtede* & fratres ſui & Thidericus.

DIPLOMA CLX.

Litera Concordie *prepoſiti nouioperis* & aliorum de villa in *Oberwiſſe* CIↃ CCC XII.

Ioannis de ALSLEVE *militis*

IN nomine domini amen. *Nos dominus Johannes dictus de* ALSLEVE nec non dominus Iohannes de *Glindenberg milites*, ſtrenuusque famulus Hinricus *Solsberg* dictus vniuerſis chriſti fidelibus hanc literam inſpecturis ſiue audituris poſt, tam ad queuis beneplacita voluntatem Notum igitur facimus, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit dominum G *nouioperis* prepoſitum ac conuentum extra muros Hallis & Paulum dictum *Wollis* per nos ex tota ſedata & amice de maturo noſtro cum *conſilio* eſt *ſopita* ea conditione interueniente: quod idem Paulus manſum in campo *Obirwiß* ſitum, quem ab eccleſia *nouioperis* & ſine omni cenſu penſione qualibet nec non *ſeruiciis* per *triennium*, ab octaua aſſumptionis beate virginis nunc elapſa, libere poſſidebit, eisdem vero annis transactis, manſus redibit *eccleſie cenſibus* penſionibus ſeruitiis cuiuslibet prenotate. Quod igitur hec que per nos ſunt placitata rata maneant & inconuulſa preſens ſcriptum inde confectum *ſigillorum* noſtrorum *duorum* nec duorum

laudum

Poſt XXX. annos redeant cenſus.

infra

infra *teſtium* domini G. hic prepoſiti nec non domini Arnoldi *militis* dicti *Strus* Bernhardi quoque ſtrenui *famuli iunioris* munimine fecimus roborari. ACTA ſunt hec & *placitata* ALSLELE iuxta *Salam* Anno domini MCCCXII. In octaua Aſſumptionis marie coram nobis domino Iohanne de *Alsleae* domino Iohanne de *Glindenberg* domino Arnoldo *Strus* militibus, Bernhardo ſtrennuo *famulo Strus* dictio iuniori, Retemano *molendinario* filio ſuo *aduocato*, preſente Honorabili viro domino Gerhardo prepoſito *nouioperis* domino Lu. *plebano* ſancte marie in *Hallis* domino Thi. *plebano* ſancte Katherine magdeb. domino Iacobo *Viceplebano* in Loplingen teſtibus & aliis quam pluribus fide dignis.

Placitata Alsleuen. 1312.

Viceplebanus.

DIPLOMA CLXI.

Litera *marchionis Orientalis* ſuper venditione fundi molendini & inſula.

THEODERICVS *Dei gratia orientalis marchio.* Notum ſit omnibus chriſti fidelibus qualiter domus *molendinum* & inſula cuiusdam *Gildeberti* in ius *ditionis* mee tranſierit Cum idem Gilbertus *argento* indigeret pro *ſedecim marcis* Hec, que predicta ſunt, mihi expoſuit die ſtatuto quo ea ſolueret adueniente die, cum ea non ſolueret ſecundo ac tertio *inducias* accepit, nec ſoluit: Sed ne inpoſterum aliquam iuſtam querelam haberet *quartas* inducias, ipſo interpellante, vsque ad feſtum beati martini, quo finaliter omnia terminarentur accepit. Ipſo feſto adueniente *nuntii* mei affuerunt, *Gilbertus* vero neque venit neque *nuntios*, qui pro ſe reſponderent miſit, proinde ad examen *iudicum* coram domino *Burgharde*

THEODERICI *Marchionis orientalis litterae,* *quibus* pignus *molendini,* *poſt* quatuor *denuntiationes*

ſibi adſerit obtinetque in iudicio Burggrauii & antea Sculteti Halenſis.

do *magdeb. Eccleſie* BVRGGRAVIO ſteti & ſecundum ſententiam *legum* hec omnia optimo ipſo *Burgrauio banno Imperatorie maieſtatis* ea michi confirmante, cum Rolſterus *miniſterialis* magd. *Archiepiſcopi* & duo homines mei *Anno* & *Hinricus* antea in reliquis ea mihi coram Volkmaro *Schulteto* & *Hallenſibus* ciuibus optinuiſſent Cum hoc modo predicta in ius ditionis mee tranſiſſet *Hallenſibus* fratribus ea libera p - - vendendi domino *Wichmanno* ſancte *magdeburgenſis* eccleſie Venerabili Archiepiſcopo mediante ſimulque fratribus comite Dedone & comite Frederico nec non & Eggehardo Eccleſie beati Petri in *ſereno monte* prepoſito predicto *Burggrauio* per ſententiam hec eisdem confirmante. Huius rei TESTES ſunt Godeſchalcus de *Ladice* Herdolffus de *Seburch* Thidericus de *Kothinge* Conradus de *Ilburg* Otto de *Pech* ciuis Hallenſis Bruno & frater eius Rodolffus *ſtir* & frater eius Burghardus *Rodmarus* & frater eius Burchardus Conradus filius eius Burchardus Dithmarus & alii quam plures. Vt igitur hec omnia illibata permaneant in poſterum, preſentem *Cartam ſigillo* autoritatis noſtre roborari fecimus.

Quod uendit coenobio Nouioperis.

Teſtes.

DIPLOMA CLXII.

De proprietate ville *macheritz*, que eſt noſtra vnde vnam *marcam* annuatim habemus CIↃCCLXVIII.

BRUNONIS D G. praepoſiti an. 1286. transactio inita

BRVNO *Dei gratia prepoſitus Nouioperis* apud Hallis H. prior totumque eiusdem eccleſie *capitulum* Omnibus hanc literam inſpecturis ſalutem in domino. Volentes in quantum poſſumus cauere *poſteris* noſtris, ut nobis ea, que recorda-

cordatione ſua digna literis commendamus, que ſuper hijs preſentes nichilominus & futuros expediant dubitantes. Sane venerunt vniuerſi quod inter *nos* & noſtram eccleſiam ex vna & dominum Geuehardum dictum de *Beandeys* parte ex altera queſtio verteretur ſuper *Innumeris* dampnis & *vexationibus* que paſſi ſumus ab ipſo & ipſius predeceſſoribus in villa *Macherum* que eſt proprietate mea & eccleſie noſtre accedente *conſilio prudentum* virorum cum ipſo concordamus in hunc modum: Dominus *Geuehardus* pro dampnis antedictis & pro *cenſu* totius ville, quem ſibi & ſuis heredibus vendidimus, pro *centum* & *ſexaginta marcis* parati & *albi argenti*, preſentibus literis, confirmamus iure *hereditario* perpetuis temporibus poſſidendum. Ita tamen quod in eadem villa in r - - - huius hereditatis ſue & ſuorum ſucceſſorum & noſtre proprietatis ipſe & ſui heredes, qui pro tempore fuerint, dabunt nobis & eccleſie noſtre annis ſingulis *vnam marcam* Nos etiam pro fauore ſuo de eadem marca ſua *deceſſum* ſuum & vxoris ſue domine *Iutte* dominis & fratribus eccleſie noſtre in refectorio in ipſorum *Anniuerſariis* annis ſingulis pro qualibet perſona in *dimidia marca ſeruetur*, vt concordia inter nos & ipſos habita per huiusmodi memorias cunctis clarius elucescat. *Recepimus* etiam ipſum & ſuam vxorem in *fraternitatem eccleſie noſtre* & facimus ipſos participes omnium bonorum operum, que fuerint apud nos & abſoluimus ipſos & anteceſſores ipſorum a *damnis*, que paſſi ſumus ab eisdem. *Ius & patronatum parrochie* in antedicta villa *Macherum* nobis in integrum reſignantes, quia ipſam ab eccleſia *brandeis* cum ſua *dote* nullatenus volumus ſeparari.

cum Brandiſio

ſuper litibus in MECHERN *villa,*

quam vendit pro 160. marcis albi argenti eidem

& annuo cenſu.

Promiſſis illi & uxori anniuerſariis.

Et fraternitate, participe bonarum operum coenobii.

Ius patronatus *non diuellatur a* dote.

parari. Vt autem ſuper premiſſis nulli in poſterum dubium oriatur, preſentem paginam *ſigillis* infra poſitis duximus roborandam. Huius facti TESTES ſunt Iohannes de *Dreleue*, Fridericus & Henricus fratres dicti de *Brandeis*, Hinricus de *Siden* milites Arnoldus de *trebet'n* Aduocatus in *Tuch* & plures alii fide digni. ACTA ſunt hec in villa *Macherun* Anno domini M CC LXVIII. Indictione vndecima octaua ydus decembris.

Teſtes.

Actum 1268.

DIPLOMA CLXIII.

Litera HINRICI *Epiſcopi* MERSEBVRGENSIS ſuper libertate Ecclefie in *Macherun* & exemptione *Brandeys* CIↃ CCC XLIII.

HINRICVS *dei gratia Epiſcopus eccleſie* MERSEBVRGENSIS *Vniuerſis chriſti fidelibus auditu-ris* preſentia ſeu viſuris Salutem in & ab eo, qui eſt omnium vera *ſalus*. Vt eis, que ad diuini cultus augmentationem ſe extendere dinoſcuntur vigilanti ſtudio & efficaciter intendamus officii noſtri debitum - - in ſollicitudinis partem vocati ſumus feruentius incitat & inuitat. Ea propter ad omnium chriſti fidelium tam preſentium, quam futurorum notitiam deducimus preſentibus publice profitentes. Quod cum eccleſia in *Macherun* noſtre *dioceſ. filia* quondam *matricis* eccleſie in *Brandeis* per honorabilem virum dominum Thidericum *prepoſitum nouioperis* prope Hallis Capitulumque ibidem Nec non per honeſtum famulum Iohannem de *Macherun* fundata & certis bonis ſeu *redditibus* prout in inſtrumentis ſuper hoc confectis plenius eſt expreſſum Cum omni iure & proprietate ut per ſe eccleſia *parrochialis* ſeu *Baptismalis* cenſeatur & proprium

HENRICVS Merſeburgenſis *epiſc. an. 1343.*

filiam eccleſiam

Mechern *conuertit in matrem*

Facitque eam parochialem & baptiſma-

um ipſius eccleſie *populum* tam in diuinis officiis quam eccleſiaſticorum Amminiſtratione ſacramentorum eidem vberius deſeruiatur facto *reſtauro* videlicet vno *ferto argenti* in feſto michaelis per dominum Hinricum - - *plebanum* in *Macherum* ſeu per alium quicunque pro tempore ibidem *plebanus* fuerit plebanus in *Branditz* annis perpetue perſoluendo ipſi *matrici* eccleſie ſpecialiter ſit *dotata*.

lem *habe*- *atque ſuum* populum *ac* pleba- num *pecu- liarem.*

Nos in hoc diuini cultus ampliationem conſiſtere videamus ob honorem etiam ac ſpecialem *prerogatiuam* ſancti *Nicolai* confeſſoris *patroni* ibidem predictam eccleſiam in *Macherun* a *matrice* eccleſia in *Brandeyz* autoritate *ordinaria* ſeparandam duximus ac ab ipſa preſentibus *ſequeſtramus*: Volentes, ut ipſa eccleſia in *Macherun per ſe* ſit in perpetuum *eccleſia parrochialis* & *baptismalis* & eidem *plebanus ſpecialis* preficiatur, per que bona & redditus eidem, ut premittitur, deputari, quos autoritate eadem ſimpliciter incorporamus. ut deinceps libertate ac *emunitate* gaudeat *eccleſiaſtica* & priuilegio *ſpeciali*.

ſub cenſu matrici *priſtinae ſoluendo.*

In honorem SS. patronorum.

Inhibentes in virtute *ſancte obedientie* & ſub interminatione *maledictionis* eterne, ne quisquam auſu temerario bona & redditus predictos ad ipſam *eccleſiam* & cultum diuinum, ut predicitur, dedicatos nec non *priuilegium*, *libertatem* ac *emunitatem* ipſorum preſumat aliqualiter violare. Si quis autem hec attemptare preſumpſerit indignationem omnipotentis Dei eiusque genitricis & ſemper virginis *Marie* ſanctorumque martirum eius Iohannis *baptiſte* & *Laurentii* atque *noſtrum* ſe nouerit incurſurum. Vt omnia premiſſa & ſingula maiorem roboris obtineant firmitatem preſentem literam exinde conſcribi fecimus & *ſigilli* noſtri appenſione iuſſimus communiri. A-

Sanctio anathematis in uiolatores priuilegii

Actum & Datum 1343. CTVM & DATVM Anno domini M CCC XLIII. ſabbato ante diem beati Mathei apoſtoli proximo qui fuit XI. Klas Octobris.

DIPLOMA CLXIV.

Litera ſuper vna libra cere in *monte Ciriaci* an. CIↃ CCC LXXX.

Renunciatio TIMPLINGII *uxoris & propinquorum* ICh *Cunradt vonn* TVMPFLING, *Hedewich myn ſweſter* vnd alle vnſe *erbin* bekennen in diſſem keinwurtigen briffe alle den, de on ſehen ader horen leſſen; daſs wir mit gutin willen vnd mit wolbedachtem mute vnnd mit rate *vnnſer frunde* vorzien vnnd vorzeigin haben alle des *angariis & cenſibus hominum parochiae S. Cyriaci montis.* rechtin *dinſt* vnd *Lipnitz*, daſs wir gehabit habin biſs an diſſe tzeit an eyns *pherrers Lutin* von ſant *Ciriacus berge* ſunderlichin an den *Lutin* zcu *Sundhuſin* vnd vorzien vns des durch got vnd des heiligen ſanth Ciriace vnd durch des *pferrers bete* willen Herrn *Nicolaus Groneheiden*: Alſo das wir noch alle vnſe erbin nunmeher anſprechen ſuln noch enwoln wedder *geiſtlich* noch *wertlich* noch *freuclich* vnd *lobin* daſs zcu haldin an alle böſe *Liſt*. Diſſer gabe *Teſtes.* vnd vorcziunge ſint *gezcuge* de Erbarn luthe Richart *bſeſſin* zcu Sundes huſin, Conrad *Spelberg* Abetz *Becker* Hinrich *Gunther*, Heyncke von *rode* Vnd zcu merer ſicherheit vnd bekentniſſe henge ich Conrad von *Tumpelingen* myn *Ingeſigel* an diſſen vffin briff der gegebin iſt nach *Sigilla 1383.* criſti geburt *tuſint* Jar *drihundert* Jar in dem *drie vnnd achtigſtenn* Jare an dem Suntage vor ſent *Michels* tage Ouch zcu merer ſichirheit vnd gezugniſſe henge ich Nichart von *Mollin* myn *Ingiſigel* an diſſen vffin briff.

DIPLO-

DIPLOMA CLXV.

Litera cenſus in *curia ſtraminum* ſuper *tribus ſexagenis* dictis pro memoria Hans *Gortzk* & ſue coniugis an. CIↃ CCCC XIV.

NICOLAVS D. G praepoſitus Nouioperis

Wir NICOLAVS *vonn der gnate gots probſt zcum Nuenwercke by Halle* thun kunth daſs, vnns Hans von *Gortzk*, *molmeiſter* zcu *Trothe* hat vorhundiget vnd gebetin, daſs wir ome helffen bekennen in vnſerm vffin *briue* vor alle denn de on hören ader ſehen leſſen wie daſs Her hat *abegekaufft* Margkqnart *Holtvverder*, burger zcu Halle *dri ſmale ſchog Helliſcher vvere* ierliches *zcinſes evviger gulde* vff dem *ſtrohoue* gelegen hart an ander ane mittel vff *dreuebin* alder neheſt an der *brugke ſenth Mauricii thore* alſsman vſs der ſtad gehet zcu ſenth *künegunden* zcu der *lincken* hant vff dem erſtin erbe ſitzet *Groſskop* vnd gib *ein ſmal ſchog* vff dem andern ſitzet Ragol vnd gibt eyn *ſmal ſchog* vff den dritten ſitzet Vlrich *ſmeth* vnd gibt eyn *ſmal ſchog* zcu zczinſe alle Jar halp vff ſent *Michels* tag vnd halff vff *Oſtern* de ſelbin erbe gein zcu *lehene* von vnſer probſtie zcum *Nuenvvercke* vnd *zcinſen* vns io daſs erbe funff *breite gorſſchen* vff de ſelbin tageczeit de ſelbin vorgnanten zcinſe gibt de egnant Johannes *Gortzk* vnd wiſet de *tzinſslute* mit craff diſſes briues an de ſammunge zcum Nuenwergke als eyn *Teſtament ſines leſten vvillen ane vvidderruffunge, ane anderunge, ane anſprache* frunde ader fromde zcu ſelickeit ſiner *ſele* vnd *Ilſen* ſiner *vvertynnen* zcu guter *gedechtniſſe* orer beyder eldern Darumb daſs Hern ſollen den tag

teſtatur emiſſe magiſtrum molendini in Troten aeternum cenſum III. ſmaler *groſſorum*

clientelarium Nouoperi V. breite *groſſ.*

Teſtamento defert coenobio Nouioperis

iglichs

pro anniuerſario in uigiliis, miſſis, praeſentien

iglichs beſundern orer *bigrafft Jargetzeit* begehen mit *vigilien* vnd *ſelemiſſen* vnd denn den Herrn d vff den kor mit *preſentien* mit eynem *ſchogke* alſs man pfleget vff dem *thume* zcu Magdeb. de ſelbin tzinſe ſol in manen vnnd vff nemen eyn Prior zcum *Nuenvvergke* vnd teylen ſe zcu orer beyder gedechtniſſe in der meſſen wer da keginwertig iſt. Des zcu eyner

Subſcriptio 1414.

groſſern bekentniſſe vnd *orkunde* habe vvir Nicolaus obgnanter *Probſt* zcum *Nuenvvergke* vnſer *Ingeſigel* von ſunderlicher bethe vvegen fruntſchaff vnd gunſt an diſſen briff gehenget. Der *gegebin* iſt noch criſti geburt *virczehundert* Jar in dem *virczenden* Jare an ſente Gertruden tage.

DIPLOMA CLXVI.

Litera de *ſeptem* manſis in *Petzine* CIↃ CCC XXXII.

Nobilium dominorum de POVCH, *in* Czörbig.

NOS OITO *ſenior* & OTTO *Junior* & GVNTHERVS fratres dicti *de* BOVCH, *domini in* CZORBEKE Vniuerſis preſentia viſuris ſeu audituris facimus manifeſtum publice per preſentes: quod religioſis viris prepoſito & Conventui monaſterii

uenditio uillae Petzin & *ius* patronatus,

Nouioperis prope *Hallis* iuſto venditionis titulo *ſeptem manſos* ſitos in pago ville *Petzine* quibus manſis *ius patronatus* eccleſie *parrochialis* ibidem adnectitur vendidimus pro *XX marcis*,

MAGNO *duce Brunſuicenſi feudales*,

quas ab *illuſtri* principe MAGNO *duce Brunſvvicenſi in pheudo* tenemus. Quos ſiquidem manſos in noſtro *dominio* pro *vtilitate* eccleſie nouioperis per *annum* & *diem* retinebimus, ut infradicti temporis ſpatium eccleſie *Nouioperis* predicta *dominium* & *proprietatem* dictorum manſorum a *dominis*, ad quos proprietas bonorum

rum huiuſmodi ipſa eccleſia noui operis acquiſierit infra tempus prediĉtum nos bona ipſa ſine contradiĉtione qualibet, tanquam bona *pheudalia* reſignabimus *duci* prenarrato. Si vero *beneficium* diĉte ville quod diĉtis bonis ut diĉtum eſt adneĉtitur ante elapſum anni & diei prediĉtorum *vacantie* contingit pro voluntate prepoſiti & ſui conuentus prrſentatio ad idem *beneficium* erit canonice facienda. Sin autem eccleſia prediĉta, quam ſperamus *proprietatem* manſorum ſepediĉtorum *acquirere nequiuerit*, extunc prepoſito & conuentui prediĉtis *pecuniam* pro diĉtis bonis per nos preceptam infra ſpatium *dimidii anni* immediate ſequentis *integraliter reſtituere* tenebimur & complete. Quod bona fide promiſimus vnacum noſtris fideiuſſoribus infra ſcriptis videlicet *Ludolffo* milite diĉto *Grelle* & Theoderico de *Geruz* & Hinrico de *Nuenſtede* famulis Et promittimus preſentium in contextu. Si vevo elapſo termino *dimidii anni* diĉtam pecuniam non perſoluerimus ciuitatem *Delitz* domino praepoſito iubente cum diĉtis noſtris *fideiuſſoribus intrare tenebimus*, OBSTAGIVM ibidem faciendo ac de illa nullatenus exituri, niſi diĉta pecunia per nos plene ſoluta extiterit uel aliter ordinatum fuerit de ipſius *prepoſiti* & ſui conuentus *beneplacito* & voluntate. Que omnia & ſingula ſupradiĉta ad *manus eccleſie* prediĉte nos promiſimus obſeruaturos Strenuis militibus Tilemanno de *Diſkavv* & diĉto *Kut* & honeſto famulo Conrado de *tiſne* Et in premiſſorum omnium teſtimonium & euidentiam pleniorem noſtrum *ſigillum* quo communiter vti ſolemus preſenti duxi annectendum *Teſtes* huiuſmodi venditionis ſunt dominus *Sanderus*

interim poſſidendae donec Noui-operis coenobium impetrauerit ab eo conſenſum feudalem.

Hoc negato pretium reddendum ſub poena OBSTAGII *in* Delitſch *cum fideiuſſoribus*

Teſtes, *plebani.*

Subſcriptio 1332. *rus* plebanus in *Zorbeke*, & Nicolaus *plebanus* in *Sporune* & quamplures alii fide digni. Actum & datum Anno domini MCCCXXXII. in *vigilia* omnium ſanctorum.

DIPLOMA CLXVII.

Litera ſuper duos *manſos* in *Breſeen* CIↃ CC XXXVI.

ALEXANDRI *D. G. praepoſiti in* TIZEWE

ALEXANDER *dei gratia in* TIZEWE *prepoſitus*, *Gertrudis* ABBATISSA Totusque eiusdem eccleſie Conuentus Vniverſis chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis Salutem in domino. Cum mundane multotiens proceſſu temporis labantur & intereant actiones, neceſſarium eſt ut ea, que geruntur in tempore ab hominibus, ne *poſteritati* venture maneant incognita, voce *teſtium* ſiue *ſcripture* beneficio roborentur. Notum ſit igitur vniuerſis tam preſentibus quam futuris preſentem paginam inſpecturis: Quod venerabilis POPPO *Nouioperis* in Hallo *prepoſitus* nobis *duos manſos* in villa *Beſen* ſoluentes duas annuatim *marcas* pro ſumma pecunie eſtimationis *viginti vnius marce* Inſuper quicquid vtilitatis ex ipſis in poſterum poterit prouenire a nobis ſue eccleſie *proprietarie* conquiſiuit. Ipſos vero manſos noſtra *eccleſia* per multa annorum curricula poſſedit libere & quiete. Ne igitur de hoc noſtro facto noſtris ſucceſſoribus aliquis dubietatis ſcrupulus oriatur in argumentum fidei hanc *paginam* conſcribi & Impreſſione noſtri ſigilli fecimus inſigniri Huius rei TESTES ſunt *Anno* canonicus *Halberſtadenſis* & prepoſitus in *Wettin* Sifridus de *Pigauia* Walterus canonici *Mißnenſes* Wilhelmus eccleſie noſtre *confratres* Fredericus monachus de *Conradesberg* & alii quam plures

uenditio duorum manſorum in Beſen *pro XXI. marcis Nouoperi*

Teſtes.

ACTA

ACTA ſunt hec in *Rizowe* Anno gratie M CC XXXVI. indictione VIII. II. nonas nouembris. ACTVM Rizowe 1236.

DIPLOMA CLXIIX.

Litera de duabus curiis in MATZSTEDE an. CIↃ CC XCVII.

NOs HEIDENRICVS *dei gratia prepoſitus Totusque conuentus Sanctimonialium in* HVSTORFF publice proteſtamur Omnibusque cupimus eſſe notum, quod *duas curias* ſitas in *Matzſtede* nomine *concambii* dedimus eccleſie *nouioperis* in *Hallis* & ab eadem eccleſia recepimus alias *duas curias* in eadem *villa*, quas *Albertus* LOBELIN a iam dicta eccleſia *nouioperis* habuit iure *hereditario* accedente eiusdem *Alberti* voluntate libera & conſenſu, ita tamen ut ſi aliquod impedimentum eccleſie ſepedicte in eisdem curiis oriretur ad *dampnum* refundendum vel ad reſtitutionem bonorum priorum nos literis preſentibus obligamus. Ne autem ſuper iſtis proſcriptis dubium aliquod oriatur, literam hanc *ſigillorum* noſtrorum munimine fecimus roborari DATVM & ACTVM Anno domini M CC XCVII.

HEINRICI *D. G.* praepoſiti *in* HVSTORFF.

permutatio concambium duarum curiarum in Mazſted

Datum & actum 1297

DIPLOMA CLXIX.

Litera ſuper domo in RINKLEVE & area.

FREDERICVS *dei gratia Comes in* BICHELINGEN Vniverſis hanc paginam inſpecturis notum fecimus, quod Koynegundis de *Rinſchelebin* *aream* quandam, quam in eadem villa habuit pro remedio anime ſue contulit eccleſie ad *novum opus Hallis*. Quod quia ſine *permisſione gratie gratia fieri* non potuit noſtrum ſuper hoc conſenſum optinuit & noſtri *ſigilli* confirmationem. TESTES etiam

FRIDERICI *D. G. comitis de* BICHLING

conſenſus

areae delatae Nouoperi

Teſtes.

etiam adhibere curauit Fredericum *Munchinhuſſenn* Fredericum de *Oderslebin* Henricum de *Helmsreichtiſtorff* Conradum de *Frangkenhuſſen*.

DIPLOMA CLXX.

Litera domini de ILEBVRG de emtione ville *Proueſteſrode* CIↃ CCC II.

OTTONIS *de* ILBVRG *emtio* Propſtrode *cum attinentiis pro 4. marcis a coenobio* Nouioperis *tenenda a collatore feudali.*

NOs OTTO *de* ILEBVRG *omnibus quibus intereſt aut intereſſe poterit notitiam ſubſcriptorum* Vt ea que per nos aut noſtro fiunt de conſenſu robur perpetue obtineant firmitatis ipſa conſueuimus *lingua* teſtium & *ſcriptis autenticis* ſolidare Sciant igitur tam poſteri quam preſentes, quo nos *villam* que dicitur *Proueſtrode* ſitam iuxta *Salam* eminus a domino *Jacobo* prepoſito & capittulo Monaſterii NOVIOPERIS apud *Hallis* pro *quinquaginta quinque marcis* argenti cum omnibus *attinentiis* videlicet agris cultis *lignis*, *paſcuis* & cum omni iure quo idem *prepoſitus* ac ſua eccleſia eandem villam ſibi comparauit. Recipientes ipſam villam cum omni iure, ut premiſſum eſt & prehabita eccleſia tanquam a vero *collatore feodati titulo* poſſidendam. Ne igitur huiusmodi emptionem noſtram aut obliuio deleat aut aliquorum malignantium inſultus infringat, preſens ſcriptum inde confectum noſtri *ſigilli* munimine roboramus cum annotatione *toſtium* ſubſcriptorum ACTVM & DATVM *Ilburg* Anno domini M CCC II. preſentibus domino Gerhardo dicto *Sieſchopp* & domino Bertramo dicto *Schonekoe* memorate eccleſie canonicis: MILITIBVS vero Hermanno dicto *Buch*, Hinrico de *Sebene*: FAMVLIS autem Ottone de *Hoburg*, Hinrico de *Schepelin* & Conrado de *Scham* cum aliis quampluribus fide dignis.

Actum & Datum Ilburgi 1302. Teſtes 1) *eccleſiaſtici* 2) *milites* 3) *famuli nobiles.*

DIPLO-

DIPLOMA CLXXI.

Venditio ville PROVESTESRODE domino Ottoni de *Ileburgk* an. CIↃ CCC II.

NOs IACOBVS *Dei gratia prepoſitus* THEODERICVS *prior*, *totumque capitulum Monaſterii* NOVIOPERIS apud Hallis omnibus preſentia viſuris eternam in domino ſalutem Ex approbata veteri *conſuetudine* a *prudentibus* eſt introductum, vt actus *moderni* temporis propter future ambiguitatis ſcrupulum bene firmentur *teſtibus* & *ſcriptura*. Sane preſentes ſcire volumus & futuros nolumus ignorare, quod nos de *vnanimi conſenſu* & totius noſtri *capituli* voluntate vendidimus domino *Ottoni de Ileburg* villam, que dicitur PROVESTESRODE pro quinquaginta quinque *marcis argenti* cum omnibus *attinentiis* videlicet *agris cultis* & *incultis lignis*, *paſcuis* & omni iure, quo eandem villam tenuimus ab antiquo; tamen *proprietate* ipſius ville nobis ſolummodo *reſeruata*: ita quod idem dominus *Otto* predictam villam a nobis & a noſtra eccleſia accipiat & teneat, ut a ſuo *collatore*, *pheodali titulo*, poſſidendam. Vt igitur hec mea venditio validum perpetuumque robur obtineat preſentem paginam ſuper permiſſis confectam *ſigillorum* noſtrorum muninime iuſſimus communiri cum annotatione teſtium *ſubſcriptorum* DATVM in NOVOOPERE & ACTVM Anno domini M CCC II. XVII. Klas *Octobris* preſentibus Ludolffo ſancte Marie Hermanno ſti Gertrudi & Iohanni ſancti Vdalrici Hall. eccleſiarum *plebanis* necnon Gerhardo noſtro *cuſtode* & *cellerario* Alexandro noſtro *Kamerario* & Bertramo noſtro *hoſpitelario* Rolkino de *Swochaw* Erita dictus *Stapel* nec non Giſelero *militibus*, Herman-

NOVIOPERIS coenobium uendit

modernus.

cum conſenſu capituli bonitarium *dominum in* Propſtrode *Ilburgio*,

proprietate feudali *ſibi ſeruato.*

Datum & Actum 1302

Teſtibus 1) plebanis, clericis 2) militibus, 3) nobilibus.

no de *Friberg* Hinrico dicto *Rode rom* & Ludolffo dicto *Samerwune* cum aliis quam pluribus fidedignis.

DIPLOMA CLXXII.

Elocatio dimidii *prati* prope Hollebin CIↃ CCCC V.

LOCATIO *dimidii prati in* Holleben.

a nouopere pro cenſu VI. ſexagenar. cruciferorum groſſorum *Friburgenſium, ualoris Halenſis in XII. annos.*

Subſcriptio 1405.

ICh IACVFF MOQVITZ *vnnd myne rechtin* ERBIN *Bekennen vffinbar in diſſem keinwürtigen vnnſerm Briue:* daſs die *Erhafftigen* Herrn *Johannes* PROBST, *Andreas* PRIOR, *Johannes* CAMERER, vnud *Jacobus* CVSTER *vnnd daſß* CAPITTEL *gemeyne* des heiligen gotshuſes zcum NVENWERGKE vor *Halle* mir vnnd mynen *rechtin erbin* habin vſsgethan de *Helffte* ŷrer *weſen* vnnd ires *gotshus*, die da gelegen iſt bi *Hullebin.* Alſso daſs ich vnnd myne rechten erbin der *gebruchin zwelff Jar* vnd ſollen davon gebin alle Jar zcu *zcinſe Sechs ſchog crutze groſſen frieberger müntze*, *Helſcher vvere*, Vnnd wan die *zvvelff* Jar vorgangen ſyn, ſo ſal ich Jacuff *Mocquitz* vnd myn rechtin *erbin* die helffte der Weſsen vnnd den *briff*, den wir von dem gotshuſs obir de Weſsen habin vnnd dar zcu de *helffte* der Weſen *vvedder* antwurten frye *ledig vnnd loſß.* Deſs zcu eyner *bekentniſſe* habe ich Jacuff *Mocquitz* myn *Ingeſigil* vor mich vnnd myn rechtin erbin gehenget zcu *zcügniſſe* diſſer vorgeſchrebin dingk Nach criſti geburt *virtzenhundert* Jar darnach in dem *fünften* Jare am Sonnabint nach ſent *Johanns tage* baptiſte an diſſen keinwurtigen Briff.

DIPLO-

DIPLOMA CLXXIII.

Litera ſuper vno manſo in *Vrunkendorf* CIϽCCC VII.

IN Nomine domini amen. *Ego* HINRICVS *dictus* BEKERER *ciuis Hallenſis* literam preſentium profiteor ſuo tenore quod *marca* argenti *Fribergenſis* reddituum, quam emi apud relictam domini *Rolckonis*, *militis*, bone memorie quondam caſtrenſis in *Crocvvk* & *Critium* & ſuum fratrem eorum *beriles filios* apud inquam ſitum in quodam *manſo* campi *Franckendorff* dedi in remedium *animarum* ſcil. mee & *Zacharie mee vxoris* eccleſie NOVIOPERIS & aliarum, quod *cuſtos* eiusdem eccleſie *anniuerſarium* iam dicte *vxoris* mee & *meum* duobus *ſeruitiis* ſuum recoli faciat annis ſingulis per Conuentum, que quidem *marca*, dum modo ipſe Conuentus *proprietatem* eius a *Reuerendo* & *patre noſtro* MAGDEB. *eccleſie* ARCHIEPISCOPO obtinuerit, ad eandem eccleſiam NOVIOPERIS meam poſt mortem, *proprietatis* Iure & titulo perpetuo poſſidenda libere pertinebit. Predicti ſi quidem venditionis predicte *merce* ad *eximendam* & ad liberandam ipſam contra impetitionem quamlibet & cuiuslibet ſe per preſentes literas obligarunt. In quorum omnium & ſingulorum euidentiam & ratihabitionem preſentes literas honorabilis viri domini *Alexandri nouioperis* prepoſiti nec non prefatorum venditorum *ſigillis* impetraui publice & fideliter communiri DATVM & actum HALLIS Anno domini M CCC VII. tertia feria in rogationis.

MARCA *emta ab uxore* militis *caſtrenſis*, *berilis filius* hauſs Sohn, *filius familias*. *in manſo* Frankendorff *data* Nouoperi *in ſalutem animarum*, *ut ab epiſcopo obtineat* proprietatem.

Datum & Actum Hallis 1307.

DIPLOMA CLXXIV.

Teſtimonium de bonis in *Wrank* an. CIↃ CCC XIV.

Mokrenii teſtantur villam Wrantz eſſe Nouioperis, non ullius alterius.

NOs *Hinricus Buſſo Buſſo nec non Heinricus dicti de* MOKRENEN recognoſcimus tenore preſentium publice proteſtantes, quod bona ſita in villa *Wrantz* ſunt domini prepoſiti *noui operis* in *Hallis* ac totius conuentus ibidem & nullius alterius nunc viventis. Rogantes honeſtum virum dominum dictum *Wole* ac vniuerſos preſentia *viſuros*, quatenus eundem dominum prepoſitum ac totum Conuentum non impediant in *bonis* eisdem quouis modo, quod cupimus promereri In huius rei *teſtimonium* noſtro *ſigillo* ſigillauimus preſens ſcriptum DATVM *Mokrene* Anno domini M CCC XIV. in craſtinum beati Jacobi apoſtoli.

Datum Mukrene 1314.

DIPLOMA CLXXV.

Priuilegium ſuper mediam *marcam* in villa *Vrantzek* CIↃ CCC.

Marca penſionalis dimidia in Wrantzike

CUm mundane actiones que finem habent temporalem *vento obliuionis* de facili deleantur, ipſa cautio *prouiſionis noſtre* ordinat, vt quorum notitia perennis eſſe debet eorum memoria teſtimonio *ſcripti* & *lingua teſtium* ſolidetur Hinc eſt quod nos *Wichmannus de Mogknren* ſenior atque ſenior recognoſcimus proteſtando publice per preſentes, quod, accedente *noſtrorum conſenſu coheredum*, vendidimus domino Nicolao dicto de *Brande* & *canonico Noui operis* apud *Hallenſis* dimidiam *marcam* de bonis noſtris ſitis in villa *Wrantzike albi argenti* pro *ſex marcis* quam quidam dimidiam marcam *Heidecke* dictus *Benike* eorundem bonorum nunc poſ-

VVichmannus de Mogkren, cum conſenſu coheredum, uendita canonico nouioperis.

ſeſſor

ſeſſor vel ſuus pro tempore ſucceſſor annis ſingulis prehabito domino Nicolao quo aduixerit beati Michaelis miniſtrabit. Poſt *mortem* vero eiusdem domini Nicolai eccleſie *Nouioperis* prehabite terminis in premisſis perpetue ſub *annua penſione* & nos *proprietatem* eiusdem dimidio *merce penſionalis* prememorate eccleſie *Nouioperis* ob reuerentiam ſacratisſime *virginis*. Nec non glorioſorum martirum *Alexandri* ſociorumque eius dedimus & damus in hijs ſcriptis perpetue poſſidendum. In cuius rei *teſtimonium* preſentem paginam conſcribi fecimus & *ſigilli* dilecti noſtri domini *Alberti prepoſiti* antedicte eccleſie nouioperis & *noſtri* munimine iusſimus roborari. Et nos ALBERTVS *dei gratia prepoſitus nouioperis* eccleſie ſepedicte huic venditioni atque donationi cum fierent affuimus. Vnde in *teſtimonium* premiſſorum duximus apponendum ACTVM & *datum Mokrenn* Anno domini M CCC. in vigilia beatorum apoſtolorum Petri & Pauli preſentibus domino Erewino *plebano* ſancti Vdalrici in Hallis, domino Iohanne *hoſpitelario nouioperis*, domino Alexandro *camerario* ibidem & aliis quampluribus fide dignis.

Poſt cuius mortem Nouoperi *in honorem S. patronorum.*

Sigilla contrahentium.

Actum & Datum *in Moekerne* 1300.

DIPLOMA CLXXVI.

Litera ſuper vno *manſo* in *Wrantzk* CIↃ CCC XIX.

NE ullius temporis antiquitas tollat a memoria, que ab hominibus rite geruntur, Expedit ea ſcripture ſtabilitate firmare & ad futurorum notitiam transferre. Ea propter nos Hinricus & BVSSO fratres ac Hinricus *filius* quondam Wichmanni *militis patruus* predictorum fratrum dicti

MOCKERNIORVM *fratrum & ſiliorum*

venditio vnius manſi in Wrantzk dicti de MOKRENE tenore preſentium recognoſcimus ac publice profitemur quod Religioſis viris ac dominis prepoſito priori Totique Conuentui

Nouoperi. monaſterii *Nouioperis* prope Hallis vnum manſum ſitum in villa *Wrantzk* ad nos pleno Iure pertinentem dimiſimus *emptionis* titulo libere monaſterio ac dominis antedictis ita quod Jure *dominii* ſeu *proprietatis* eundem manſum cum *cenſu* ac aliis pertinentibus perpetuo poſſidere poſſunt & debebunt omni Iure exemptione *iuris* ſeu *facti* qualibet *poſtergatis* In cuius rei teſtimonium preſentem literam ſigillo noſtro appenſo ac ſigil-

TESTES plebani. lis in *Lopenow* ac in *Mokren plebanorum* dedimus communitam. TESTES huius ſunt prefati *plebani*, plebanus in *Moſelitz*, Petrus *Muſcheus* noſter

Datum Mokrene 1319. *Concanonicus* ac magiſter Iohannes Et quamplures alii fide digni datum *Mokrene* in die beati Viti martiris anno domini M CCC XIX.

DIPLOMA CLXXVII.

Litera ſuper uno manſo in *Heddersleue*.

CIϽ CCC VI.

BVOR miles HOnorabilibus & diſcretis domino ALEXANDRO *prepoſito* Bertrammo *priori* Totique Conuentui monaſterii NOVIOPERIS prope *Hallis*

Nouoperi, Senior *Rudolfus* dictus BVOR *miles* obſequii quantum poterit & honoris. Honeſtati veſtre regratiamur quampluṙimum per preſentes, quod dile-

ob filium in coenobio receptum, donat manſum in HEDERSLEBEN. ctum *filium* meum *Iohannem* in veſtrum recepiſtis conuentum & confratrem donans & offerens vobis cum ipſo de conſenſu omnium heredum meorum manſum *vnum* in campis ville *Heddersleue* ſitum, quem filii Hermanni de *Winſtede* pie memorie & quidam dictus FREBIR iure hereditario diuiſim colunt & poſſident nec non vnam *curiam*,

am, quam filii Hermanni predicti inhabitant in eadem villa *Heddersleue* ſitam, a nobis cum omnibus ſuis fructibus *cenſualibus* & cum omni alio iure in perpetuum libere poſſidendas. Predicti ſiquidem *manſi dimidietatem* filii Hermanni predicti colunt & poſſident: *reſiduam* vero *dimidietatem* quidam dictus *Frebir* colit & poſſidet De predicto itaque manſo prius nomine *cenſus* tres *chori frumenti* ſingulis annis dabantur. Nunc autem *duo* tantum videlicet *dimidius chorus tritici*, dimidius *ſiliginis* & integer *auene* annuatim nobis in perpetuum dabuntur ab eiſdem, quod ſuis *denariis* effecerunt. Cum vero prefatus manſus ab aliis ſive per dictorum colentium venditionem ſiue modum alium impoſterum poſſidebitur *tres chori* frumenti de ipſo manſo vobis dabuntur a tribus poſſidentibus annuatim ſicut prius vel ſuper eo de veſtra ordinabitur voluntate. De prefata vero Curia prefati poſſidentes ſingulis annis tres *ſolidos nouorum denariorum Isleuienſis monete*, decem & octo videlicet *denarios*, in feſto paſce & totidem in die beati michaelis nobis dabunt. Proteſtor etiam, quod predictus *manſus* & *curia* ab omni *Iure aduocatie* & *precarie iure*, *plebiciti* duntaxat excepto, liberi ſunt & fuerunt ab antiquo. Vt autem mea predicta *donatio* robur perpetue obtineat firmitatis & ipſorum *manſi* & *curie cenſus* annuus notorius apud nos maneat, preſentes literas deſuper confectas & meo *ſigillo* roboratas *vobis* dedi pro munimine & cautela. DATVM & actum in NOVOPERE Anno domini M CCC. ſexto pridie nonas decembris.

Eius curia poſſeſſores Winſted, Freber.

Cenſus reſeruato CHORI *frumentor.*

Solidi *noui Islebienſes III. ſeu XVIII. denarii.*

Ab aduocatia *liber, excepto* plebiciro.

Datum *in Nouopere* 1306.

DIPLOMA CLXXIIX.

Litera ſuper vno manſo in HEDDERSLEVE CIↄ CCC VI.

DEI GRATIA *nobilium de* Hakeborn.

conſenſus manſi & curiae in Hedersleben.

donati Nouoperi a Bueris *ſuis vaſallis.*

Imo & dominii directi, ſeu proprietatis remiſſio in illis.

H*Onorabilibus viris* & *diſcretis* domioo Alexandro PREPOSITO, Bertrammo PRIORI Totique Conuentui Monaſterii NOVIOPERIS prope *Hallis* Albertus de *Hakeborne* ſenior Necnon Albertus de *Hakebornne* Junior *fratrueles*, DEI GRATIA NOBILES, paratam ad queuis ipſorum beneplacitam voluntatem. Significauit nobis ſtrenuus miles *Rodolffus* dictus BVER, ſenior, *fidelis* noſter dilectus quondam *filius* ſtrenui *militis* Iohannis but - - *manſuelt*, quod, ſub unanimi conſenſu omnius *heredum* ſuorum, vobis & eccleſie veſtre nouioperis predicti cum filio ſuo *Iohanne*, qui *religioni veſtre* in ipſo monaſterio veſtro ſe *reddidit*, *manſum unum* in campis ville HEDDERSLEVE ſitum, cuius dimidietatem quondam filii Hermanni de WINSTEDE pie memorie reſiduam vero dimidietatem quidam dictus FREBIR iure hereditario colunt & paſſident, nobis nomine cenſus ſeu penſionis annue de ipſo manſo duos *choros* frumenti annis ſingulis ſoluturi necnon *curiam vnam* in eadem villa *Heddersleue* ſitam, quam filii Hermanni de *Winſtede* inhabitant & poſſident annuatim nobis ſoluturum, tres ſolidos *denariorum nouorum Isleuenſis monete*, decem & octo videlicet *denarios* in feſto paſche & totidem in die Beati michaelis obtulerit & donauerit in remedium *anime* ſue a vobis & eccleſia veſtra in perpetuum poſſidendos. Supplicans nobis, vt ius *proprietatis noſtre*, quod in ipſis manſo & curia predictis habemus, diuine *retributionis* intuitu, eccleſie veſtre ſimiliter *donaremus* Nos itaque ſupplicationibus ſuis fauorabi-

rabiliter inclinati prediƈte *proprietatis* noſtre ius, quod in *manſo* & *curia* prefatis habemus ſinceriter & in domino vobis & eccleſie veſtre *offerimus* tenore preſentis & *donamus*, petentes nos effici *participes ſuffragiorum* & omnium *bonorum operum*, que de die in diem exercentur & exercebunt in meo *monaſterio* ſupradiƈto. proteſtantes etiam, ipſum *manſum* & *curiam* prediƈtos ab omni iure *aduocatie* & *precarie* iure, *plebiciti* dumtaxat exepto, eſſe & fuiſſe liberos ab antiquo. Huius autem donationis noſtre TESTES ſunt Iohannes *Bokerberg* diƈtus *leo*, Bruno Hinricus Albertus diƈti *Aduocati milites*, Bechemannus eiusdem Alberti filius, Albertus & Hinricus *aduocati*, Heneco de minori *Isleue famuli* & quam plures alii fidedigni. Vt autem preſens donatio noſtra robur perpetue obtineat *firmitatis* preſentes literas *ſigillis* noſtris communitas *ſcribi* & vobis dari fecimus pro munimine & cautela DATVM in caſtro *Helpede* Anno domini MCCC ſexto pridie idus ſeptembris.

In gratiam coenobii, ut bonorum operum illius particeps reddatur. Plebicito excepto libera.

TESTES.

Sigillum. Datum Helfftae. 1300.

DIPLOMA CLXXIX.

Infeudatio bonorum in BROYCZ vnde ſolui debent *ſex ſmale ſchogk* CIↃ CCC LXXVI.

WIr GERHART *probſt von der gnaden gots des gotshuſs zcum* NVENWERGKE *bie Halle* Bekennen vffinbar in diſſem keinwurtigen briffe vnnd thun kunth allen die on ſehen ader horen leſſenn Daſs wir gelegen habin den *Erbaren geſtrengen luten Iunchern* von *Delitz* de *gunters* ſon, was zcu *Knesdorff* geſeſſen daſs zcu *broitz* mit allen nutzen vnnd mit allen rechten

Donatio Nouioperis *den* geſtrengen leuten, Iunchern &. DELITZ *in* Knesdorff

fundum Broitz, *ſub cenſu* II. ſexagen. *ſmaler groſſor.* Sigillum MAIVS *coenobii.* *Datum* 1376.

ten zcu eyme rechten *erbin* Alſſo das ſe vns vnd vnſem *gotshuſe* dar von ſollen *gebin* alle Jar vff ſenth *michels* tag *zcvvey ſmale ſchog groſchen* na *helliſcher vvere*. Daſs duſſe vor beſchriebin rede und ſtügke ſtede und gantz gehalden werde, des habe wir vorgnante *probſt* zcu eynem bekentniſſe vnſer *grotze Ingeſigel* an diſſen briff gehangenn Der gegebin iſt nach gotis geburt *Tuſint* Jar *driehundert* Jar in dem *ſechs* vnnd *Sebinczigſtenn* Jare in dem nehiſten ſunabinde vor ſenth marien magdalenen tage.

DIPLOMA CLXXX.

Priuilegium ſuper altero dimidio manſo in Kothenn CIↃ CC XC.

BVRCHARDI *D. Gr. nobilis de Querforde, dicti* BVRGGRAVII *Magdeb. litterae.* *Verbum i.e.* chriſtum *aeternum eſſe.* *verba a.* hominum *perire*, *ob* lapſum *Adami.*

IN nomine ſancte & indiuidue *trinitatis* amen. BVRCHARDVS, *dei gratia vir nobilis*, *dictus* BVRGRAVIVS *de Magdeb.* omnibus in perpetuum. Sicut ex ore ſedentis in throno vox canit ewangelica: *Celum & terra tranſibunt*, *verbum autem meum non tranſibit.* verbum quippe quod in principio pater de celis conſtituit *incarnari*, manet in *eternum.* Nam idem erat in principio apud deum. Verba autem, que per *colliſionem aeris* formantur naturalibus inſtrumentis, non manent: ſed habent cauſam *deſiſionis* in ſe & vna cum rebus temporalibus tranſcunt tempore procedente ac penitus *euaneſcunt* propter *lapſum mortalium*, qui ob *preuaricationem prothoplaſti* admodum aque *fluentis* labuntur de die in diem, donec *queuis caro* in *originem priſtinam* redigatur. Hec autem, que *ſcripta* fuerunt ad noſtram doctrinam, ut ayt apoſtolus, manent, quia dum humana noſtris obtutibus offeruntur, licet in ante

quaſi

quaſi abolita memoria reniuiſcunt. Vniuerſitati ergo chriſtifidelium notum eſſe volumus preſentis temporis ac futuri: quod honorabilis in chriſto domini *Olrici* prepoſiti ecclefie NOVIOPERIS *apud Hallis* & *Conuentus* eiusdem deuotionem intuentes vt *vigiliarum*, *elemoſinarum*, *orationum* nec non omnium *bonorum operum* que die noctuque fiunt, ab eisdem *participium* aſſequi meremur, *manſum* & *dimidium* ſitos in villa *Kuttene*, quos Henningus filius Hinrici quondam ADVOCATI in *Gebichinſtein* a ſtrenuo *milite* Hermanno de WEDERDE dicto PEPER tenuit in *feodo* & reſignauit *eosdemque* idem *miles* a nobis tenuit in *feodo* ac etiam *reſignauit* cum omnibus prouentibus & *vſum fructum* iam dicte eccleſie NOVIOPERIS liberaliter contulimus pace quieta ac Iure *proprietatis* perpetue poſſidendos Ad confirmationem igitur noſtre donationis - - ac robur perpetuum preſentem *paginam* conſcriptam donamus eccleſie memorate *ſigilli* noſtri munimine roboratam. Huius rei TESTES ſunt Iohannes de *Gerbeſtede celerarius* eccleſie eiusdem; Iohannes dictus *friſo* de magdeb. *miles* & *vaſallus* noſter; Conradus Heidebrandi ac Conradus & Hildebrandus filii eiusdem magiſter Theodericus dictus *ſcriptor*; Conradus dictus *Sralowe*; Conradus *famulus* noſter & quam plures alii fidedigni. DATVM & actum Anno domini MCCLXXXX. XV. Kalendas Julii pontificatus domini NICOLAI pape XI. anno tertio *aurigante* currum eccleſie magdeb. domino ERICO Archiepiſcopo Anno indictionis III. *concurrente* IV.

Hinc opus litteris.
Donatio NOVOPERI *facta*, *ob bonorum operum* participium.
manſi & dimidii in Koeten.
Quem advocatus in Gibichinſtein a Werderdio, *hic a Burgrauio tenuit in* ſubfeudum & feudum.
Vtroque nexu remiſſo.
TESTES.
DATVM 1290.
1) *pontificis.*
2) aurigantis *Magdeburgicum aepiſcopatum.*
3) *indictionis concurrentis.*

DIPLO-

DIPLOMA CLXXXI.

Reſignatio alteri medii manſi in *Kutna.*

Refutatio feudi, Burgrauio facta ab H. de VVederden.

NObili viro domino quondam BVRGRAVIO in' Magdeb. H. de WEDERDE debitum & paratis in omnibus *famulatum.* Nobilitati veſtre cupimus notum eſſe, quod manſum & dimidium ſitum in villa *Kutna* & in campo *redhe,* quem de manu veſtro tenemus titulo pheodati vobis libere reſignamus. In cuius teſtimonium preſens ſcriptum noſtri *ſigilli* munimine roboratum vobis duximus transmittendum. *Datum Warmſtorph* die dominico proximo poſt octauam beatorum apoſtolorum Petri & Pauli.

DATVM VVarmsdorff.

DIPLOMA CLXXXII.

Priuilegium donati & uenditi contractuum ſuper II. manſos in KOTHEN prepoſiti *Frederici* de MONTE SERENO CIↃ CC XCIV.

FRIDERICI *D G. praepoſiti* MONTIS SERENI *teſtes litterae, quod frater eius de* GOERNE*, cum conſenſu* heredum *ſuorum, duos manſos in* Curne, *receptis XVI marcis donauerit* Nouoperi,

IN nomine domini amen. FREDERICVS *dei gratias prepoſitus monaſterii ſancti Peri* MONTIS SERENI omnibus in perpetuum. Que geruntur a *Iuris prudentibus*, ne quibus poſſint calumpniis attemptari, *literarum* ſolent teſtimonio perhennari. Nouerint igitur vniuerſi criſti fideles preſentis temporis & futuri, quod ROMILES frater noſter de GORNE, de conſenſu & beneplacito *adelheidis* vxoris ſue & omnium *filiorum* & *filiarum* necnon *heredum* ſuorum duos *manſos*, ſitos in pago ville CVRVE, ſoluentes annis ſingulis *duas marcas albi argenti* receptis *XVI. marcis albi argenti* a Gerhardo fratre noſtro & nicolao de CROTVCH canonicis regularibus monaſterii *Nouioperis* apud Hallis, de licentia prelati ſui contra-

ctis,

ctis, *donauit* cum omnibus ſuis pertinentiis & iure *proprietatis* ac *prouentuum prepoſito* & Conuentui dicte eccleſie *Monaſterii* NOVIOPERIS titulo *proprietatis* perpetuo poſſidendos. Renuntiantes expreſſe omnium *Iuri* & *dominio*, quod ſibi & ſuis *heredibus* in prefatis manſis conpetere videbatur. Vt autem hec donatio prelibata *fratris* noſtri R. perpetua maneat & illibata hanc paginam cum appenſione SIGILLI noſtri & militis fratris noſtri *aduocati* in *crozuch*, quia *proprio* caruit, dedit prepoſito & conuentui eccleſie ſupradicte. Noſque ad petitionem *prepoſiti* & *conuentus* preexpreſſi necnon RO. fratris noſtri ſepius memorati, in euidens *teſtimonium* premiſſorum *ſigillum* huic carte diximus apponendum TESTES huius *donationis* ſunt Sifridus prepoſitus ſancti *Mauritii* in Hallis; Iohannes *prior*; Burghardus *cuſtos*; Hermannus de *Hilden*; Fredericus *plebanus* parrochie ſancti Petri; Bartholomeus *cellerarius* Wernerus; *Camerarius* ſacerdotes & eccleſie noſtre *confratres* Erhardus *plebanus* in *crozigk*; Iohannes *plebanus* in *Wedderde*; Alexander *plebanus* in *Witzk*: laici vero ſunt hij Hermannus de *Lobechun*, Hermannus *Riber*, Euerhardus Rodolffus & Karl fratres Johannes *Riber Caſplan* MILITES CASTELLANI in *crozigk*. Et quam plures alii fidedigni ACTA ſunt hec in MONTE SERENO Anno domini M CCXCIV. pridie nouis maij.

iure proprietatis.

SIGILLVM.

TESTES. 1) *clerici*. 2) *laici*, milites caſtellani *in* Groſeck.

DIPLOMA CLXXXIII.

Litera de vno *manſo* in *rod* CIↃ CC XXVIII.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis* POPO *dei gratia* NOVIOPERIS *in Hallo prepoſitus*. Notum ſit omnibus criſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod nos eccleſie noſtre *manſum* qui

POPONIS *D. G. praepoſiti* NOVIOPERIS *elocatio ad dies*

nitae manſi *in* Lauterberg *prope* Torn. u *ſub cenſu annuo VI.* ſolidor. *&* equi *ſeruitio*

qui dudum nobis extitit *inutilis*, communi fratrum noſtrorum conſenſu & conſilio cuidam *martino* de SEBENE & ſuis *heredibus* ſtabili *cenſu* collocauimus. Eſt autem idem manſus in loco qui *Luttenborg* quondam, nunc autem dicitur *rod*, ſitus prope villam que FVRNOWE vocatur. De eodem manſo predictus *martinus* & ſui heredes debent annuatim ſoluere *ſex ſolidos* eccleſie noſtre in vigilia natiuitatis beate marie. Inſuper in EQVO *ſuo* ſubuenire debebit, quo uel quando nobis complacuerit. Quo pacto eundem manſum tam huic martino, quam ſuis heredibus diebus omnibus *vite* ſue quiete concedimus poſſidendum. Premittimus itaque vt, ſi idem *martinus* vel ſui heredes prefatum manſum proprio

Cum emphyteutica *libertate* meliorandi.

labore ſiue *ingenio vtiliore* ſibi facere poſſint, faciant. Et ut hec noſtra conuentio ſtabilis & firma permaneat, nec ab aliquo ſucceſſore noſtro mutetur, preſentem paginam *teſtimonio* SIGILLI noſtri & eccleſie noſtre communitam ſub

SIGILLVM.

execrationis vinculo auctoritate noſtra firmamus. Huius rei TESTES ſunt Conradus *prior*, Alexander *cellerarius*, Euerhardus *cuſtos*, Heidenrichus Wichmannus Alexander *parrochiani* Hallenſes, Godeſchalcus magiſter *hoſpitalis* & alii confratres noſtri: Iohannes BVRGRAVIVS de GEBICHINSTEYN, Ludolffus *pincerna* & Bartholomeus *frater* ſuus, Bertoldus *pincerna* Erefridus de *Gebichinſteyn*, Wernerus & Iacobus filius ſuus, Thidericus *ſpil* MILITES de SEBENE & alii quam plures ACTA ſunt hec Anno ab incarnatione domini M CC XXVIII. Indictione

TESTES. 1) *clerici.* 2) *Burgrauius de* Gibichinſtein. 3) *milites de* Seben.

ACTVM *1228.*

DIPLOMA CLXXXIV.

Litera ſuper duobus *manſis* in ROD, que quon-

quondam vocabatur LVTHERBERG an. CIↃ CC XLIII.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis* POPO *dei gratia* NOVIOPERIS *in Hallis prepoſitus* Notum ſit omnibus criſtifidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod nos eccleſie noſtre bona quedam,, que dudum nobis extiterunt *inutilia*, communi fratrum noſtrorum *conſenſu* cuidam *marquardo* FREVISTE Hallenſi & ſuis *heredibus* ſtabili *cenſu* collocauimus. Sunt autem bona duorum *manſorum* in loco qui *Luttenburg* vocatur. De quolibet horum manſorum predictus marquardus & ſui heredes debent *aanuatim* ſoluere VI. ſolidos eccleſie noſtre in vigilia natiuitatis beate marie virginis. Inſuper in EQVO ſuo *ſernire* debebit, quo vel quando nobis placuerit. Quo pacto hec eadem bona tam huic Marquardo, quam ſuis *heredibus*, diebus omnibus *vite ſue*, quiete concedimus poſſidenda. Promittimus itaque ut ſi idem *marquardus* vel ſui heredes prefata bona *proprio* labore ſiue aliquo ingenio *vtiliora* ſibi facere poſſint, faciant. Et ut noſtra conuentio ſtabilis & firma permaneat nec ab aliquo ſucceſſore noſtro mutetur, preſentem paginam teſtimonio ſigilli noſtri & eccleſie noſtre communitam ſub *execrationis* vinculo auctoritate noſtra firmamus. Huius rei TESTES ſunt Hinricus prior Alexander *Cellerarius*, Godeſchalcus *Bano*, Alexander & Martinus *parrochiani*, Hezelo & Hezelo Fredericus *cuſtos*, Bruno *hoſpitalarius*: laici vero Iohannes *ſchultetus*, Iohannes de *viridario* & fratres ſui *Radtmarus* & Ludolffus Bertramus diues Burchardus *Hagedorn*, Conradus *Rogeſt*, Hinricus de *Quedelinburg*, Fredericus tidericus *Kotze* & alii quam plures ACTA ſunt hec anno ab

POPONIS D. G *praepoſiti* Nouioperis *emphyteuticatio manſorum in* monte Petrino, Lauterberg *ſub* cenſu,

cum libertate, uertendi in meliorem ſtatum.

Formula execrationis.

Teſtes. 1) *clerici.* 2) *laici.*

ACTA 1243

ab incarnatione domini M CC XLIII. Indictione prima PRELATVRE NOSTRE anno XXXII.

DIPLOMA CLXXXV.

Litera de bonis in *Wreſſe* ad ALTARE ſancti SILVESTRI, data per prepoſitum & capitulum ſub MONTE SERENO 1391.

KROSEKIORVM *qui* domini & *equites dicti uenditio an. 1391.*

WIr *herr* HERMANN RITTER *vnnd* ESSWEN *mynBruder* vnnd vnnſe erbin gnant von KROSYCK Bekennen vffenbar in dieſſen briue allen die an ſehen ader horen leſſen: dals wir, myt gutem willen vnnd wolbedachtem mute, verkaufft habin dem *Erwürdigen Herrn Ern Bucharde probſte* ſinem capitel vnnd oren nachkolingen deſs gotteshuſes zcum *Nuenwergke* vor Halle al vnnſe *eygene* gutere *Huſen* vnnd *Hofe*, de wir habin in dem velde vnd dorffe zcu *Wrißtz*, daſs dat lith an ſenth *Peterſsberge* mit allen tzinſen dinſten lehen vnnd zcubehorunge vm zwelff ſchock *groſſchen frieberger* müntze, die ſie vnſs mit *gereytem golde* haben wol betzalt und in vnſen *nutz* vnnd fromen ſint gekomen. Derſelbin guter hat Hanſs *Burßgent* eyne *Hube* vnd eynen *Hoff* zcu erbe, da her von gibet *drittehalben Brandenburgiſchen wirding* vnnd zwey *Huner* zcu zcinſe Ein onerlank daſs hat inne vonn *Wrißtz* da her von gibet eynen *ſchilling kothinſcher phennige* vnnd zwey *Hüner* zcu *zcinße* diſſe *tzinße* ſullen ſie betzalin alle Jar vff *michaelis* tag alſso als vnſe eldern vnnd wir daſs mit rechte habin beſeſſen, vnnd wollen der gutere ore *gewerch* ſin wur vnnd wanne on des not iſs ader wan ſie daſs von vnſs *Heiſchen* vnnd *ſetztzen* den *eyntl. herinn* in den *eygenthum* der guter mit gantzer *vulbelich* wore vnnd wiſſen de lute an ſie vnd

Nouoperi curiae & agrorum Wicske *in uicinia* montis ſereni. *pro XII. ſexagenis groſſ.*

uirdungi Brandeb.

Scillingii Coethenſes

cum praeſtatione euictionis.

vnd vertzien vnſs der guter vnnd der lute mit allem rechte Vorbaſs ſo thun wir ſunderlichin vortzicht der Hubin vnd *Houe* de *peter* kege Junge *Schultze* Claus *cluke* Junge cunrad vnd Hune geſeſſin in denſelben dorffe von vnſs habin gehat zcu *lebene*. Alle diſſe vorgeſchriebin *artickel* vnd *rede* lobe wir egnante Her *Herman* vnd *Eſswm* vnd alle vnſe rechten erbin dem vorgnanten *probſte* dem capittel vnd oren nachkomenlingen gentzlichin vnd ſtete zcu Haldene an argeliſt vnd haben, dêſs zcu *orkunde* vnd *zügniſſe*, vnſer beyder *ingeſigel* an diſſen Briff mit wiſſenſchafft gehenget Der *gegeben* iſt nach criſti geburt *drettzen hundert* Jar in dem *Ein* vnd *neünetzigſten* Jare an dem tage *panthaleonis* des heiligen Mertirers. DATVM 1391.

ADNOTATIVNCVLA.

Habes igitur NOVIOPERIS, coenobii celebris & diuitis, diplomatarium inſtructum pulcherrimo uarii generis chartarum adparatu. Superſunt alia adhuc: ſed aeui recentioris & in ſermone uulgari ſcripta. Quae addere, noluimus. Ne unum argumentum occuparet tomum uniuerſum. Filum igitur hic abrumpimus.

LIBER II. CHARTVLARII MISCELLI.

NVM. I. ELOGIVM HVGOLINO PARMENSI, PRINCIPI SVI AEVI ICTO, SCRIPTVM A DOCTORE ITALO CIↃ CCCC XXXVII.

An. 1437. Graue, loqui litteratis. QUantam ſepius animo iucunditatem doctiſſimis & eloquentiſſimis uiris *locus* iſte & inſignis & ſanctiſſimus iniecerit: plerique illuſtres, ad dicendum ducti, tam in ſe ipſis, quam in aliis facile conſpexerunt, quando pro Veſtra nimirum, reuerendiſſimi *patres*, *auctoritate* commoti, deuictis pene animis, pallidos uultus in cineres mutant. Aguntur enim *ueſtro* iudicio territi, preſtantiſſimi patres, cum eos ſolum quisque laudet, quos ueſtri iudicii prudentia laudatiſſimos iudicarit. *Praeſertim de litteratis, aut uiris inſignium meritorum.* Accedit etiam, ut, qui, *illuſtrium* uirorum laudes recenſituri, ueniunt, haud aliter magnis ſe dignos laudibus putent: niſi, cum pro rerum dignitate, quas acturi ſunt, laudationis munus accurare pergunt; quaeque contra ſepius, ac uolunt, efficere uideantur. Nam cum ipſi rem ſuis longe uiribus imparem aggreſſi ſunt, pro uirium facultate; non pro rei magnitudine, orationem metiuntur, remque tantam uideri faciunt, quantum uerbis efferunt; cum res certe ſit maior, quam dicere queant. Quo fit, ut, qui ſupra uires ſuas quicquid ſunt adorti: niſi audientium benignitate foueantur, perterriti palleant: & in-

& inter dicendum uicti fatale cadant: nec certe mirum. Nam quis, deum immortalem! quis tam diſertus aut eloquens eſt, rerumque omnium peritus, qui, niſi veſtram illam, nulli unquam officioſo denegatam, humanitatem pactus & in audiendo attentionem, hoc in loco, ſub tanta florenisſimorum uirorum frequentia, auderet tutus perorare? Quod ne quis forte admiretur, *me* id officii genus ſuſcepiſſe: quod non modo mediocribus, uerum etiam omnium litterarum locupletisſimis uix tuto concedi ſoleat. Hac maxime die, que laudes HVGOLINI noſtri habitura ſit & apud *ſereniſſimos* omnium bonarum rerum iudices, in ſummam illam & incredibilem manſuetudinem ueſtram, patres colendisſimi, omnia potius referat: & in perpetuam, qua uterque uincti ſumus, beneuolentiam. *Ego* etiam uobis cum fateor, precipuum eſſe, quicquid in ipſo laudandum eſt: urbs *regia*. Egregium *Piſanorum* genus, res ueterum ſuorum geſte, ſue neque inferiores: humanitatis ſtudia, *liberales* diſciplinae, *iuris conſultorum* leges & *decreta* pontificum, & ſic fateor, ut certe neſciam, quando nobis contigerit, uirum pluribus atque maioribus rebus cumulatum efferre: neque iamdudum ulli delegatam prouinciam, in qua copioſior uerſari poſſet oratio. *Veſtra* igitur *humanitate* fretus, optimi patres! ad inſtituta ſuarum laudum ornamenta protinus accedam: deinde *utriusque iuris moralisque philoſophie* excellentiam & dignitatem paucis abſoluam: que nullo, etiam magno, oratore niſi diminute pro iure ſuo poſſent laudari. Sed quaeque pro *modeſto* uiro dicens ita modeſtie & ueritati conſuluiſſe uolui, ut pro laudatiſſimis in ipſo rebus uitam preclari faſtigii triumpho, nullis

Niſi humani auditores

Venia ab orature rogatur.

Dies HVGOLINI *laudandi.*

Piſanorum laus,

a cultu ſtudiorum iuris.

Repetitio ueniae rogatae.

PARTITIO.

VGOLINI *gloria non inanis.*

lis niſi ueris laudibus ſuam ſit VGOLINVS noſter gloriam conſecutus. Annos cum ephebis agens, quos etas illa ad *prima litterarum* erudimenta informare ſolet, preceptori traditus, *Parme*, in qua *natus* eſt, urbe quidem opum & armis copioſa, liberaliſſimisque ſtudiis affluenti, grammatice operam dedit. Enimuero indies *adoleſcens* ad litterarius diſciplinas ſui natura exhortatus eſt uehementer. Nam intelligens ipſe, quantum ſibi ad gloriam calcar ueterum uirtus exiſteret: qui bene geſtis rebus floruerunt, tanta eſt glorie cupiditate ſuccenſus, ut omnibus, quibuscum proficeret, adoleſcens ingenii excellentia, magna etiam cum laude celeriter antecelluerit. Sunt profecto nobis ad decus maxima incitamina; *veterum virtus* ac geſtorum amplitudo; nullaque nobis, ut aiunt, a parentibus hereditas derelicta preſtantior: nulla ſublimior; cui quisque degener fieri putat, eterne pene ſuppliciis adiudicandus eſt. Sed ne properans, quas audituri uenimus, laudes ſuas in occultum patiar. Quid dicam, in qua natus eſt, PARMAM, ciuitatem ſitu optime poſitam, templis mirabilem, menibus magnificam, uiris bellicoſis & literatisſimis abundantem? Quicquid enim ſiue pro conſeruandis hominibus & inſtituendis, eiiciendis hoſtibus, mercibus apportandis, regie ciuitati conducere uidetur, pace, bello, montibus, planitie, uadis magna ſibi cum opportunitate deſeruit. Quid eius praclarum genus, vetuſtam *Piſanorum* familiam egregiis ſemper familiis neceſſitudine iunctam ac antiquisſimis opibus honeſtiſſime copioſam? Accedit quiddam eius familie facinus non obſcuram, magnificum quidem & in modum liberale, liberis ac magnanimis dignum. Cum enim fama eſſet, FREDE-

Pueritia Vgolini nati Parmae.

De patria Parma.

Deſcriptio Parmae.

Familia PISANA.

FREDERICVM *ſecundum* imperatorem Romam profecturum; haud prius *parmam* uenit *rex*, quam *Piſanorum* domus, ſplendidiſſimo cum apparatu ſuſceptum *imperatorem* ac eos, qui *una* erant, in propriis edibus auro & argento copioſe donaret. Cuius rei plurimorum in me uultus teſtimonio ſunt. Quid preſtantes eius familie uiros dicam, uiros inquam *equeſtris ordinis* graues, prudentisſimos patricios, conſulares *iureconſultos optimos*, omnique ſtudiorum genere illuſtres. Quos certe laudare deſino, cum difficile ac prolixum eſſet enumerare. Eſt porro, patres conſcripti, operepretium GERARDI *genitoris* ſui, uiri quidem inprimis preſtantisſimi, ſingulares laudes recenſere, divinasque eius uirtutes, que quotiens *Vgolino* ab amicis tanquam ad imitandam patrie laudis ac glorie dignitatem ad memoriam ducte ſunt, totiens ſtimulus animum ſuccendere. Erat enim in *Gerardo litterarum* omnium eruditio, cum maximis viris divina quadam ſapientia certare. Erat *probitas*, ſanctimonia morum, ſumma *prudentia*: animi *fortitudo*, *modeſtia*, *equitas*, *muſicorum* ſuauitas ac omnis ciuilitatis *politia*, quibus facile urbis ſue ciues anteibat, que libens pretereo, ut tandem *nati*, cuius gloriam fungens aſtra ſpectat, uidear proprio muneri conſuluiſſe. Is enim cum prima litterarum monimenta guſtaſſet, diuino *poetarum* pellectus ſpiritu, maxima vi dicendi liberalibus ſtudiis, clariſſimis *hiſtoriarum* exemplis ad *poetas*, *rhetores*, *philoſophos*, *hiſtoricos* quaſi diuertit. Quotquot legit uiros, proficiens inde ſpoliis ceſſit ornatus, munusque litterarium ſua editione luſtrauit. Recte quidem cum ſummis uiris putant agendum & *ſtudiorum nihil intentatum* ſinere, in quo noſtri ueteres & doctis-

Piſani *in domo exci*piunt *imperatorem*.

Fridericum II. Parmae.

PATER *Vgolini* Gerardus.

Adoleſcentiae *ſtudia*, *hiſtoria poeſis*, *philoſophia*.

Litterarum contemtores ICti. doctiſſimi & ſapientiſſimi eruditi fuiſſent. Sed pugnant plerique & pacto quo neſcio contra. Exiſtimantque *litterarum* hanc elegantem liberamque animaduerſionem, quam nunquam deguſtarunt, paruiducendam eſſe. Nihilque dicunt hic ingenuitatis *oratores*, *hiſtorici* ac *poetae*, quos memoraui. Miranturque, cur officii tantum in hiſce rebus efferam. Qui profecto non facerent, ſi maximos harum rerum fructus, noſtre vite dulciſſimos, ulla ex parte libaſſent. Agunt illis ſimiliter, qui falſo iudicant, que vel non ſenſerunt vel earum contrarias rationes didicere. Enimuero fateor imprimis apud omnes, quibus he diſcipline fuere cariores, me ſtudiis his deditum. Eosque pudeat maxime, qui humanitatis hanc ſaluberrimam partem contempſere ſic, ut nec ſibi iucunditati, nec ceteris fructui, nec *Aliter Hugolinus.* inter eos verſari poſſent, qui iſta didicerunt. Hec igitur eorum ſit gloria, ſit iſta voluptas, qui ſuam cum *Hugolino* noſtro adoleſcentiam vixerunt: *Qui uoluptatibus praetulerit litteras adoleſcens.* ſi quantum ceteri *aucupiis* & *uenationibus*, quantum *menſe* & *conuiuiis*; quantum *apricis* & *uirentibus* agris; quantumque ad alias voluptates concedere ſolent: ad hec animum ſtudia & paleſtre gimnaſiis corpus affecerunt. Atque ideo egregieque concedenda eſt, quod doctiſſimis cum viris eſt actum; tum vero quod leuia quedam, qui iſta reputant, ſuisque mordent *maledictis*, neſcio quo pacto ab his *mutuantur* ſepius, qui iſta didicerunt, maximisque officiis celebratas eorum laudes putant, quando *eloquentes* viri ſuum quicquid extulere, horumque gratiam maximam dicunt. Que profecto, etiamſi tot virorum excellentium preceptis ſcripta & exemplis confirmata non eſſent, potuiſſet grauiter minus eos ab horum

horum eruditione aut *pluma* retardare, aut amouere otium, aut *voluptas* retractare. Sed magna *ſuperque magna* his rebus ineſt auctoritas, cum arte, preceptis, preclariſſimisque preceptoribus conſtent: cum humane vite huic, qua diſcipline ſunt humanitatis dicte, conducunt plurimum: tum quando, quicquid in eis eſt ſcriptum, totum tendit ad laudem virtutis & honeſtatem. Oportet etiam obſeruari, ne, ſi audierint eos, qui rebus his floruerunt, cum in medium eos proferam *obtrectatores* earum, inuidia perfundantur & dolore. *Poetas* quidem diuinos appellatos, quod deorum quodam numine fuerint excitati, nemo eſt, qui neſciat, palamque eſt omnibus, qui eos didicerunt, horum acta ad virtutem tendere & eniti. *Oratores* vero nullos appellamus niſi viros bonos omniumque rerum peritos. Magiſtri *hiſtoriarum* quantum preſentibus & poſteris auxilio ſint ad bene beateque viuendum, quantumque uita functos illuſtrent, hi facile, qui ſuos legere libros, intelligunt. Sunt enim nobis ante oculos poſita preclara ueterum facinora, que in tenebris obſcurata iacerent, niſi litterarium hoc munus ſibi lumen accederet. Quot etiam uiros, iam *milibus annis* marmore preſſos, hiſtorici ac poete ſcriptores illuſtrant? Viros fortiſſimos, optimos, quorum exemplis vitam componimus ac mentem? Quod niſi delatum mihi munus alio me traheret, contenderet in medium diuinus ille poetarum princeps VIRGILIVS, Mantuanus, ageretque rerum ſuarum teſtimonio; non minus *Eneas*, *Priameumque* genus omne, quorum quanta ſit laus, dignitas & gloria, *Eneidos* illud ſanctiſſimum munus apertiſſime demonſtrat. Sinam *Grecos*; diuinumque *Ciceronem* adducam

Pro poetis.

Oratoribus.

Hiſtoricis.

Virgilius.

Cicero diuinus. inter dicendi principes primarium, cui eloquentie munus datum eſt & tueri & ſuum facere; diuus item ille *Liuius Patauinus*, omnis latine hiſtorie, quaſi ſidus quiddam, conduceret in medium, agerentque eodem campo fortiſſimorum virorum & regum illuſtris turba quos quisque litterarum munere eternis monumentis donauit. *Liuius.* *Petrarcha.* *Petrarca* tandem quoque, omni fere in genere laudis excellens, haud *materne orationis* copia inferior, ſe neque paruo iudice tueretur. Qui profecto nunquam ſocios fidicines laxatis fidibus abhorruiſſe viderentur. Libet preterire *grecos romanos*que noſtros *patricios*, *duces* & *imperatores* *Pro hiſtoriae dignitate.* clariſſimos tam eloquentie, quam hiſtoriarum doctiſſimos, quorum vt in pace fidem, pietatem, conſilium, modeſtiam, integritatem publicis priuatisque rebus ſtudium & auctoritatem omittam, tantum in bello res ſuas omnes eloquentia ac hiſtoriarum viribus palam eſt exercuiſſe. Vt eorum virtus animi nullo alio adiumento, quam maiorum exemplis, quos imitati ſunt bellum regendo mari, terra, tot unquam victorias & triumphos romano nomini tam ſtrenue & tanta cum laude duxerit. Valuit enim tantum *hiſtoria bellis* pacatisque rebus, ut pleresque viros ad preclaras & fortiter geſtas maiorum ſuorum res gerendas ſimiliter & imitandas adhortaretur, concitaretque generoſos animos ad equandas maiorum laudes & trophea, hisque ſimiles eſſe. Qua in re quisquis fortiter perſuaſus, quantum ſue *reipublice* utilitatis & ornamenti; ſibi vero quantum nominis & glorie conſecutus eſt, omnes ſcimus. *Hugolini litterae delectant & proſunt.* Agite igitur, agite, quas illuſtres & elegantiſſimi viri cum *Hugolino* noſtro conſueuere diſciplinas parui facite, mordete, ſpernite queſo, nam

nam ſi maximis in his rebus quantus eſt ſplendor & decus. Non eſſet tantusque fructus tanta voluptas, hi nunquam ſe ad ſtudia ea contuliſſent. Et ſi nihil eſſet virtutis in eis utilitatisque ut aiunt nonnulli, ſed iucunditas ſola, nunquam certe vel greci vel latini homines in ſcribendis legendisque ſuis aut noſtris tantum ſtudii, cure, diligentie, appoſuiſſent. Quodſi etiam ſola ab hiſce rebus *voluptas* peteretur, haud certe ab liberis animis iudicarentur aliene. Maximum igitur quiddam in ipſis humaniſſimis & liberaliſſimis ſtudiis eſſe neceſſe eſt. Quam ob rem quicquid HVGOLINO noſtro laudis accedit, qui *Pegaſeidas* muſas coluit, qui *dicendi* munus conſecutus eſt, qui *hiſtorias* didicit, qui *fides*, *tibias*, *cantus*, *organa* omni *muſica* editione conſueuit, haud poteſt niſi præſtans eſſe. *Ariſtotelis* enim, illius philoſophorum principis, peripatetici politicos ſermones accurate didicerat. Suorum namque *politicorum* octauo, aperte ſatis monſtrat; qui politicis rebus præſtare putet, eum *muſicis* erudire oportere, quo publicis negotiis incumbens facilius meliusue, que oporteat, ad bene viuendum nouerit facultatem. Opere quidem ſibi pretium fuerat, diuini *Socratis* ſententiam ac mores imitari, qui *ſeptuageſimum* iam etatis ſue annum ducens preceptori ad *lyram* digitos erudiendos tradidit. Eius ſe diſcipline expertem non eſt paſſus, quam & ſenex & philoſophus edoceri voluiſſet. Nam ſi cunctis in rebus *proportionis* quedam ſeries exiſtit, qua celeſti harmonia ſiderum orbes celique mouentur, ſi contraria ſibi elementa inuicem durant, noſtrisque animi immortales caducis corporibus muſica & proportionali quadam arte uniuntur. Quid

Ariſtotelicus.

Pro muſica

Socratis lyra.

Cicero diuinus. inter dicendi principes primarium, cui eloquentie munus datum eſt & tueri & ſuum facere; diuus item ille *Liuius Patauinus*, omnis latine hiſtorie, quaſi ſidus quiddam, conduceret in medium, agerentque eodem campo fortiſſimorum virorum & regum illuſtris turba quos quiſque litterarum munere eternis monumentis donauit. *Liuius.*

Petrarcha. *Petrarca* tandem quoque, omni fere in genere laudis excellens, haud *materne orationis* copia inferior, ſe neque paruo iudice tueretur. Qui profecto nunquam ſocios fidicines laxatis fidibus abhorruiſſe viderentur. Libet preterire *grecos romanos*que noſtros *patricios, duces* & *imperatores* clariſſimos tam eloquentie, quam hiſtoriarum doctiſſimos, quorum vt in pace fidem, pietatem, conſilium, modeſtiam, integritatem publicis priuatiſque rebus ſtudium & auctoritatem omittam, tantum in bello res ſuas omnes eloquentia ac hiſtoriarum viribus palam eſt exercuiſſe. Vt eorum virtus animi nullo alio adiumento, quam maiorum exemplis, quos imitati ſunt bellum regendo mari, terra, tot unquam victorias & triumphos romano nomini tam ſtrenue & tanta cum laude duxerit. Valuit enim tantum *hiſtoria bellis* pacatiſque rebus, ut pleroſque viros ad preclaras & fortiter geſtas maiorum ſuorum res gerendas ſimiliter & imitandas adhortaretur, concitaretque generoſos animos ad equandas maiorum laudes & trophea, hiſque ſimiles eſſe. Qua in re quiſquis fortiter perſuaſus, quantum ſue *reipublice* utilitatis & ornamenti; ſibi vero quantum nominis & glorie conſecutus eſt, omnes ſcimus. Agite igitur, agite, quas illuſtres & elegantiſſimi viri cum *Hugolino* noſtro conſuecuere diſciplinas parui facite, mordete, ſpernite queſo, nam *Pro hiſtorias dignitate.* *Hugolini litterae delectant & proſunt.*

nam ſi maximis in his rebus quantus eſt ſplendor & decus. Non eſſet tantusque fructus tanta voluptas, hi nunquam ſe ad ſtudia ea contuliſſent. Et ſi nihil eſſet virtutis in eis utilitatisque ut aiunt nonnulli, ſed iucunditas ſola, nunquam certe vel greci vel latini homines in ſcribendis legendisque ſuis aut noſtris tantum ſtudii, cure, diligentie, appoſuiſſent. Quodſi etiam ſola ab hiſce rebus *voluptas* peteretur, haud certe ab liberis animis iudicarentur aliene. Maximum igitur quiddam in ipſis humaniſſimis & liberaliſſimis ſtudiis eſſe neceſſe eſt. Quam ob rem quicquid HVGOLINO noſtro laudis accedit, qui *Pegaſeidas* muſas coluit, qui *dicendi* munus conſecutus eſt, qui *hiſtorias* didicit, qui *fides*, *tibias*, *cantus*, *organa* omni *muſica* editione conſueuit, haud poteſt niſi præſtans eſſe. *Ariſtotelis* enim, illius philoſophorum principis, peripatetici politicos ſermones accurate didicerat. Suorum namque *politicorum* octauo, aperte ſatis monſtrat; qui politicis rebus præſtare putet, eum *muſicis* erudire oportere, quo publicis negotiis incumbens facilius meliusue, que oporteat, ad bene viuendum nouerit facultatem. Opere quidem ſibi pretium fuerat, diuini *Socratis* ſententiam ac mores imitari, qui *ſeptuageſimum* iam etatis ſue annum ducens preceptori ad *lyram* digitos erudiendos tradidit. Eius ſe diſcipline expertem non eſt paſſus, quam & ſenex & philoſophus edoceri voluiſſet. Nam ſi cunctis in rebus *proportionis* quedam ſeries exiſtit, qua celeſti harmonia ſiderum orbes celique mouentur, ſi contraria ſibi elementa inuicem durant, noſtrisque animi immortales caducis corporibus muſica & proportionali quadam arte uniuntur. Quid mi-

Ariſtotelicus.

Pro muſica

Socratis lyra.

mirum, ſi politicis negotiis quotidie acti ad regendos hominum actus hac diſciplina iuuamur? Non enim modo feſſos animos recreamus, ſed diſtribuendi quadam ratione ſingula ſingulis eque ac iuſte uiam modumque edocemur. Quodſi ueteres noſtri vera locuti ſunt, tantam vim *muſicis* datam eſſe conſtat, ut eorum cantu *flumina* ſteterint & ſono. *Infernus* iudices penas deſtiterit & *feras* fecerint manſuetiſſimas. Quis igitur etiam ſi nullus noſtrum harum rerum aliquid unquam deguſtaſſet, quis eſt inhumani ac agreſtis animi tantum, qui ſi clariſſimos & eruditiſſimos hoſce viros audiat, deſinat mirari? Cupiatque niſi maxime ſibi ſimilem eſſe, cum eos omnium florentiſſimorum virorum ad ſe laudes conciliaſſe viderit optimorumque iudicium. Quotiens vidi ampliſſimi patres cum tam diligenter attenditis: quotiens hunc vidi cum *Iureconſultorum codices* recreande mentis cauſa ſecus poſuiſſet, verſus quamplures & optimos de his legibus compoſuiſſe. Quotiens fatigatos eum ſpiritus ſuauiſſimis *tibie* vocibus ſuſcitaſſe memini, & raptos audientium animos effeciſſe? Cum tenſis *fidibus liram* aut *citharam* commouiſſe. Non enim poſſent tantos animi noſtri ſtudiorum *labores* ferre, rerumque tantam varietatem, ſi non eſſent aliquando ullo *iucunditatis* genere recreati. Quotiens vidi, cum inter *confabulandum* ſermones de *comicis facetiis* ac moralibus diſciplinis incidiſſet, ea ſic ex tempore tractare, ut audiens quisque magni & *florentis ingenii* uirum ac eruditiſſimi exiſtimaret. Que uero cogitate; magnopere laudari & a maioribus non abhorrere. *Comedias* edidit ornatas, dulces, & iucundiſſimas. *Orationes* verbis ſplendidiſſimis ſplendidas & ſen-

Vgolinus muſicus.

Condimenta laborum

Vgolinus *facetus.*

Comicus,

Orator,

& ſententiis graues. *Verſus* plurimos decantauit, *elogos* & *heroicos*, ſuauiſſimos & elegantiſſimos. *Cantilenas* item plurimas magna cum arte muſicorum edidit adoleſcens, morales & libero animo dignas, *Petrarcham* illum redolentes, quas equidem opere pretium eſt, audire & legere. Nec uno, licet inſigni! litterarum genere contentus fuit; ſed uegetus ac animi magnitudine flagrans poſt *arithmetice* diſciplinam & muſicorum erudimenta, quicquid *gladiatores enſe*, *telo*, *clypeis*, pugione poſſunt, romani viri inſtar, quicquid *Olympus* paleſtre gymnaſiis eruditus euaſit. Erat dies & noctes ſtimulis *glorie* maiorum concitus, quorum res geſte ſuperande potius erant, quam equande. Erant *priſcorum* imagines ante oculos poſite, ſcriptoribus eterne memorie commendantes, quibus adeo ſuccenſus erat, ut ſtudia ſepius relegans ad diuerſas *mundi nationes*, ubi bello, litteris omnique virtute a priſcis & modernis triumphatum eſt & triumphatur accederet. *Italiam* igitur imprimis *imperatorum* iudiciis decretisque *pontificum*, *theologorum* diſciplinis, omniumque ſtudiis abundantem & ſtudendi & viſendi gratia totam fere circuiuit. *Leges* ibidem didicit & *decreta*, moralesque diſciplinas ceterasque liberales doctrinas, & ſic didicit, ut quocunque ad *ſuggeſtas* ſtudiorum urbes proficiſcitur, ita eius celebratur aduentus, ut famam ingenii, quam habet maximam, ipſiusque expectationem præſentia ſuperaret. Quo fit, ut omnes, qui de ingeniis *illuſtribus* aliquid iudicare poſſunt, pro ingenii excellentia ſuisque ingenuis moribus *Hugolinum* noſtrum maxima ſibi *familiaritate* deuinciant. Tantam enim in ſe comis ac urbanus habet *facilitatem* & *modeſtiam*, ut

Poeta,

Muſicus.

ARITHMETICES *ſtudioſus*.

Gymnaſiaſta

PEREGRINATOR

ITALIAE *feracis omnis diſciplinae*.

Legum *ac* canonum.

Hugolini fama apud doctos, & *amor*.

ut nemo ſit, qui ſuis pro honeſtiſſimis facetiis, magnam animi non ſuſcipiat voluptatem. Quid eius *prudentiam* dicam, ſingularem *fortitudinem*, *equitatem*, *temperantiam* ac mentis *acumen:* vigent nature omnes in eo vires *induſtria*, *fides*, *conſilium*, *ſolertia*, *conſtantia*, *probitas*, & animus ſemper ad alta, quo dudum inflammatus deſiderio, ſtudia ſepius intermiſit, ne quas *orbis regiones* & inſulas legiſſet, aliquando etiam pro ſui admiratione cognoſceret. Primam igitur illam ſapientiſſimorum hominum parentem *greciam* nauigauit. Ibi *philoſophorum*, *latorum* legis, *vatum*, *oratorum*, regum, procerum, imperatorum ſcriptas & marmoratas leges ac monumentorum gloriam vidit & veneratus eſt. Sed video nonnullos vehementius admirari, ſuoſque in me conuertere uultus, ac non oportuerit ad HVGOLINI laudes iſta referre: quod ne facere perſeuerent; attendite queſo, patres optimi, & ſummam *Hugolini* diligentiam humanam liberoque animo quolibet dignam, ueſtro potius iudicio exiſtimate. Quis enim dubitare poteſt, eum qui *Ariſtotele* ſcriptas *politias* didiciſſet: qui *ciuilem* hominem ſe profitebatur; qui omnibus de rebus, quas a preceptoribus audiuiſſet, *rationem diſputatam* redditurus erat; non debuiſſe regna, prouincias, regiones, ciuitates, hominum mores, ſtudio peregrinandi rebus cognoſcere & exemplis. Datos enim nobis ad hoc ſenſus & diſcipline capiende cauſa, *philoſophi* dicunt, nec aliam ob rem ſcripſiſſe quicquid, niſi ut *ueterum laudatas* geſtorum imagines, quorum ſimiles eſſe debemus, imitaremur, turpes vero fugeremus. Hanc igitur ob rem quotquot potuit *famoſas* ante adiit *nationes feras*, *immanes*, *barbaras*:

Prudentia eius.

Ambitio.

Iuit in GRAECIAM *litteratam.*

Pro utilitate peregrinandi.

Pul-

Pulchrum quidem eſt, diuerſarum gentium diſſimiles tantum mores ſimilibus tantum animis auſcultare. Sed mirum dedit quidam immortalis ipſe Deus unum omnibus *rationale* principium ad bene viuendum. Sed diſſimiles quantum ritns perueniant in vita, principio *Theucria*, *Macedonia*, *Bulgaria*, *Ruſſia* utraque *Valachia*, *Bosnia*, *Corvatia*, *Dalmatia*, *Allemannia*, quas *peragrauit* regiones, oſtendunt. Cum vero ad *Hungariam* perueniſſet, ubi romani imperii ſedes eſt, regiaque maieſtas, ubi non modo *legibus*, verum etiam *armis* vivitur & res bellice roburque corporis magis, quam ingenii vires pluris exiſtimantur. Conſuluit nullo ſuos pacto, quos litteris illuſtraſſet *preliorum ſimulacris* obſcurare. Is enim paleſtre & *agoniſtici* muneris non ignarus, in medios armatos qui vite periculum glorie cauſa ſubeunt, acer & intrepidus, ac occurrentium tela ſepius & *haſtas* pectoris neque ceteris militibus, quos bellum & arma diutiſſime conſueverant, inferior evaſit Quod etiam ſepius noſtra hac in *Liguria* clariſſime effecit, ubi armatus cucurrit haſtis & equo. Sed *litterarum* ſtudiis longe magis oblectatus, quam armis, ut qui multo pluris altero alterum exiſtimaret, tantum *legibus* valuit & decretis, rebusque *politicis* ac *morali* philoſophia, ut *quinquies* & *decies* in pontificio imperatorioque iure publice tum *repetierit* tum *diſputauerit*, totidemque vices in *moralibus* in *politicis*que rebus diſputando ac reſpondendo laudatiſſime perfecerit. Quod ne quenquam ad non credendum rei magnitudo duxerit, quosquos quisue velit *Papienſes* aut *Bononienſes* ſtudio delectatus ſibi teſtimonio faciat. Vos etiam & imprimis optimi patres, quorum ſemper fuit bene meri-

Vgolini peregrinationes in regionibus GERMANIAE, HVNGARIAE *aliisque.*

Vbi R. imperii ſedes tum.

Vgolinus pugil & miles.

Sed Ictus diſputator ac doctor.

Paduae & Bononiae

meritos viros ſingularibus officiis proſequi. Is enim, quos ceteri ſolent actus & *diſputationes* hac ſtudiorum matre cum elegantius acutiusve una omnium audientium voce effeciſſe diceretur; ueſtro tandem iudicio *ſereniſſimi patres* magiſtratus triumpho digniſſimus iudicatus eſt. Quam ob rem cum tam preclara ſit de ſtudiis humanitatis animaduerſio; tam magna, quam habet de *regionibus orbis notitia*; tam vehemens & profunda de *iuriſconſultorum* & pontificum *iudiciis* & *decretis* eruditio, bonarumque *artium* tanta diſciplina; tantaque animi fortitudo & ſapientia, dubitare quidem nemo poteſt, quantis ipſe ſit *preconiis* celebrandus ac maioribus, quam multo potuerim. Nam qui *vitam* ſuam media vix viventi tempora certantem rebus hiſce optimis inſtituit, omnibus in poſterum felicibus auſpiciis ad regendas ac amplificandas res maximas divino quodam datus numine iudicatur. Satis pro iure meos feciſſe videor, que HVGOLINI noſtri laudes efferant, cum ſit etiam pauca de *iuris utriusque* preſtantia & moralis *philoſophie* dignitate dicendum. Vellem ac ſummopere exoptarem, colendisſimi patres, quantum ſummam intelligo *iuris conſultorum ſapientiam*, quantum bene meritas de *Hugolino leges moralemque* philoſophiam quantumque nonnullos ibidem miro quodam earum amore inflammatus video, ut tantum ſuis ego laudibus ſatisfacere poſſem. Verum, cum ſit aliis tanta divinitus conceſſa ſapientia, tantumque alii rebus humanis conferant; ſitque tam parum in me dicendi excitationis: vereor profecto, ne ſi muneribus ſuis recenſeri poſſe dixerim videantur omnia laudes indignas ſuſcepiſſe. Teſtor enim *ſanctos omnes*, qui templo huic preſident, vosque mei ipſos

Summa laudum Hugolini.

De utriusque iuris & moralis philoſophiae praeſtantia.

ipſos præſtantisſimi patres, quis pro tanta virorum *dignitate*, *niſi divina* fortaſſe fretus eloquentia, *Romanos* illos *ueteres* non minus eloquentisſimos, quam ſapientisſimos; taceo *Grecos*, quibus *Latini* condendis *legibus* longe multo excelluere: quis unquam *Seruium Sulpitium*, *Antiſtium*, *Labeonem*, *Simphronium Sophum* appellatum, C. *Scipionem*, *Naſſicam*, *Sextum Elium*, Tiberium *Coruncanum*, viros quidem ſingulares ſemperque principes pro ſuo iure ſatis recenſebit? Certant enimuero & maximis laudibus omnes omnium ſtudiorum genere eruditi. Magnaque & multa *uolumina* & commentarios eloquentia, iudiciis, ſapientia, illuſtriſſimos reliquerunt, quos infelix ille *Tribonianus* in tenebras iecit & ignem. Quod profecto quotiens in mentem venit, non poſſum niſi *moueri uehementius* tam preclaram & admirabilem *iureconſultorum ſupellectilem*, tot ſanctisſimorum uirorum *monumenta*, tot illuſtrium ſcriptorum *congeſtos labores*, tantum iudiciorum integritatem unius tandem *maleficio* deperiiſſe. Sed alias iſta. Quenam igitur poterit *florentisſimis* ac ſanctisſimis hiſce tantum oratio viris par inueniri? Quis item genus humanum ſi *legibus* iſtis in unum tandem coiuiſſe conſideret, paſſim diſperſum in *domos*, *familias*, *ciuitates*, propagatum ſibi ipſi, omnibus in rebus optimis ciuiliter conciliatum, hominibus datum aliquid unquam *maius* exiſtimabit? Videmus enim nobis ante oculos exempla, ut qui ſæpe in unam convenjant habitationem, populi parvo quodam ſine *legibus* ſibi invicem eſſe *conſumtos*, domus *euerſas*, equatas ſolo *ciuitates* & hominum genus *ferarum* more prebuiſſe manus ac ſepe *gladiis* miſerrime concidiſſe. Harum rerum plena eſt *hiſtoria*, veteris & *ueri*-

Latini in LL. ſtudio uincunt Graecos. Iiii Romani.

Infelicis Triboniani combuſtio

Tot libri iuris pereunt unius inſania.

Sine LL. nulla ciuitas.

tatis magiſtra, in qua ſolas civitates, populos, reſpublicas floruiſſe didicimus, qui ſanctisſimum bene vivendi munus ſanctisſimis *legibus* coluere. Quam ob rem cum ſatis clarum ſit, *leges* ipſas *romanas* ſuisque auctoribus illuſtrisſimas nulloque tempore & nulla dicendi copia, pro ſua magnitudine & maximis in nos beneficiis illuſtrari poſſe. Iam finem faciam cum ſit breviter de *morali philoſophia* dicendum. Nam cum in tres partes philoſophia diſtributa ſit, in *diſſerendi* ſcientiam & *nature* cognitionem & *bene vivendi* precepta ac mores. Nihil eſt aliud hec philoſophia, quam *moralem* appellamus, quam ratio & ſanctimonia quedam cunctis hominibus ad bene beateque vivendum ſive domi publicis privatisque rebus ſive foris & in ſolitudine vitam deligamus. Ibi enim recte intueri beatitudinem quisque poteſt. Abundantiſſimus ibi rerum omnium campus, quibus ad ſanctos fere patet acceſſus: ibi *virtutum* omnium divinis quibusdam oraculis precepta traduntur, que ad inſtituendas hominum mentes componendas domus, regendas civitates: & denique quicquid homini opus eſt ad mortalis vite huius ac etiam eterne felicitatem. Nam ſi mortalium operationes corporis & animi qualitate metiende ſunt, mortalia quidem caducum corpus & corpora, immortalis vero animus perpetuusque: & immortalia & perpetua opus eſt curent. Verum enim vero *dubiis variisque rebus hominum vita & pasſionibus* ducta affectaque, quibus ſibi remediis conſulere debeat, edocetur. Hic eſt enim rerum omnium modus prudentia, iuſtitia, temperantia, fortitudo, fides, religio, pudor. *Juventutis* regimen, libidinum moderationes, frena cupiditatum, totiusque humane vite diſciplina. Hec *adverſis* proſpe-

Pro morali philoſophia.

proſperiſque rebus utriuſque *fortune* curſum moderatur. Ceterum in tanta rerum *mundanarum varietate* compulſi quid deceat, quidve fugiendum perſpicimus: Quo *virtus*, quo ferat *error*, omniaque ratione, *conſilio*, *virtute* perficienda diſcimus: quibuſcunque ſtudiis in *parentes*, *amicos*, *patriam*, *publicis privatisque* rebus utendum. Sic igitur velut preceptis quibusdam admonitus quisque *corporeas paſſiones* metus affectiones ceteraque molis terrene mentem ſepius exagitantis & corrigimus & emendamus. Quodſi longius mentem atque animum reſpiciamus, ad cuius immortalitatem anniti debemus, tanquam optimum, que in nobis ſunt, facile quidem *corporis paſſionibus* ad frenum datis hanc que beatiſſima eſt ſecundum mentem, vitam conſequemur hac ipſa comite philoſophia ſummum ac immortalem Deum ſedatis paſſionibus ſola mentis puritate contemplantes per quam vere hominem licet appellare. Quam ob rem *philoſophie moralis* dignitatem & excellentiam qua dicendi copia comprehendi ac laudibus ſatis tolli poſſit; cuiusque quanta ſit gloria neminem dubitare puto. Que cum ita ſint optimi patres non video quo minus HVGOLINVS noſter clariſſimis parentibus urbeque regia genitus, qui liberaliſſimis artibus humaniſſimisque ſtudiis eſt educatus, qui *Jurisconſultorum iudicia*; pontificumque *decreta* tanto ingenio omniumque admiratione interpretatur; qui laudem & gloriam, ſi qua precipue concedi ſolet, promeritus eſt. Veſtre humanitatis officio eiusque benemeritis eternam vobis ducibus virtutum ſuarum ſplendore lauream conſequitur. Innatam enim nobis vim natura dedit, que dies ac noctes animum glorie ſtimulis concitat, que nos ad

Paſſiones corporeae.

Hugolinus hac diſcipli-na excultus.

virtutem impellit noſtrique nominis eternitatem. Pergite igitur preſtantisſimi patres, pergite, queſo, ut qui pro honeſto tantum conſequende *laudis deſiderio* nullis pepercit *laboribus*, *ſomno*, *vigiliis*: *qui* mare, *provincias* regias quotidie periculis vitam agens circuivit clarisſimis rebus florens: Laudum monumenta & vivis & poſteris ſervet. Non enim video, cum tam prona ſit hominum ad *voluptatem* conditio, ſitque tantum dura, ut anxia ad virtutem via, quomodo quis a voluptate tenderet ad virtutem, ſi nullum ſit glorie munus. *Creatio iuris doctoris.* Ego igitur cum *doctisſimis* atque *preſtantisſimis* viris parem TE ſentiam ac pro ampliſſimis in te muneribus non humanam modo; verum etiam immortalitatis gloriam ſis adeptus, ex autoritate mihi conceſſa, quoscunque magiſtratus omnesque *legendo*, *diſputando*, *gloſſando*, *interpretando*, in VTROQVE IVRE conferri ſolitos actus tibi confero, faciendi poteſtatem. Hos enim ad *maiores* meritum te certe ſcio.

Explicit feliciter 1437.

NVM. II.

Epiſtola ad PAPAM una cum uexillo TVRCHINO miſſa. 1480. die XVIII. Nov. de obſidione inſulae, RHODVS, a Turcis.

Prooemium. B*Eatisſime pater*, poſt *pedum oſcula beatorum.* Que in obſidione urbis *Rohdie* & a nobis tutando geſta ſunt, non indecens videtur *Sanctitati Veſtre* ſignificare, cum ad hanc diem pugna ad honorem *Chriſtiani nominis* felicem exitum, non parvam leticiam concepturum, cuius ſubſidiis & favore quicquid aggredimur efficimus, ſperamus-

ramusque divina favente clemencia, auxiliisque V. R. adiutos victoriam de hoſte reportaturos. *Turci* ubi circa urbem caſtrametati ſunt, oppugnationis loca diligencius explorant. Civitatem quoque omni ex parte *bombardis* diruere proponunt, & quod mente concipiunt, opere demonſtrant, ad id quoque exequendum *bombardiis & mortariis*, muros circundant, verberant, diruunt, turres IX. & *belonardos*, magiſtratusque palatia concurrunt & proſternunt. Tribus tamen ex partibus commodisſimum ſibi eſſe videtur civitatem oppugnare & aggredi, potisſime ad rem conficiendam pertinere videtur turris moles *Sancti Nicolai* expugnatura. Ex qua urbem in ſuam poteſtatem facile tranſituram arbitrantur. Eſt enim *arx* ipſa in vertice molis poſita, que verſus ſeptentrionem in mari prominet. Eoque portus conſpicit, & aditum navigantibus qui eam tenent ſi libet, facile prohibent, ad occidentem *oratorium S. Anthonii* ſitum eſt, fere cc. paſſibus a turre diſtans, mari interiecto. Conſpecta igitur loci opportunitate hoſtis, pociunde *turris* avidus, cum conatu incumbit, ut eam in ſuam redigat poteſtatem. Ad turrim itaque diruendam *tres* ingentes *bombardas eneas* devehunt, quarum magnitudo & vehementia incredibilis erat. *Saxa* queque *ſpherica* novem palmarum torquebant, eas quoque apud Sacellum ſancti *anthonii* collocant. Mirabile dictu, calamitoſum viſu, opus quidem precelebre, & quod ſtabilisſimum videbatur *ſex diebus* aſſiduis CCCtis lapidum ictibus turris pro parte pociori diruitur, proſternitur, laceratur. *Hoſtis* ruinam conſpiciens exultat, plauſibus quoque aera complet, que bona gaudia in ſuum lutum commiſſa ſunt. Nos vero de turris

Turci urbem aggrediuntur,

quibus locis

turris S Nicolai.

commoda ad urbem captandam.

quam diruere cupiunt,

tuicione ſoliciti grandem horrendamque eius ruinam adſpicientes, quod ſupererat munitione oplere iuſſimus Et quia id quoque parum fore viſum eſt, propter ipſius magnum lapſum, conſtituimus, nedum *arcem* tutari, ſed ne molem ipſam *Sancti Nicolai* deffendere. Omni igitur vigillancia, cura & ingenio operariis fere mille die noctuque adhibitis totis his diebus foſſa in cantibus exorſa, propugnaculis quoque ex lignis edificatis invertícem ipſius molis circa turrim in media quoque eius radice turrim & molem inexpugnabilem non ſine parvo ſumtu reddidimus, *preſidium* quoque fortisſimorum comilitonum in ruina *turris* & municionibus ac *propugnaculis* circa eam confectis in radice quoque ac pede eius molis altera preſidia ad orientem & occidentem collocamus. Nam illic radix muro clauditur & *mare* vadoſum eſt, quare obſervatur deffenditurque, ne turci illic tranſirent, & noſtros a ter[illegible]o adorirentur, in menibus urbis bombardas diſponi iubemus, que ad tempus pugne officio fun[illegible]antur, ignesque cum ſulphuris parantur, que in claſſem mittuntur. *Turci* edificii ruina allecti uno & demum altero prelio turrim invadunt. Primum cum facile ipſam expugnare putarent, mediocribus viribus aggrediuntur ante auroram luce adhuc dubia, triremibus ad hoc paratis *arcem* oppugnant preliantur que. Noſtri quidem tuicioni intenti locum conſtanter tutantur. Sic *hoſtis victus* diſcedit. Ea in pugna ferę VII. turci prout profuge ſignificarunt cecidere. Interiectis autem diebus accenſi priori repulſa, turrim maiori potentia arte & ingenio oppugnant, ac reparatoria & propugnacula iactu bombardarum quaciunt, non nullosque conterunt. Nosque reficimus ſumma celeritate

ad quod impediendum

noſtri propugnacula ae[illegible]ſicant,

Turci turrim oppugnant,

repelluntur.

iterum oppugnant,

ritate quod obteritur. Parant ad hec conficienda *triremes* XXX. bene munitas & ingenioſe ad prelium armatas, adiiciunt & magna quedam oneraria parandarias vulgo dictas, quarum quedam onuſte bombardis & ſaxis erant, ut locum turris & molis qua ſe potituros credebant munirent, & ex his urbem laceſſerant, dirruerant, oppugnarentque. *Cimbasque* quasdam diſponunt ex quibus quinque turcorum ſtrenuiſſimi facile in molem tranſitum prebent. Nos enim poſt primam pugnam ſuſpicati quod euenit habundantius, dies noctesque circa turris & molis tutamen vires & ingenium adhibemus, munimenta ampliamus, preſidia augemus, graviſſimis non parcemus. Nam & in ea ſalutem urbis conſtitutam conſciebamus. *Media* igitur *nocte* grandiori accenſi ardore turci XIII. die Iulii *arcem* ſummo ſilencio aggrediuntur, omnique ex parte magno impetu invadunt. Arrecte etiam erant noſtrorum aures, nec dormitabant. Vbi autem adeſſe inimicos comperitur, machine ſaxa iaciunt milites gladiis ſtringunt, baliſtis fundis ſaxorum iactu ex turri & mole hoſtem deturbent & propellunt, pugnatum eſt ſumma vi a media nocte usque ad horam decimam. *Turci* vero quamplures qui ex cimbis & *triremibus* deſcenderant in molem trucidantur. *Pons* natans turcis onuſtus & actu machinarum frangitur, qui ſupererant turci merguntur. Quatuor quoque triremes & ea navigia que *bombardis* & *lapidibus* onuſta erant, iactu ſaxorum ex *tormentis perfringuntur* & undis obruuntur. Ignis quoque in claſſem mittitur, qui eam retrocedere compellit. Sicque diſcedunt victi turci. Inſignis quidem hec pugna fuit morte clarorum virorum qui turcis preerant quorum

& triremes ad haec parant,

noſtrates ſe opponunt

hoſtis aggreditur

propellitur

quatuor triremes perfringuntur

ignis in claſſem mittitur

interitus luctum exercitui prebuit, perfuge quoque poſt pugnam introducti affirmant turcos hac in pugna magnam ſtragem accepiſſe ex eis quoque fere IICIↃIↃ cecidiſſe. Cum autem turci ſpem turris expugnande perdidiſſent, induſtriam, ingenium, vires & omnem conatum ad *urbem* expugnandam conuertunt, & licet tota *ciuitas* machinis concuteretur & laceraretur, ut vix forma *prioris urbis* remanſerit, tamen potiſſimam murorum partem oppugnare intendunt, que *Iudeorum domos* claudunt orientemque ſpectant. Eamque etiam partem, que ad turrim *Italie* ducitur. Ad hec igitur menia dirruenda & dilaceranda VIII ingentes *grandiſſimasque bombardas* comportant, Saxa circuitus palmarum IX. torquentes, que aſſiduo die noctuque verberant muros nec ceſſant bombardo & mortaria circa ciuitatem locata ſimiles lapides torquere, quinymo ad terrorem & detrimentum iactus multiplicant. Nos ad iactum *mortariorum* vitandum imbecillem etatem ac mulieres ſub fornicibus valuis ac pluribus locis pomerii cohabitare ſtatuimus, quo effectum eſt, ut pauci hoc tormento interierint. Vſi quoque ſunt alio tormenti genere, quo igneas pilas proiiciebant, ac ſagittas ignitas ex *baliſtas* & *cathapultis* torquebant, quo ignem in edificia inieceruut. Nos vero indempnitati urbis conſulendi peritos artis delegimus, qui poſt caſum pilarum magna ſolertia ignem extinguerent. His remediis Rohdii a magnis incommodis ſeruati ſunt. Excogitant inſuper impii turci urbem ingenio occulto propugnare. *Foſſas* itaque tortuoſas effodiunt, quas partim viminibus & terra operiunt ut latenter ad foſſas urbis accedant. Propugnacula quoque multis in locis edifi-

magna turcorum ſtrages qui ad urbem ſe conuertunt & eam machinis dilacerant,

noſtrorum ordo aduerſus.

hoſtis ſtratagema

dificant, ex quibus aſſiduo ſagittant, & colubrinis & ſerpentinis noſtros deturbant fatigantque ac penſitant & eis eſſe commodiſſimum aliquam partem foſſe ciuitatis que muro Specionis adiacet complere, opera itaque ab hoſte adhibita lapipidis congeriem ceſſat & occulto in foſſam iaciunt. Aſſiduitate pars foſſe opletur antemurali quoque equatur, ex quo & ruina in dorſi formam redacta facilimus conſcenſus in menia efficitur. Nos enim inimici conatum inſpicientes tuicioni urbis invigillamus tociusque urbis & caſtelli reparacioni & municioni foſſisque diligencius intendimus, quod turci coniectantes deſperati ad muros Iudeorum & alio ſe convertunt. Et nos munimentis ac reparationibus validiſſimis ruinam murorum firmamus *palis* lignorum umatiſſimorum infixis ac terra tenaci faſcibusque *arbuſtorum* & ramorum interiectis, quo invicem ſubtiliſſime firmiſſimeque coherentes vim *machinarum* ſuſtinebant & ruinam protegebant, ne muri colapſi intra urbem facilem deſcenſum preberent, qui a parte urbis niſi cum ſcalis conſcendi potuerunt, licet a parte exteriori ruina facilem aſcenſum preberet, eciam loco propugnaculorum pallos & vegetes terra repletos ſtatuimus, que noſtros tutarentur & conſcendentibus turchis impedimento eſſent. Ignes quoque artificioſos & alia ingenia paramus, que ad propulſandam turcorum vim conducere videbantur. Excogitatum quoque eſt, eam partem foſſe que lapidibus a turcis opleta erat, euacuare. Sed cum id palam effici non poſſet, cuniculo latente que foſſa in pomerio edificata exitum ſub lapidibus noſtri habent & occulto lapides in urbem comportant. Sentiunt profecto turci qui foſſe propinqui erant lapidum

noſtrorum

aſſiduitate

infirmatur

pidum congeriem minui & accenſus oportunitatem adimi niſi quam cicius quod cupiunt efficiant. Itaque his in operibus XXX. diebus couſumtis quo in tempore trium milium V. vel circiter in encium ſaxorum globi in menia & urbem iacti ſunt, Turci racione inuadende urbis ſpectata ne aſcenſus comoditas auferret accelerant propoſitum conficere. Pridie quam *prelium* iniretur ac ſequenti nocte & diliculo quod mane quo pugnatum eſt preceſſit, VIII. *bombarde* dictis muris obiecte absque intermiſſione ſaxa ingencia torquent, quod loco propugnaculorum adhibitum erat, dilacerant & dirruunt, vigilles, cuſtodes & menium preſidia pro parte pociori occidunt, ut quisquam vix ſuperſtare muris poſſit niſi ſummo aſtu occultaretur, & ſcallas ad ſignum campane paululum deſcenderet, & demum conſcenderet, nec tempus datum eſt propugnacula denuo inſtauranda, cum ſemper ictus bombardarum augerentur. Vt eo pauco tempore III. vel circiter ſaxa iacta ſint. *Turci* vero iactu bombardarum finito ad ſignum iactus mortarii, quod pridem eo in loco conſtituerant, confertiſſimi magno impetu quam celerrime Vto die Auguſti conſcendunt. Erat namque facilis ut dicimus eis aſcenſus facilior quam noſtris eſſet per ſcallas. Superiora quoque murorum loca trucidato noſtro quo illic erat preſidio, quod primo tantum impetui reſiſtere nequiuit antequam ſubſidia noſtra ſcallas conſcenderant, ocupauit, & illic vexilla ſua ſtatuit. Idem quoque faciunt ad *turrim Italie*, cuius verticem expugnant. Clamor vndique oritur, manus quoque viriliter conſerit, magna quoque vi pugnatur, repente noſtris ſe obiicientibus hoſti, dextra

Hoſtis de nuo urbem maxima ui aggreditur.

muros conſcendit, praeſidium trucidat, & uexilla ibi ſtatuit;

oppugnaſi hoſti ſe obiiciunt.

tra levaque in murorum ſuperioribus locis inter hoſtem impugnant & valde deturbant ne menia diſcurrerant. *Scalle* quoque que quatuor erant quibus in vicum *Iudeorum* deſcendebatur una iuſſu noſtro perfracte, conſcenſis hoſtibus nos obiicimus, tutamur, deffendimus. *Turci* vero perpulchre armati II CIϽ ſuper muros erant confertiſſimi, qui ſecum magnam conferentiam armorum vi propellere & loco expellere intebantur. Sed noſtrorum turba firma perſiſtens nequaquam loco ceſſit. Sequebantur enim turchos qui muros potiti erant. Ingens quoque multitudo turchorum que totum campum adiacentem ruinam vallum & foſſam appleverat vt terra vix conſpici poſſet affirmarunt profuge XI CIϽ turcorum invaſioni adeſſe, VEXILLVM imaginis ſanctiſſime domini noſtri *Ieſu Chriſti* & *religionis noſtre* ante hoſtis conſpectum ereximus. Noſtri ex turcis, qui ſuper muro erant CCC. vel circiter in vicum *iudeorum* propellunt, que ad vnum occiſi ſunt. Summa itaque vi horis duabus pugnatum eſt. Tandem *turci preſſi* fatigati & perterriti vulneribusque confoſſi terga vertunt & fugam tanto impetu arripiunt, ut ſibi ipſis impedimento eſſent & perniciem afferrent. Cecidere ea in pugna III CIϽ V C vel circiter quorum cadavera intra urbem ac ſupra menia & in foſſa municionibus hoſtium & mari reperta ſunt, & poſtmodum ad *luem* vitandam *combuſta*, quorum ſpoliis noſtri potiti fuere, qui fugientes turcos usque ad campi planiciem magno animo ſequuti, eos trucidantes tandem incolumes urbem ingreſſi ſunt. In preſio quidem ex noſtris militibus quam plurimi inter confertiſſimos hoſtes conſtanter pugnantes occubuere, noſtrique commilitones

magnus expugnantium numerus.

Vexillum Ieſu Chriſti erigitur

turci fugiunt

magnam cladem paſſi

noſtri eos proſequuntur

T 5 plu-

pluribus vulneribus acceptis *Deo gratias* acturi, vulneraque curaturi preſidio valido muris impoſito dum revertuntur ne quid profecto ſive divino auxilio contingit, qui tantam cladem a nobis evertit. Miſit enim *Deus* non ambiguus de celo auxilium, ne *plebicula Chriſtum* colens *mahometis ſpurciciis* inficeretur. Paraverantque ſpe potiunde urbis plures funes ad captivos allegandos, & pallorum ingentem multitudinem ad vivos cruciandos decreverunt. Dirruerunt enim omnes

hoſtium nefandus optatus

mortales & *feminas* ſupra *X. annorum* etatem *trucidare* & pallis ſuffigere, teneriorisque etatis mortales in *captivitatem* deducere, & ad *fidem* abnegandam *compellere*, & ruine ſupellectilem in pre-

fruſtratur.

dam comittere, urbis *dicione turco* reſervata. Sed fruſtrati ſunt nephando optatu, tanquam pecudes occiduntur. His in pugnis & cinctionibus duobus diebus factis ut appropinquationem prohiberemus & foſſam evacuaremus & ageremus, quod civitati comodum eſſet, eciam machinarum iactu in exercitum & viridaria que incolebant, prout profuge divulgarunt, *Turci* fere IX CIↃ occiſi ſunt ingens quidem multitudo vulnerata inter quos quidem *Cappitanei* & primanus *Baſſa* & quidem turci *gener* occubuerunt. Pugna comiſſa ex templo turci remotis caſtrametantur, machinas quoque ac turcos, qui ex *licia* tranſe-

turci deuehunt & in Liciam transfretant

rant cum omni ſupellectili *phiscum* antiquam continentis urbem devehunt, viridaria, agros, vineas ac predia vaſtant depopulantur & incendunt omneque pecus fere abigunt. His peractis littori accedunt & in *Liciam transfretant*, ubi XI dies ſtacionem habentes tandem cum iactura multa & i-

victoriae nuntii,

gnominia ad domeſticos lares revertuntur. Quemadmodum diffuſius V. S. explicabunt magnificus ac per-

ac percellens miles *Anthonius* dominus de *Montelio* ad vicecomitem primanus noſter ac venerandi fratres *Ventura* de *fautonibus* prior Capuc. & Diomedes de *Villaragut* preceptor daliaga, *Locuntenens* venerandi Seneſchalli omnes noſtri, quibus nonnulla commiſimus explicanda V. S. nomine noſtro ſupplicant, ut in dicendis fidem & agendis votivam expedicionem S. V. dare dignetur. *Omnipotens* DEVS V. S. feliciter conſervet. DATVM *Rohd.* die XV Septembris CIↃ CCCC LXXX.

(V. S.)

Humiles & devotisſimi ſervuli MAGISTER *hoſpitalitatis Jeroſolimitane* & concilium.

Supſcripcio.

Sanctiſſimo clementisſimoque Domino noſtro D. SIXTO, divina providentia, *pontifici* conſtituto.

NVM. III.

SIGISMVNDI imperatoris diploma: in quo HOLSATIA edicitur clientelaris *epiſcopatui* LVBECENCI iubeturque ciuitas, epiſcopo, pro huius clientelae conſeruatione, auxilia ferre an. CIↃ CCCC XXXIV. Accedit teſtimonium epiſcopi RAZEBVRGENSIS, in quo teſtatur de autographo lecto deſcriptoque fide publica NOTARIORVM Caeſaris & pontificis an. CIↃ CCCC XCIII.

IN nomine ſancte, & indiuidue Trinitatis, Amen. Vniverſis & ſingulis preſens publicum Tranſumpti inſtrumentum inſpecturis, lecturis pariter & audituris IOHANNES *Dei & apos tolice ſedis gratia Epiſcopus* RACEBVRGENSIS *notum facimus,*

IOHANNIS *epiſcopi Raceburgepſis teſtimonium an. 1493.*

mus, *quod in noſtra & Notariorum teſtiumque infraſcriptorum preſentia*, perſonaliter conſtitutus venerabilis vir Dominus & *Magiſter Wilhelmus* SCHRODER *Eccleſie collegiate Haderslevenſis*, *Sleſvicenſis Dioceſis*, *Canonicus* procurator & eo nomine *procuratorio* Illuſtrisſimorum altigenitorumque principum & Dominorum, Dominorum IOHANNIS *regnorum* DACIE & NORVEGIE *Regis* SVECIEQVE *electi* ac FRIDERICI eius germani, *Ducum* terrarum & ducatuum *Holſtatie Slevicenſis*, *Stormarie*, *Dithmarſie* &c. prout de ſue procurationis *mandato* coram nobis legitime extitit facta fides, habens & tenens in manibus ſuis quasdam *literas Imperiales*, certum priuilegium, dictum Ducatum *Holſatie* concernens, in ſe continentes Dive memorie SIGISMVNDI *Romanorum Imperatoris* ac Hungarie, Bohemie Dalmatie ac Croatie &c. Regis euis veram BVLLAM AVREAM, in *cordula ſericea rubei coloris*, more imperiali, impendente, ut prima facie apparebat, *bullatas*, In cuius *bulle* uno latere apparuit *Imago Imperialis* in ſede *Maieſtatis* ſue ſedens cum *Infula* ſeu *Diademate* ſuo tenens *ſceptrum* ſuum in dextra; in ſiniſtra vero *pomum* rotundum cum cruce, habensque circum collum ſuum *Stolam* circa pectus ex transverſo implicatam, in circumferentia eiusdem lateris erat ſcriptum SIGISMVNDVS *Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus*, *ac Hungarie*, *Bohemie*, *Dalmatie*, *Croatie &c. Rex*, ab altero vero latere eiusdem *Bulle* apparuit *Imago* ſeu forma urbis *Rome*, cum *tribus turribus*, de ſuper in *pinnaculis* habentibus, tres *cruces*, Inferius in ſpatio *porte* ſcriptum fuis, *Aurea Roma*, In circum ferentia vero legebatur hic verſus, *Roma caput mundi regit orbis frena rotundi*, ſanas integras & illeſas

rogatione DANIAE *Regis ac Principum.*

de AVREA B. Sigismundi *Caeſaris* 1434.

cuius imago deſcribitur.

ſas non viciatas non *cancellatas*; nec in aliqua ſua parta ſuſpectas, ſedomni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, quarum tenor, hic inferius eſt referens ſimul ac exponens; quod eædem litere ad data loca & partes longoemotas in quibus illis opus foret, certas ob cauſas, tum propter viarum diſcrimina, varios caſus & eventus bulleque auree huiusmodi fortis incautum cuſtodiam, aliaque legitima impedimenta & pericula deſtinari, *duci & transmitti non poſſent*, cum alie ſimiles litere huius modi *originales* non haberentur: nobis cum ea,qua decuit,reverentia exhibuit & preſentavit. Supplicans igitur nobis humiliter idem *Procurator*, nomine dictorum ſuorum principalium, quatenus huius modi literas *de verbo* ad *verbum* per *Notarios* noſtros infra, ſcripta tranſumi & exemplaria actu publicam & authenticam formam redigi mandare, ita quod *tranſumpto* & exemplo huius modi veluti eisdem literis *originalibus* fides adhibeatur indubia, & quod authoritatem noſtram ordinariam pariter & decretum interponere dignaremur, nihilominus tamen idem *Magiſter Wilhelmus* procurator quo ſuper nomine procuratorio petiit citari in *valvis Eccleſiarum. Cathedralis* noſtre *Raceburgenſis* & *Parochialis* oppidi noſtri *Schovenberge* noſtre Dioceſis, ubi continua & ſolita eſt RESIDENTIA noſtra omnes & ſingulos ſua communiter vel diviſim intereſſe putantes, actus *die*, *hora* & *loco* infraſcriptis, coram nobis in ius comparent ad videndum & audiendum literas huius modi Imperiales, ut premittitur, & faciendum exemplar vel dicendum cauſas rationales, quare huius modi *tranſumpto* & *exemplatio* fieri non deberent. Nos itaque ſupplicationibus huiusmodi rationabilibus favorabi-

Cum ipſius authentici *productio ſit periculi plena.*

Igitur fieri ☉ic tranſumtum ſeu copiam plenae fidei.

Citatio in VALVIS *eccleſiae.*

Exemplatio ſ. tranſumtio.

rabiliter annuento receptis ad *manus noſtras* predictis, *literis* Imperialibus & eisdem diligenter *inſpectis* ac de *verbo* ad *verbum* per virum *Notariorum* infra ſcriptorum in noſtra preſentia lectis, literisque absque omni *vitio* & ſuſpicione ſanis *integris* & *illeſis* repertis & inventis Citationem propetitam in locis & *valvis* ſupradictis infra ſcriptorum ſolennia fieri & debite exequi decrevimus ad *diem* videlicet *horam* & *locum* infraſcriptos. Quibus advenientibus prolibato *Magiſtro Wilbelmo* SCHRODER procuratore, quo ſupra nomine coram nobis in iudicio comparente, & predictam citationem cum eius legitimis & debitis executionibus realiter, & in ſcriptis reproducente dictisque *citatis non comparentibus* neque contradicentibus pro contumacibus idexigente iuſtitia per nos reputatis. Ad ulteriorem eiusdem procuratoris, inſtantiam easdem literas ex cauſis prenarratis per diſcretos viros *Magiſtros Hartvicum*, de HARTE & Iohannem LEBRADEN, publicos *Apoſtolica* & *Imperiali* authoritatibus & curiæ *noſtre Razeburgenſis*, & coram nobis in huiusmodi negotio *notarios* & *ſcribas* infraſcriptos *tranſumi* & *exemplari* ac in publicam tranſumpti formam redigi fecimus & mandauimus volentes & *auctoritate* noſtra ordinaria decernentes, quod preſenti noſtro *tranſumpto* pub[illegible] o de cetero & antea ubicunque locorum in iudicio & extra ſtetur, illique detur & exhibeatur *tanta & talis fides*, *quanta & qualis dictis originalibus literis* inferius inſertis & cum preſenti tranſumpto auſcultatis & collationatis data fuit & adhibita, datur & adhibetur, daretur & adhiberetur. In medium exhiberentur & oſtenderentur. Tenor vero huiusmodi literarum de verbo ad verbum ſequetur & eſt

Abſentibus d clarata contumacia.

Exemplare ſeu tranſumere.

eſt talis. SIGISMVNDVS *Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Crotie &c. Rex* honorabilibus noſtris & imperii ſacri *fidelibus dilectis, conſulatui ciuitatis noſtre Lubicenſis* gratiam Ceſaream & omne bonum, Syncere devotionis affectus, quem venerabilis Iohannes *Schele* EPISCOPVS *Lubicenſis princeps & conſiliarius noſter* devotus dilectus & nos & imperium ipſum prout experientia cottidiana didicimus, geſſit hactenus & gerit, promeretur: ut votis ſuis fauorabiliter annuamus, præſertim illis, quæ ſtatus ipſius *Epiſcopi* & *Ecclesie* ſue *Lubicenſis* commoda reſpicere & damna retractare & impedire dinoſcuntur. Cum itaque Generoſi *comites* HOLSATIE, ſive unus ſive plures exiſtunt, ratione COMITATVS HOLSATIAE, VASSALLI *ſint* ECCLESIAE *& Epiſcopi* LVBECENSIS *pro tempore exiſtentis, prout fidedignorum relatione & alias plene dedicimus, & ad ipſum Epiſcopum* INFEVDATIONES DOMINII *&* COMITATVS HOLSATIAE *ex conceſſione Imperialis celſitudinis pertineant* minime decet, quod comites ipſi aliqua de *bonis feudalibus* per eos ratione dominii & comitatus huiusmodi VLTERIVS ALIIS IN FEVDVM *dari & aſſignari conſuete poſſint ſive debeant nobis ſeu Epiſcopo antedicto in conſultis alienare quoquo modo.* Nos igitur, *damnoſis alienationibus* huiusmodi obviare volentes, ex certa noſtra ſcientia & motu proprio auctoritate *Imperiali*, tenore preſentium, prohibemus: *Ne quis comes Holſatiæ pro tempore exiſtens ſine conſenſu & aſſenſu* NOSTRO *vel* EPISCOPI LVBICENSIS *pro tempore exiſtentis, quicquam de bonis* FEVDALIBVS *huiusmodi, quomodocumque aut qualitercunque, publice vel occulte directe, vel indirecte, per ſe vel per alium, quovis modo, alienare*

DIPLOMA *ipſum* IMPERIALE 1430. *ad ciuitatem* Lubecenſem.

Quod HOLSATIA *ſit epiſcopo* Lubecenſi *feudalis, irritae ſunt* alienationes *ſine eius* conſenſu.

Inde Caeſarea prohibitio.

enare preſumat, *ſub pena iuris ordinaria* & etiam Sub mulcta *Ducentarum marcarum*, *auri puri*, quas ab eo, qui contrafecerit totiens, quotiens contrafactum fuerit, irremisſibiliter volumus exigi & pro medietate Imperialis ærarii ſive *fiſci*, pro reliqua vero parte *Epiſcopi Lubecenſis* pro tempore exiſtentis uſibus applicari. Quo circa diſcretioni veſtre ſub *indignatione Imperiali* gravisſima & eadem pena mandamus, quatenus in premisſis & circa ea, ac etiam, ut ipſi comites pro tempore, ipſum *Epiſcopum Lubicenſem infeudationibus huiusmodi* in antea faciendis *debite recognoſcant*, eidem *Epiſcopo* LVBICENSI pro tempore, dum ad id requiſiti fueritis, etiam cum *auxilio brachii ſecularis efficaciter aſſiſtere & pecunias occaſione predicti pene debitas* ſeu debendas, auctoritate Imperiali emonere & partem ipſarum ad imperialem *fiſcum* pertinentem, ad fiſcum ipſum fideliter deſtinare, alteram vero partem eidem *Epiſcopo* Lubecenſi pro tempore realiter aſſignare curetis, preſentium ſub noſtre Imperialis Maieſtatis AVREA BVLLA teſtimonio *literarum*. Dare BASILEAE *Anno domini milleſimo* quadrigenteſimo trigeſimo quarto, die duodecima menſis *Aprilis*. Regnorum noſtrorum Anno HVNGARIAE &c. *Quadrageſimo octauo*, ROMANORVM vigeſimo quarto, BOHEMIAE quarto decimo, IMPERII vero *primo*. In inferiori vero margine pre inſertarum literarum talis reperiebatur ſubſcriptio, Ad *maieſtatem* domini Imperatoris *Caſpar* SLYCK *miles Cancellarius*. Quibus omnibus & ſingulis tanquam rite & legitime factis, decretum & authoritatem noſtram ordinariam, duximus interponendam & interpoſuimus, prout interponimus. Preſentium per tenorem, in quorum omnium & ſingu-

ſub poena 200. *marcarum auri*.

Dimidianda inter fiſcum *Caeſaris & epiſcopi*. *Mandatur* Lubecenſibus *ad praeſtandum auxilia* epiſcopo, *aduerſus* comites.

DATVM 1434.

Subſcriptio cancellarii. *Exemplum* diplomatis *Caeſarei factum ple-*

ſingulorum fidem, & teſtimonium premiſſorum *nae* fidei ac ad maiorem rei euidentiam preſentes noſtras *ab epiſcopo* literas ſive preſens publicum Inſtrumentum huius Razeburg. modi tranſumptum in ſe continentes ſive conti- *& notariis.* nens ex inde fieri & *Notarios publicos* noſtros & huiusmodi negotii coram nobis *Scribas* ſupra & infra ſcriptos *ſubſcribi* & publicari mandavimus ſigillique noſtri iuſſimus & fecimus appenſione cummuniri. DATVM & *actum* in aula *Aeſtiuali* DATVM caſtri noſtri Epiſcopalis *Schouenberge*, noſtre, & *Receburgenſis* Dioceſis. In qua iura reddi ſolent *actum in* nobis inibi hora *veſperorum* & *audientie* cauſarum reſidentia conſueta ad *ium* reddendi & *cauſas* audiendum aeſtiuali, pro tribunali *ſedentibus* ſub anno a natiuitate DO- *ſedente epi-* MINI *milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ter- ſcopo in tio*, INDICTIONE undecima, die vero veneris vi- tribunali ceſima quarta menſis MAII, PONTIFICATVS ſanctiſ- 1493. ſimi in Chriſto patris ac Domini noſtri, Domini ALEXANDRI diuina prouidentia Pape *ſexti* anno *primo*. Preſentibus ibidem honorabilibus diſcretisque viris domino Laurentio *Bardawigk*, TESTES preſbitero, Iohanne *Roden* & Iohanne *Moigelken* *rogati.* clericis, Raceburgenſis, *Zwerinenſis*, & *Lubecenſis* Dioleſium *teſtibus*, ad premiſſa *vocatis* atque *rogatis*. Et ego HARTVICVS *von dem Hartze* Clericus *Raceburgenſis* Dioceſis publicus *Apoſtolica* & NOTARII *fi- Imperiali* autoritatibus NOTARIVS, prenominati- *des in ſo-* que Reuerendi in Chriſto Patris & Domini, Do- *lennibus hu-* mini Iohannis Epiſcopi *Raceburgenſis* ac in hu- *ius copiae* iusmodi negotio coram eo *Scriba*. Quia prein- uidimatae. ſertarum literarum exhibitioni, preſentationi, receptioni atque citationi cum eius executione & productioni ac ſupra ſcripti tranſumpti petitioni, authoritatis & *decreti* interpoſitioni omnibusque aliis & ſingulis ſic ut premittitur, per eundem

Dominum *Epiſcopum habitis* & factis una cum connotario meo ſupra & infra ſcripto ac pronominatis *teſtibus* preſens fui eaque omnia & ſingula *vidi* & *audiui* & de *mandato* & *auctoritate* prefati Domini *Epiſcopi* & ad requiſitionem antedicti Magiſtri *Wilhelmi* procuratoris *examinationi exemplari* de *verbo* ad *verbum tranſcripſi*, ſicut in iisdem literis ordinalibus reperi, nil *dimittens* vel quicquam *ſuperaddens*, quod *facti ſubſtantiam* immutet, aut in *aliquo* variet, intellectum ac preſens *tranſumptum* cum tenore earum literarum, *originalium* diligenter *auſcultatum* & *collationatum* in omnibus & per omnia concordans, inveni. Ideoque preſens *publicum inſtrumentum*, huiusmodi *tranſumptum* in re continens per *connotarium* meum ſupra & infra ſcriptum fideliter *ingroſſatum* & etiam ſubſcriptum & *ſignatum* inde *confeci*, *ſubſcripſi*, & in hanc publicam formam redegi, quam *ſigno nomine* & *cognomine* meis ſolitis & conſuetis una cum ſepedicti Domini *Epiſcopi Sigilli appenſione* conſignari, in *fidem* & *teſtimonium* omnium & ſingulorum premiſſorum rogatus & requiſitus. *Et ego* IOHANNES LEBRADE, *Clericus Lubicenſis Ciuitatis publicus Apoſtolica* & *Imperiali auctoritatibus* NOTARIVS, prelibatique Reuerendi in Chriſto Patris & Domini, Domini *Iohannis Epiſcopi Raceburgenſis* ac in huiusmodi negotio coram eo *Scriba*. Quia preinſertarum literarum exhibitione & productioni ac ſupra ſcripti *tranſumpti* petitioni, authoritatis & decreti interpoſitioni omnibusque aliis & ſingulis premiſſis, dum per eundem dominum *Epiſcopum* & coram eo agerentur & *fierentur* una cum CONNOTARIO ſupra ſcripto ac prenominatis *teſtibus* preſens fui, eaque omnia & ſingula ſic fieri

Praeſertim in deſcribendo uerbatim.

Auſcultatum & collationatum.

Ingroſſatum

CONNOTARII *fides*

Fierentur.

fieri vidi & audiui ac de mandato & auctoritate prefati domini Epiſcopi & ad inquiſitionem antedicti *Magiſtri Wilhelmi*, PROCVRATORIS examinavi, *exemplaui* & de verbo ad verbum tranſcripſi, ſicut in iisdem literis *originalibus* reperi, nil dimittens, vel quicquam ſuperaddens, quod *facti ſubſtantiam* immutet, aut in aliquo *varie* intellectum, ac preſens TRANSVMPTVM, cum tenore earundem literarum *originalium* diligenter auſcultatum & collationatum, in omnibus & per omnia concordare inueni. Ideoque hoc *preſens* publicum inſtrumentum, huius modi *tranſumptum*, in re continens, manu mea propria fideliter *conſcriptum* per *connotarium* meum ſupradictum *ſubſcriptum* & ſignatum exinde confeci, *ſubſcripſi*, publicaui & in hanc publicam formam redegi, ſignoque nomine & *cognomine* meis ſolitis & conſuetis una cum ſepe dicti Domini Epiſcopi *Raceburgenſis ſigilli* appenſione conſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum premiſſorum. *ſolennia notarii.*

NVM. IV.

Littere EXCVSATORIE Illuſtriſſimi Principis & Domini, Domini FRIDERICI, Electi Regis DANIAE, legitimi heredis Regni NORVEGIE, Ducis SLESVICENCIS atque HOLSATIE, ad ELECTORES ceteroſque PRINCIPES atque univerſam GERMANICAM nationem: quibus clare indicatur, qua ex neceſſaria cauſa *Regia* ſua *Dignitas* adacta ſit, ſe cum Potentiſſimo Illuſtriſſimoque Principe & Domino, Domino CHRI-

STIERNO ALIQVANDO *Rege* DANIE in apertum bellum immittere, *An.* 1523.

TITVLI *Regis* Daniae & Germaniae *ordinum.*

OMnibus & ſingulis ELECTORIBVS, ceteriſque PRINCIPIBVS Eccleſiaſticis atque Secularibus, COMITIBVS, BARONIBVS, EQVITIBVS, CONSVLIBVS, VICARIIS, OFFICIATIS, SCVLTETIS atque COMVNITATIBVS, denuntiamus Nos FRIDERICVS *Dei gratia, Electus Rex* DACIE, verus heres *Norvegie*, Dux *Sclesvicenſis* atque *Holſatie*, *Stormarie* atque *Ditmarſorum*, Comes in *Oldenburch* atque *Delmenhorſt*, amicabile noſtrum ſeruitium, ſalutem, fauorem, gratiam atque omne bonum. *Reverendiſſimi*, *Illuſtriſſimi*, *Reverendi*, *Illuſtres*, *Nobiles*, *Generoſi*, *Docti*, *Honeſti*, *Providi* atque *Prudentes*, *Conſanguinei*, *Affines*, Amici SPECIALES. Relatu *Veridicorum* peruenit ad nos, quomodo prepotentiſſimus princeps, dominus CHRISTIERNVS, *quondam Dacie Rex*, Conſanguineus noſter atque *hoſtis manifeſtarius*, multis *amicis* noſtris conqueratur: quod ipſum aduerſus principalem fidem noſtram, litteras ſigillatas, etiam refragante compromiſſo, tam ab Electoribus, quam aliis principibus erecto, ex animi noſtri libidine, improuiſis rebus oppugnauerimus, deque regno *Dacie*, terrisque hereditariis principatibus *Scleſuicenſi*, *Holſatie* atque *Stormarie*, vi atque violentia detruſerimus, ea re nos erga *dilectiones veſtras* aliosque tanquam litterarum atque ſigillorum noſtrorum immemores ſuggillando atque infamando. Et licet ea nobis inique, nulloque noſtro demerito obiiciantur: Verum tamen, ut *D. V.* atque ceteri noſtram innocentiam & ex quam magnis grauaminibus ad hoc bellum coacti plane conſiderare poſſint, ſtatuimus, ad hoc impulſi, noſtram defenſionem D. V. ceterisque ad protegen-

Quibus aperit cauſas belli aduerſus Dania *exutum regem* Chriſtiernum.

Hoſtem & conſanguineum.

Ne occupentur falſis narrationibus.

tegendum honorem noſtrum ſcriptis deſtinare. Habent autem ſe res hoc modo. Vniuerſis tam in Regnis *Dacie*, *Suecie* atque *Norvegie*, quam in principatibus *Sclesvicenſi*, *Holſatie* atque *Stormarie*, cognitum atque manifeſtum, quod potentiſſimus atque illuſtriſſimus princeps & dominus, dominus CHRISTIERNVS *primus* eius nominis dominus ac pater noſter pie chriſtianeque memorie, hec regna *Daciam*, *Sueciam* atque *Norvegiam* cum principatibus *Sclesvick*, *Holſatie* atque *Stormarie* quamdiu vixit habuerit, poſſederit, rexerit atque gubernauerit, & demum IOANNEM fratrem noſtrum primogenitum & nos poſtea genitum *filios* legitimos ex corpore ſuo heredes poſt deceſſum regie ſue dignitatis ſuperſtites reliquerit. Verum quia predictus dominus & frater noſter vivente domino parente noſtro laudabilis memorie, ut *primogenitus* in *regem Dacie* electus, ideo parens noſter in ultima ſua voluntate ordinauit atque conſtituit: ut nobis tantum atque unico principatus *Stlesvick*, *Holſatie* atque *Stormarie* cederent dimitterenturque. Iuſſaque Domina atque MATER noſtra laudabilis memorie, aſſociatis aliquot *Epiſcopis* atque *Conſiliariis*, nos poſt mortem paternam in predictos principatus inducere. Quod predicta Domina MATER noſtra, poſt fatalem deceſſum domini atque coniugis ſui, aſſumtis Epiſcopis atque conſiliariis, eo noſtro, quo iuſſa, fecit, exequendo nos in *pupillaribus* annis noſtris, &, ubi vix etatem *nouem annorum* impleueramus, in predictos principatus induxit. Verum ubi etiam nobis ab *incolis* predictorum principatuum conſuetum iuramentum *ſubiectionis fidelitatis*que preſtandum erat, quum ea res in noticiam domini fratris noſtri

Voluntas CHRISTIANI *an. 1481.*

ut REGNA *habe et* IOHANNES *primogenitus*,

DVCATVS *vero alter natu* FRIDERICVS.

Inde MATER *occupat hos, ut* TVTRIX.

ſtri peruenit, continuo predicti principatus atque incole in *minoribus* annis noſtris vi atque violentia oppreſſi per *fratrem* noſtrum, tandem eo neceſſitatis ſunt adacti, ut *ipſi* eque ac *nobis* ſubiectionem atque fidelitatem coacti iurauerint. Nec hic finis iniurie ſtetit. Verum ad libitum placitumque animi ſui arces, oppida, vicus, caſtella, redditus atque prouentus ſuo arbitratu ſic *partitus* eſt, ut nobis *minima* eorundem *pars* ceſſerit addictaque fuerit; TVTELE ſe ingeſſit, eandemque absque calculo usque in maiores annos noſtros ſibi prorogauit. Sed, ubi nos ad plenam etatem virilemque vigorem peruenimus, inſtanter apud dominum & fratrem noſtrum primum adminiſtrate *tutele* rationes, fraternam inſuper equalemque diuiſionem petiuimus. Inſuper pro legitima noſtra portione regnum *Norvegie*; ex quo hoc regnum ſemper *hereditarium* fuit interpellauimus, etiam principalem illam *pecuniam filiis Regum Dacie elocandis* dare conſuetam, ad hoc *centum millia florenorum* a terris noſtris hereditariis pro fratre noſtro exoluta. Tamen nullum effectum noſtre equiſſime fraterne hereditarieque petitionis obtinere potuimus, licet etiam de his ſepius dominis amicisque noſtris conqueſti ſimus, qui ob eas cauſas pro nobis quoque precati ſunt: hec tamen omnia a domino fratreque noſtro *contemptim* ſunt conſiderata & quando predicta ab ipſo iure atque iudicio proſequi volebamus, noluit dilectio ſua aliquem iudicem atque ſuperiorem (ad pretextum, quod inunctus *Rex* foret,) recognoſcere. Verum ſuper varias, quibus nos eluſit, fruſtrationes amplius reſpondit: ſi his paucis nobis in promptu addictis nollemus ſatiari, quod eisdem nos etiam vellet deſtituere & ſibi

Deſtituit eam & pupillos terra *ac tutela* IOHANNES.

Inde ad reddendas rationes tutelares

& dotandum filios 100000 fl. ex hereditario Norwegiae *regno.*

ſed fruſtra.

ſibi eadem etiam vi retinere. Propterea non potuimus devenire ad aliquam *iudicialem actionem*, coactique ſumus pergravia hec usque ad *obitum* eius pacienter ſufferre. Nec poſt *deceſſum* eius noſtram actionem omiſimus, ſed pari modo apud filium eius Regem CHRISTIERNVM ſecundum eius nominis intentisſime egimus, eademque reſponſione, ſicut prius nobis nedum obviatum eſt. Verum illis non ſatiatus ſuper ea, animum ſuum, plurimis duris *atrocibus* haud quaquam amicis conatibus adverſus nos detexit, - - - quod licet nobis ad *regiam* fidem adpromiſſum, nihil apud *Ceſaream* Maieſtatem modo regentem in preiudicium noſtrum principatusque *Holſatie* ſeſe elaboraturum, tamen his omnibus oblivioni datis, *inſcio* nobis, noſtriſque profectus ad Ceſaream *Maieſtatem*, eandem nimis largis longeque conquiſitis *ſuggeſtionibus* eo induxit, ut adverſum depacta addictaque, nos *heredesque* noſtri *perpetuis temporibus* principatum *Holſatie* ab eo ſuisque heredibus in *feudum* gerere habereque debere-mus. Quod quidem nobis atque incolis eiusdem principatus nullo pacto tolerabile, nec ambiguum, ſi *Ceſarea Maieſtas* ſitus atque conditionis eiusdem principatus iuxta veritatem inſtructa fuiſſet, quod ad hunc tractatum, *ſine ſcitu atque conſenſu Electorum* ceterorumque principum non ſuſtinuiſſet ſeſe induci, ſed nos multo magis apud Sacrum *Romanum Imperium* germanicamque nationem defendiſſet atque tutata fuiſſet. Cum autem a *conſanguineo* noſtro ad ſumendam *inveſtituram* principatus *Holſatie* cum effectu requiſiti eſſemus, de eo & nos, una cum *epiſcopis*, *prelatis*, *equeſtri ordine*, *oppidis* atque *communibus* incolis non parum & evidenter nos pregravatos offen-

Pergit in hac iniuria Ioannis filius CHRISTIERNVS II. *an.* 1514.

Imo adduxit illas coegitque auctoritate Caeſarea FRIDERICVM, *ut* Holſatiam *a Danis rege in* feudum *ſuſciperet.*

Quod fieri non debuit ſine Germaniae principum *conſenſu.*

offendimus, neque aliqua ratione aſſenſum prebere voluimus. Quapropter ad varios amicabiles *tractatus* devenimus, interque alios conventus KOLDINGE in regno *Dacie perſonaliter* apud eum comparere non dubitavimus, amicabilium atque inter conſanguineos dudum initarum *concordiarum* percupidi, ſed ea re nedum nihil fructus effecimus, verum nobis, tametſi confiſi de regia fide illuc venerimus, *patibula nocturne quietis* tempore ante hoſpicium in quo degebamus, erecta. Quid inde amicicie boni affectus conſanguinitatisque coniicere potuimus permittimus unicuique liberam eſtimationem. Per hec autem res in longum deducta, indiesque *maior diſſenſio* atque *ſeditio* gliſcebat, ita quod omnia *ad apertum bellum* ſpectare videbantur. Verum cum interim *illuſtriſſimi* etiam *reuerendiſſimi* in Chriſto *principes*, dilecti *affines*, *conſanguinei* atque *amici* noſtri Dominus IOACHIM, *Marchio Brandenburgicus princeps*, *elector*, *Dominus* ALBERTVS *dux* MAGNOPOLITANVS, *&* *Dominus* HEINRICVS *epiſcopus* RAZEBVRGENSIS in terras noſtras hereditarias venere ea mente, ut inter conſanguineum noſtrum Regem *Chriſticrnum* & Lubecenſem eorum amicos atque adherentes amicabiliter tractarent, ubi noſtras diſſenſiones offenſionesque intellexere, dilectiones eorum ex ſingulari amicabilique cognatione, qua utrique noſtrum coniuncti, ſeſe interpoſuere negotio, media viasque per quas ſecundum mutuam neceſſitudinem amiciſſime concordaremur perquiſiuere, variisque habitis tractatibus cum utriusque partis ſcientia atque voluntate nos aliquo modo diremerunt. Hoc ſcilicet modo: ut ſupradictus conſanguineus nepos noſter illam, quam pretendebat *infeudationem* prin-

Inde conuentus KOLDINGENSIS.

Concuſſi metu & viſu diræ crucis

Inde belli incendia.

Et internuncii 1) Brandeburg, 2) Meklenburg, 3) Razeburg

Ac tranſactio

principatus Holſatie, contra nos intercidere permitteret, adhoc nobis XI CIↃ marckarum, quas nobis iuxta *ſigillatas litteras* multis annis debuit, in *vorſura* atque conuentu ad feſtum trium Regum KILE Anno XXIII. adnumeraret, ſimili modo etiam deciſum, ut neque ius neque ſententia inter *epiſcopos*, *prelates* atque *equeſtrem ordinem principatuum Sclesvick*, *Holſatie* atque *Stormarie*, absque noſtra noſtrorumque ad hoc ordinatorum conſiliariorum preſentia atque ſcientia redderetur, & ſi conſanguineus noſter aliquam *actionem* contra nos ſe habere putauerit, eandem nobis ad feſtum Martini anni XXII. deſtinaret. Quantum vero ad hereditariam peticionem regni *Norvegie*, principalem *elocationem* atque *amandationem* noſtram e regno *Dacie*, etiam ius hereditarium principatuum *Sclesvick*, *Holſatie* atque *Stormarie* inſuper ad rationes TVTELE pertineret, ſtatetur amicabili compoſitioni ſive *iudiciali* decreto *illuſtriſſimorum* atq; reverendorum principum dilectorū noſtrorū affiniū *patrui* atq; *amicorum* Domini IOACHIM *March.* BRANDENBVRGICI *principis electoris*, *Domini* BVGISLAI *ducis* STETINENSIS *Pomeranenſisque*, *domini* HENRICI *atq;* ALBERTI *fratrum ducum* MAGNOPOLENSIVM, *& domini Heinrici epiſcopi* RATZEBVRGENSIS, *qui circa feſtiuitatem pentecoſtes* SEGEBERGE *ducatus* Holſatie conuentum indicerent, quemadmodum hec fuſius pleniusque in RECESSV atque COMPROMISSO ſuper his rebus erecto continetur. Hec tamen omnia IN OBLIVIONEM poſita, VNDECIM ℞ LA MILIA MARCARVM argenti, iuxta regiam adpromiſſionem minime eſſe exoluta, neque iuxta conuenta adnumerata. Similiter aduerſum erectas CONCORDIAS, inſciis nobis noſtriſque conſiliariis inter aliquos *equeſtris ordinis* principatu-

1 de inueſtitura Holſatiae.

2) ſolutione ſummae.

3) portione ex Noruegiae regno.

4) elocatione & apanagio

5) tutela

SEGEBERGENSIS conuentus.

um SCLESVICK atque HOLSATIE IVS REDDITVM atque ſententie dicte nec ſecundum contenta *compromiſſi* nobis actiones atque peticiones, quas ſe habere pretendebat, unquam miſſe; ſed multo magis in euidentiſſimum detrimentum preiudicium atque principatus *Holſatie* libertatis diſpendium miniſtros atque officiales ſuos ad SEGENBERGENSEM arcem CAPITALEM ducatus HOLSATIE miſit, turrimque vocatam *blaviam* poſt erectum RECESSVM, qui muro recluſa fuit, aperire fecit, omniaque ac ſingula priuilegia, gratias pleraſque ſub *aureis* BVLLIS ante *quadringentos* annos predicto principatui a *Romanis Ceſaribus* atque regibus conceſſas nobis atque ipſi ſimul *equaliterque* ibidem, tanquam DVCIBVS HOLSATIE, in fida cuſtodia depoſitas, inde ABSTVLIT & ex eodem principatu (qui *Romano Imperio* incorporatus exiſtit) avehi, alioque extra Imperium apportari fecit. Ex quibus omnibus experimentum cepimus, nullas nobis neque litteras neque ſigilla ſervari, erectos *electorum* aliorumque *principum* receſſus non executione mandari. Ad hec in veram cognitionem quoque pervenimus; nos tam corporis noſtri proprii, quam terrarum atque ſubditorum potiſſimum conſiliariorum noſtrorum in magno periculo ſtare oportere. Ideo ex iuſto talique METV, qui etiam in quemcunque conſtantem virilemque hominem cadere poſſet, ut corpus noſtrum, terras atque homines tutari atque protegere poſſemus, commoti ſumus olim, ſepe dicto conſanguineo atque nepoti noſtro nos in apertum bellum, in ſenilibus exactiſque annis noſtris, conſtituere, a quo tamen multo libentius etiam aduerſus exterum aliquem, ut ſileamus contra illum, qui nobis arcta propinquitate coniunctus, ſi apud

ARCHIVI *Holſatiae ſpolium.*

Incorporatae imperio.

Inde litterarum praeſidio deſtitutus.

Inde METVS *virilis.*

pud ius atque equum manere potuiſſemus, neque tam corporis noſtri, quam terrarum atque hominum tam magna pericula ſubſtinere coacti, abſtinuiſſemus. Ex his igitur dilectiones veſtre atque alii *faciliter eſtimare poterunt*, nos non niſi magnis ex cauſis ſupremaque humana neceſſitate ad eiusmodi bellum compulſos. Ideo *dilectiones veſtras* amiciſſime rogamus atque ab aliis benigne petimus atque poſtulamus, ſi a ſepe nominato conſanguineo atque hoſte noſtro, *Rege* CHRISTIERNO querimoniis miſſis ſiue aliter pro conſilio, ſubſidio, adiutorio atque aſſiſtentia implorati fueritis, ut illis neque locum neque fidem detis, nec ipſum ad requiſicionem ſuam in ullo *promoueatis*; neque veſtris hoc facere permittatis; verum magis nobiscum tam magnorum *grauaminum*, ſuppreſſionum, violentiarum iniquorumque conatuum, amicam, CHRISTIANAM, beneuolam generoſamque compatientiam geratis atque habeatis. Hoc a D. V. amiciſſime promerebimur, & erga alios fauorabiliter compenſabimus, & in bono conſiderabimus, atque ſemper pre oculis habebimus. DATE in *Caſtris* noſtris ante *Copenhagen*, octava die menſis Iulii, anno CIↃ IↃ XXIII.

Atque adeo cauſa belli.

Dehortatio ne ordines imperii AVRES *dent* DEIECTO REGI.

Datum 1523.

NVM. V.

CAVSE, cur Reuerendiſſimi in Chriſto, Nobiles, Generoſi, Reuerendi, Preſtrenui atque Honeſti *Epiſcopi, Prelati, Barones, Equeſtris Ordo, Opida* atque omnes *Incole* Regni DACIE *iuramentum, ſubiectionem, fidelitatemque* Regi CHRISTIERNO renunciauerunt, illuſtriſſimum-

mumque principem atque Dominum, Dominum FRIDERICVM Holſatie Ducem, Regem ſuper totam Daciam ELEGERVNT.

Titulus DANIAE *ordinum ad ordines* GERMANIAE

VNiverſis *&* *ſingulis* ELECTORIBVS, *ceteriſque* PRINCIPIBVS *Eccleſiaſticis atque Secularibus*, COMITIBVS, BARONIBVS, EQVITIBVS, CONSVLIBVS, VICEDOMINIS, SENATORIBVS, SCVLTETIS, PREFECTIS, OFFICIATIS, ADMINISTRATORIBVS, CIVIBVS *atque* COMMVNITATIBVS provinciarum atque civitatum, denunciamus nos *Epiſcopi*, *Prelati*, *Barones*, *Equeſtris ordo*, *civitates* etiam omnes & ſinguli *incole* Regni DACIE amicabile ſervitium, ſalutem, favorem, gratiam atque omne bonum. Reverendisſimi, Illuſtrisſimi, Illuſtres, Reverendi, Generoſi Nobiles, Docti, Honeſti, Providi atque Sapientes, gratioſi Domini, boni Amici, atque precipui. Satis notum atque manifeſtum eſt, uti ſperamus, in omnibus Regnis Chriſtianis, principatibus, nationibus atque communitatibus in orbe Chriſtiano, notabile *famoſumque Regnum Dacie* ſituatum eſſe, quod iuxta alia regna omni *regali preeminentia*, dominio atque decore multis annis *privilegiatum* atque *decoratum* fuit, quemadmodum in hodiernam diem quoque *privilegiatum* atque *exemtum* exiſtit; ſic, ut predictum regnum eiusdemque aſſumti *delectione Reges* nunquam ullam *temporalem ſuperioritatem* atque dominium recognoverint; verum omnibus temporibus *Archiepiſcopis*, *Epiſcopis*, *Baronibus*, *Prelatis*, *Equeſtrique* ordini *liberum* atque *apertum* fuit poſt debita iuramenta ſecundum conſcientiam ſupremumque ingenii captum ad ſalutem tutelamque Regni atque communis patrie Regem & dominum, cuius ductu gubernatione atque exem-

DELECTIO REGIS *&* *electio noui R. notoria.*

DANIA *regnum exemtum & pri*uilegiatum.

Electitium.

Regibus mortuis apertum *ordinibus.*

exemplo Regnum ſecundum Chriſtianas conſtitutiones atque ordinationes, & iuxta iura ſcripta laudataſque conſuetudines eiuſdem regni gubernaretur ad conſolationem miſerorum atque oppreſſorum hominum profectionem viduarum atque orphanorum deligere. Qui ſemper atque omni tempore ab inicio primeve aſſumtionis, conventuque proxime ſubinde celebrando ſemper obligatus fuit: ſeſe conſuetis debitiſque iuramentis predicto regno obſtringere atque deuincire. Licet etiam nobis tanquam ſtatibus atque conſiliariis, ut ſupra dictum, liberum & apertum fuiſſet, poſt deceſſum prepotentisſimi principis & domini, domini IOHANNIS, quondam *Regis* DACIE felicisſime recordationis, regem iuxta antiquitus introductam atque uſurpatam conſuetudinem noſtro arbitratu *deligere*: tamen regie *virtutes*, *iuſticia*, *magnanimitas*, *fortitudo*, *clementia* atque *pietas* Regum Dacie ex inclita DOMO HOLSATIE ortorum nos permouerunt, ut ante nominatum Regem CHRISTIERNVM ſecundum eius nominis, ea fiducia, quod ipſe velut *filius* Regis *Iohannis* e regiis veſtigiis tam avi ſui *Chriſtierni*, quam patris regie ſue dignitatis non excederet, verum multo magis ſecundum exemplum atque imaginem eorum gubernaret, *vivente* eodem Rege *Iohanne* in Regem & Dominum ſuper *Dacieam totam* deligeremus aſſumeremuſque, poſtquam ELECTIONEM etiam *Illuſtrisſima* dignitatis ſua *iuramentis* atque obſtrictionibus corporaliter per *Deum* & ad ſacra preſtitis, nobis *Archiepiſcopis*, *Epiſcopis*, *Baronibus*, *Prelatis*, *equeſtri ordini*, *civitatibus* atque *communitatibus* ſepe dicti *Regni* ſeſe devinxit atque obligauit. Interque plures alios comprehenſi ſunt articuli huiusmodi tenoris:

Legibus regni ſubiectus rex.

Electio ex HOLSATICA *domo*,

vivo rege facta.

CAPITVLATIO *regis* DANIAE *iurata.*

Artic.

Artic. I.

Articuli 1) DEVM *colat & priuilegia eccleſia adminiſtris data.*

Deum pre omnibus rebus diligemus atque honorabimus. Ius *ſancte* eccleſie fortificabimus augmentabimusque. Omnia privilegia *epiſcoporum*, *prelatorum* & *eccleſiaſticorum miniſtrorum* a ſancta *eccleſia* & *chriſtianis regibus* data inviolabiliter ſervabimus.

Artic. II.

2) etiam REGNI *conſiliarios.*

Eciam Archiepiſcopos, *Lundenſem* atque *Truntbemenſem*, ſimiliter epiſcopos prelatos, *equites*, *equeſtrisque ordinis viros*, regni *conſiliarios* in honore, unumquemque ſecundum ſtatum atque conditionem ſuam obſervabimus dimittemusque.

Artic. III.

3) agat coram regni conſilio.

Item ſi aliquam *actionem* ad archiepiſcopos, epiſcopos ſive prelatos ſancte eccleſie eorumve miniſtros habuerimus, eandem competentibus locis coram *conſilio Regni* exequemur.

Artic. IV.

4) in cauſis cum uiro equeſtris ordinis RESPONDEAT *coram* REGNI CONSILIO.

Item ſi nos ſive officiati noſtri aliquam *actionem* ad aliquem *equeſtris ordinis* habuerimus, ſive ille in *conſilio regni* conſideat ſive non, eundem in ius vocabimus coram *communi conſilio Regni* ſive hoc pro *terris*, bonis, ſive ob alias cauſas fuerit; & ſicut obſtricti ſumus efficere, ut quisque ius ſuum obtineat, hic etiam obligabimur ad *ſtandum* unicuique iuri *coram conſilio regni*, & ad uniuscuiusque petitionem in iure reſpondere, & quicquid a conſilio regni in iure decretum, illi parebimus, nec aliquam indignationem concipiemus, ſi quis ad perſequendum ius ſuum contra nos egerit atque interpellaverit.

Artic. V.

5] de milite peregrino non intro-

Debemus etiam absque ulla *prerogativa* neque favore neque *donis pauperi* atque *diviti*, extraneis ſicut

ſicut incolis equabile ius reddere, viciſſimque accipere. Nullum etiam bellum apparabimus, neque *extraneos milites* neque *potentatus* regno introducemus, ſine *communis conſilii regni* permiſſu atq; aſſenſu; *literas* noſtras atque *ſigilla* etiam domini & *patris* noſtri Regis IOHANNIS *litteras* atque *ſigilla* in pleno robore ſervabimus, debitaque eiusdem manifeſta atque reſcripta exolvemus. MONETA quam cudemus erit proba atque valida, ut *duo marce* ſatisfaciant pro floreno uno Rhenenſi.

ducendo in regnum.

6) ſeruandis codicillis maiorum.

7) lege monetaria.

Artic. VI.

Item nos CHRISTIERNVS obſtringimus, nos omnes & ſingulos *articulos*, quos IVRAVIMVS incolis Regnorum Dacie atque Norvegie tam firmiter ſeruare, quam incole *obligabuntur* ad ſeruandum iuramentum ſubiectionis atque preſtitam fidelitatem.

8) agnoſcat OBLIGATIONEM RECIPROCAM *regis & ſubditorum.*

Artic. VII.

Si vero *contra preſcriptos articulos* fecerimus, neque nos a *conſiliariis Regni* ulla ratione in melius inſtrui permiſerimus, quod Deus prohibeat, extunc omnes *inhabitatores regni* ſub vinculo honoris iuramentorumque fideliter cooperabunt, ut hoc auertatur, eoque iuramenta *ſubiectionem*, *obſtrictionem* atque *fidelitatem*, quam nobis facere debent, minime rumpent atque infringent.

9) ſi contra factum, ſubditi liberi *ſint a* nexu *ſubiectionis.*

Cum aliis compluribus articulis, qui hic ſtudio breuitatis omittuntur.

Verum ut regia ſua dignitas ſuper eiusmodi iuratos articulos ad ampliorem maioremque regiam virtutem etiam ad manutenendam Chriſtianam ordinationem ardentius incitaretur, percupidiorque redderetur, perquiſivimus opportunitatem, vias atque modus, ut ipſi illuſtrisſima princeps domina ELISABETHA ex *regio ſtemate* Regnorum

Pro rege in officio continendo

matrimonium cum principe Hiſpana.

rum *Hiſpanie* orta, *Archiduciſſa Auſtrie*, matrimonio iungeretur, ſperaſſemusque, quod regia ſua dignitas ad incitationem atque exhortationem tam nobilis virtuoſiſſimeque *Regine* ex nobilisſimo rariſſimoque ſanguine oriunde, etiam conſideratione tam magne atque notabilis ſummeque CESAREE atque REGIE affinitatis ad omnes chriſtianas regiasque virtutes clementiam atque regimen permota fuiſſet; ſed animus regie ſue *dignitatis* ſtatim poſt ſuſceptam *coronam* longe contra *noſtrum* ſperatum in truculentiam, tirannidem, avaritiam *ſanguinolentiamque* verſus atque alteratus eſt, quod tamen nos non animo neque voluntate, *regiam ſuam* dignitatem *infamandi*, atque eidem *iniuriandi*; ſed ad eum finem memoravimus: quod ex magna ſupremaque necesſitate impulſi atque ad *protectionem bonoris* noſtri *violenter* adacti ſumus, & ad hoc tantum ſcriptum volumus ſuper quo expreſſe atteſtamur proteſtamurque coniugalique fide atque promisſione, nobilisſime virtuoſiſſimeque Regine preſtita, in oblivionem poſita, turpem, pravam infamemque extraneam ignotamque vetulam, SYBRECHT vocatam omni virtute pudoreque denudatam atque vacuam ad *impudiciciam* vitiaque omnia pronam, *proprie filie proſtitutricem* atque *lenam*, nobiliſſime *Regine* atque coniugi in ſtatu, dignitate, vita atque regimento longe ante poſuit, eedemque pre omnibus *conſiliariis* regni regimentum ſuper totam Daciam in manus quaſi contradidit, ob cuius fedam gubernationem ſceleratumque inſtinctum multa magnaq; latrocinia & homicidia paſſim perpetrata, iniuſteque in ſanguinem & bona inſontium variis modis deſevitum eſt. Et quum *Reginalis* gratia, quam ſemper pro *Domina* atque *Imperatrice* noſtra ob-

Sed hoc negligit rex.

Cui ex probatur 1) adulterium turpe cum famoſa anu

2) mulicbre regimen,

ſtra obſervavimus ſepius per honeſtam dominam *Annam Holgerſſen*, eiusdem reginalis gratie, in gratiam curie aviſaretur ad amiciſſime amovendum dominum atque coniugem, ut a tam *ſceleſtata vita* chriſtianum, coniugalemque ſtatum minimeque regiam dignitatem decente, abſtineret placabiliorque eſſet, hoc quamprimum in notitiam regis vetuleque deductum, ſtatim honeſta domina ob tam chriſtianam *exhortationem* inſtinctu *pravisſime vetule* miſerabiliter immeritoque officio deſtituta, e *regno in exilium* expulſa atque exacta omnique mobilium impignoratorumq; bonorum poſſeſſione ſpoliata eſt. Similiter honeſtum atque validum TORBARVM OXEN ad incuſationem regie dignitatis, quaſi predicte *Sibrechte* filiam *malo veneno intoxicaſſet*, cuius infons repertus & a communi conſilio regni ab accuſatione ficti criminis liber atque ſolutus pronunciatus, miſere in dedecus atque contumeliam danice nobilitatis ad mendacem impie ſceleratiſſimeque vetule ſuggeſtionem capite truncari fecit. Nobiliſſimam & ex CATHOLICA ſtirpe genitam CONIVGEM ſuam LVTHERANA *hereſi* infecit, eiusdem hereſis *pullulatores* contra ius pietatemque in regnum *noſtrum catholicum* introduxit, Doctorem CAROLOSTADIVM, fortiſſimum *Lutheri Athletam* enutriuit. Demum ipſo ab *adminiſtratione* regni *depoſito* ad eundem LVTHERVM in *Wittenberga* confugit, relicta *orthodoxa* & *auita fide*, pertidiſſimis ac *venenoſis* eius dogmatibus innititur, adeoque inſeruit: ut aliquando a MARCHIONE BRANDENBVRGENSI principe *electore*, ne tante *perfidie* relicto *Luthero* inhereret, reſpondiſſe fertur: *Se malle omnia* TRIA REGNA *perdere, quam* ſacra Ro*tante* DOCTRINE CATHOLICE, (imo perfidie) *ho-*

3) *tyrannis in matronam in regiae comitatu.*

4) *figmenta criminum aduerſus innocent.*

OPPRESSIO *auctorum* SACRORVM.

LVTHERI & CAROLSTADII *dogmatibus fide data & coacta ad eam uxore.*

Formula execrandi ſacra Romana.

s] bellum ſine conſenſu ordinum ſuſceptum.

minem relinquere. Tametſi etiam regia ſua dignitas *magnum apertum* que *bellum* contra preſtita iuramenta abſque ſcientia & voluntate noſtra contra *Sueciam* excitauerit; tamen ut omni modo regia ſua dignitas fidelem noſtrum animum perſonam ſuam regiam atque nomen ſublimandi imperia eius ex ferarum nationum ſubactione atque adiectione ampliandi atque in obedientiam ſubiectionemque redigendi conſiderare poſſet: expoſuimus omnes corpora & bona, terras & homines in maxima pericula, bellumque in ſeptimum annum variis eventibus, contra prepotentiſſimum regnum Suecie crudele geſſimus, poſtremoque cum profuſione ſanguinis noſtri, etiam eradicatione floris Danice nobilitatis, non ſine Dei adiutorio victoriam adverſum predictum regnum obtinuimus, & Suecios regie ſue dignitatis dicioni obedientes fecimus: Verum ut eiusmodi *regnum* perpetua fide regie ſue dignitati adherere poſſet, preſtitum eſt tempore *coronationis* in *Suecia* a regia ſua dignitate iuramentum per *Deum & ſacra*, quod *Suecis* omnia antiqua iura, libertates atque priuilegia inconcuſſa dimitteret, etiam geſti belli, rebellionis defenſioniſque nullo unquam tempore reminiſceretur, neque poſt hoc aliquam indignationem perpetuis temporibus ob id aduerſus eos conciperet, quod eo modo etiam ob diffidentiam *Sueciorum* erga regiam dignitatem per aliquos epiſcopos, prelatos atque equeſtrem ordinem *Dacie* pro regia ſua dignitate in ſpem gratie Regis beneuole fideiuſſum litteriſque ſigillatis deſuper confectis ſancte adpromiſſum. Cum autem regna provincie atque homines armis atque violentia ſuperate ſolum *clementia* iure atque iudicio retineantur; tamen eius

t) tyrannis aduerſus Suecos.

ius regia ſua dignitas male memor fuit, & tam magnis rarisque *iuratis ſacramentis* obliuioni traditis, tertia poſt aſſumtam *coronam* die, epiſcopos, prelatos, equeſtrem ordinem, conſules atque officiatos ad ſpeciem aule regalis *conuiuii* ſive menſe addicialis ob obtentam a Deo *victoriam* ad congratulandum ad ſe evocavit, qui etiam ad *regiam fidem* atque vocatum cum amicis, uxoribus atque liberis nihil aduerſi pertimeſcentes, obedienter preſto comparuerunt: ſed qui amiciter inuitati hoſtiliter excepti ſunt, congratulatioque eorum verſa in triſtitiam luctumque. Ex *tirannica* etenim *maleuolentia* ipſis nefarie obiectum, quod ſparſo in regia *puluere tormentario* regem intus exurere voluerint, cum tamen ex veriſſima inueſtigatione compertum, per ipſummet regem inſidioſe eo loci *puluerem repoſitum*, aſſumptamque cauſam mortis, cum intellexit ſibi alias cedis faciende poteſtatem non dari aduerſus eos, quos iure torquere punireque nequiuit, *doloſiſſimeque* effictam. Reuerendiſſimi itaque in Chriſto preſtrenui atque honeſti *Mathias* STRENGENISSENSIS & Dominus *Vincentius* SCHARENSIS EPISCOPI, ſimiliter LXX. equites pluresque equeſtrisque innocentes viri etiam multi conſules *ſenatores* atque *ciues*, una die *ſine crimine*, ſine *accuſatione*, ſine *teſte*, *inauditi*, *indefenſi atque indamnati ex* TIRANNICA *violentia aduerſus regiam fiduciam* atque fidem immerentes, proh ſcelus! poſt *epulas* interfecti & usque in tertiam diem omnibus veſtibus exutos, nudos ante conſpectum omnium in foro Stockholme fede laniatos, poſtremo ignibus cremari fecit. Et licet *confeſſionis* ſecundum *Chriſtianam* inſtitucionem *faciende* percupidi fuiſſent: hec tamen ipſis ex *inuidiſſimo*

7] *conuiuium cruentum.*

8] *figmentum regicidii intentati.*

9] *ſupplicium immane de innocentibus.*

ſoll. Marggraff *Albrechts* ſache ſoll alda auch furgenommen vverden. Der liebe Gott gebe gnade darzu, das ſie möchte vertragen vverden. Es iſt Marggraff *Albrecht* noch immer kranck, und ſagen die Medici offentlich, das ime mit gifft vergeben ſei, und das er nicht lange wird leben können. Der König Ferdinandus und die Reichs ſtende haben in der *Liefflendiſchen* Sachen geordnet zu Commiſſarien den Churfürſten zu *Sachſen*, den Ertzbiſchoff zu *Coln*, den Hertzogen von *Gulich*, und die Fürſten von *Pommern* und die Stad *Gorslar*, das dieſelbige *Kriegshandlung* auch möchte abgeſchaffet werden. E.K.M kan ich auch nicht untertheniglich verhalden. Nachdem das *Meckelburgiſch* Kriegsvolck geurlaubt worden iſt, das, viel Frantzöſiſcher practiken in *born* gefallen ſind, denn man in guter kundſchafft iſt, das wo die Kriegsrüſtung aus *Sachſen* der Kron Franckreich hette können *zugepracticiret* werden, das der König abermals in eigner Perſon einen Zug ins *deutſchland* auff *Strasburg* herauſſer wolte furgenommen haben. In den Nidderlanden, ſo hat der Printz von *Engeland* die Hiſpaniſche *inquiſition* aufgerichtet, und iſt eine groſſe verfolgung wieder die armen Chriſten drinnen. Derhalben haben die verfolgten *Chriſten* daſelbſt an die *Proteſtirende* Stende auff dem *Reichstage verſamlet ſuppliciret* und gebeten, ſie gegen dem Printzen von *Engelland* zu verſchreiben und zu verbitten, das die Tiranney gelindert werden möchte. Will bey der nechſten Bottſchafft E. K. M. ein Copey deſſelbigen ſchreibens zu ſchicken. Mein gnediger Herr, Hertzog *Johans Wilhelm zu Sachſen* iſt mit 60. Pferden am vergangenen Sonabend auff geweſen nach *Mecklenburg*

Cauſa Liuonica commendata commiſſariis.

Conſilium Galliae R inuadendi Germaniam adiuto-e Saxone.

Inquiſitio S. Belgii inchoata.

Belgae implorant ideo Germanos.

Iter Sax. D. Ioan. VVilhelm Meck-

lenburg, alda Hertzog *Iohanns Albrechts* iungen Herrn zur *Tauffe* zu helffen. Man ſaget, das der *Orden in Lieffland* bei dem Printzen von *Engelland* umb hülffe und entſetzung angeſucht hab, und ihnen die auch ſei vertröſtet worden. Will E K. M. und andern gebüren ſich wol fur zu ſehen, das die *Burgunder* nicht auff die *See* kemen, denn man dardurch occaſion nemen würde zu etzlichen hendeln, der man lange zeit heimlich practiciret hat. Uberſchicke E. K. M. auch alhier ein *prodigium zu Wittemberg* neulich geſehen. Befehle E. K. M. hiemit in den gnadenreichen *Schutz Gottes* des almechtigen, mit wündſchung eines glückſeligen und fröliſchen neuen ihars, und erbietung meiner unterthenigſten dienſten und gebets. *Gegeben* den 19. Januarii anno 1557.

lenburgum baptiſmi cauſa. *Ordo Liuon. ſuppetias ab Anglis.* *Prodigium VVittembergenſe.* *Votum.* *Datum 1557.*

E. K. M.

unterthenigſter diener

Ioannes Aurifaber.

NVM. XX.

Martini LVTHERI familiae herciſcundae iudicium, Wittebergae cum fratribus, ſororibus & affinibus inſtitutum & hac lege finitum. Habeat frater *Iacob.* LVDER bona paterna pro ſumma 1250 *florenorum.* Singulis *coheredibus* ſoluantur 250. *floreni.* Transactum CIↃ IↃ XXXIV. Ex Lutheri autographo.

Zu wiſſen ſey yderman dem dieſe meine handſchrifft fur kompt, das fur mir alhie zu *Wittemberg* erſchienen iſt mein lieber *Bruder*

Pactum familiae Luderanae de paterna he-

reditate Ioan. LVDERI. der *Jacoff* LVDER *Burger zu Mansfeld*, und mein lieber Schwager und Vetter *Pauel* MACKENKOT und *Georgen* KAVFFMAN, und unternander einen freundlichen beſtendigen *Vortrag* eingegangen und auffgericht, der *güter* halben unſers lieben *Vaters* HANS LVDER ſeliger. Nemlich und der maſſen: das *Jacoff Luder* dieſelbigen guter alleſampt hat zu ſich genomen und den andern allen yhr teil *abgekaufft* mit unſer bewilligung, auch meiner *Doct. Martinus*, an ſtat *Hans Polvers* und ſeiner geſchwiſtern, und ſind die güter von uns eintrechtiglich geacht und yhm auch ubergeben, als *dreizehendhalb hundert gulden* werd, das alſo einem iglichem Kinde *dritthalbhundert* gulden ſollen gereicht werden von genanten gutern unſers lieben *Vaters*. Und *Jacoff* LVDER, ſol itzt dato diſes briues *zweyhundert gulden* bezalen, darnach ierlich umb dieſe Zeit des iars auch *zweyhundert gulden*, bis er die andern erben vergnügt, und ſol bey yhm ſtehen ob er itzt oder zur *iglichen tage zeit* kundte oder wolte mehr ablegen. So haben wirs auch fur gut angeſehen, das *Pauel* MACKEROT, angeſehen ſeiner bitte und not, der erſte ſey der ſein *teil* empfahe, darnach *George* KAVFFMAN, auch aus notwendiger Urſach. Weil denn uns albhie ſolchs gut gedünckt hat, bitten wir unſer ander *Geſchwister, Vetter und VVaſen*, wolten yhn ſolchs laſſen auch gefallen, damit aller *unluſt* und *unwille* auffgehoben, welche wir auch hiemit *geſchlicht* und allerdinge *tod haben wollen*, hin fürder, als den natürlichen *Blutfreunden* ynn ſonderheit zimpt, bruderlich, freundlich, chriſtlich einander lieben und foddern. *Geſchehen* am X. Julii 1534. Amen. D. Martinus Luther eigener Hand. NVM.

Martino L. intercessore ac induce.

Iacobus LVDER *retinet bona paterna pro 1250. fl.*

Inde ſingulis liberis portio 250 fl.

Quae pecunia ſoluenda temporibus diuerſis

Inde finis litigioſae hereditatis Luderanae.

NVM. XXI.

Litterae pontificis GREGORII XIII. ad TRVCHSESSIVM archiepiſcopum COLONIENSEM, Gebhardum. In quibus ei exprobrat de illo ſparſa facinora rerum nouarum. Cum admonitione, ut uel purget ſe litteras uel redeat ad frugem CIↃ IↃ LXXXII.

Venerabilis frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Druchſianorum domum, non minus generis nobilitate, quam fidei Catholice ſtudio & conſtantia antehac floruiſſe, teſtis eſt inſignium uirorum, qui ex ea prodierunt, tùm antiqua túm recens memoria. Praecipue vero Cardinalis *Auguſtani*, qui principem in ea locum obtinuit, Apud quem tu pie & religioſe atque in conſpectu & gremio ſancte Romane eccleſie educatus, non paruam olim praebuiſti ſpem fore dignus tali genere ac diſciplina euaderes. Hinc noſtra erga te propenſio noſterque *paternus* amor initium habuit, qui poſtea ex grauium uirorum teſtimonio non ſolum confirmatus ſed & auctus, ut de te nobis uiciſſim optima & rectiſſima queque polliceremur. Succeſſit tempus illud, cum *electus* fuiſti a *Capitulo Colonienſi* in Archiepiſcopum illius Eccleſie, que electio, cum maximis implicaretur *difficultatibus* & uehementiſſime oppugnaretur & quaſi expugnaretur, tamen ea uſi ſumus erga te benignitate ut *ſublatis omnibus impedimentis* capituli iudicium & electionem de te factam approbaremus, confirmationis Apoſtolicæ robur adiecerimus. Ex his putabamus, neminem te aut religionis orthodoxæ, aut ſanctæ huius ſedis aut & diſciplinæ eccleſiaſticæ ſtudioſorem uel obſeruantiorem fore. Sperabant-

Gloria Truchſeſſiorum.

Educatio archiepiſcopi.

Fiducia in eum papae.

Qui eius promotor.

raba-

rabamuſque in tua *fide conſtantia* & ueritate & probitate uel maxime debere nos acquieſcere. Sed *dolemus*, & quidem grauiter dolemus, noſtram hanc expectationem, ex his, que de te, multorum literis, ſermonibus & fama ipſa quotidie ad nos perferuntur, non ſolum labefactatum & diminutam, ſed pene deletam, ac illa que circumferuntur talia eſſe & loco munereque tuo adeo indigna, ut ſine magno pudore exprimi non poſſint. Suſtinuimus nos certe, quoad potuimus, ne quidquam quod te indignum eſſet, crederemus. Sed cum rumor quotidie magis ingraueſceret, coacti ſumus, ſuſpenſo ac ſollicito de te animo eſſe, nec id diutius diſſimulare uoluimus. Monemus igitur te, ut fame & ſaluti tue in tempore conſulas, & ſi fortaſſe longiusquam oportuit, progreſſus es, te reuoces. Sin uero falſa ſunt, que obiiciuntur (quod potius uellemus), animum & ſenſum tuum aperias & declares, nec patiaris ex maleuolorum ſermonibus, perpetuum notam & ignominiam, tibi tueque agnationi & ordini Eccleſiaſtico inuri, cogitesque quid Deo, qui te ad iſtum ſublimem gradum euexit? quid ſedi Apoſtolice, que te ſingulari quodam amore & gratia complexa eſt, S. quid patrie, S. quid generi S. quid chriſtiano nomini S. quid publice vtilitati, S. quid deniq; ibi ipſi debeas, quoniam cum honorificentiſſimum locum teneas, non aliis magis quam tibi ipſi inimicus fueris; Si ita te geſſeris, ut merito inde exturbandus ſis, cum tamen nullo negotio eum tibi conſeruare, & magnus in Eccleſia Dei ac ſumma cum authoritate inter Imperii principes eſſe poſſis. Memineris quam difficiles & periculoſi ſint nouarum rerum exitus, & quantopere cauendum ſit prudenti & pio Viro,

Querela papae de aepiſcopo.

Rerum nouarum ſtudioſo.

Iudicio meliori dignus.

officium eſſe aepiſcopi, ut calumnias depellat. ſcripto, publice emiſſo

Dehortatio a nouitate.

ro, ne temere famam, rem, ſtatum, dignitatem, animam denique ipſam in extremum diſcrimen adducet (cuius rei non deſunt noſtra etate exempla, quibus doceri poſſit). At ſi longius fortaſſe prouecti ſumus, amori noſtro dignitatique ac ſalutis tue deſiderio id aſſignabis. Non enim dubitamus, quin paterna hec monita noſtra id apud te pondus habitura ſint, quod omnibus nominibus & iuſtiſſimis de cauſis debent: atque reipſa eam pietatem ac reuerentiam erga ſanctam hanc ſedem ſis aſſenſurus, qua nos recreati, te in dilectiſſimi filii loco, ſicut antea, ita & poſthac habere, & ea re letari maximopere poſſimus. Sed hoc literarum officio non contenti, mandauimus Venerabili fratri Archiepiſcopo Treuirenſi, ut ad te proficiſcatur, tecumque fuſius ea de re quam diligentiſſime agat, ac conſilium deliberationemque noſtram, clarius patefaciat, cui plenam fidem te habiturum non dubitamus. Date ROME apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris XVII. Decembris MDLXXXII. Pontificatus noſtri Anno undecimo.

Admonitio paterna.

Treuirenſi interceſſore.

Datum 1582.

Johannes Baptiſta Canobius.

Venerabili fratri Gebhardo Archiepiſcopo Colonienſi & ſacri Romani Imperii Principi Electori.

NVM. XXII.

Athanaſii Kircheri epiſtola ad ducem SLESVICENSEM FRIDERICVM de variis *inventis* Mathematicis CIƆ IƆC L.

Sereniſſime Princeps. Literas *Serenitatis veſtræ* humanitate & clementia refertas, per manus optimi iuvenis *Friderici* HOLSTENII mihi oblatas, ea animi voluptate legi, quam verbis vix explicarim. Et ſane, quod Ser. Veſt. meas apud ſe-

Extollit laudibus acumen ingenii in Duce Sleſuicenſi.

ſe nugas aliquid eſſe patiatur, id non tam meæ, ſi quæ ſit, perfectioni *ingenii* (novi enim, quam ſit mihi curta ſupellex) quam ſummæ cum primis *Ser. Veſt. benignitati*, atque innatæ *clementia* acceptum retulero. Quærit *Ser. Veſt.* in aliis, quibus uti abundat ita eadem ijs affatim communicare poterit, miratur illa in aliis, quæ alii, quorum ego *primus* ſum, unice in *Ser. Veſt.* admirantur & ſuſpiciunt, *regias* videlicet, & prorſus *heroicas* animi tui vere divini *virtutes & chariſmata* paucis conceſſa. Verum quandoquidem magnarum *mentium* iuſſa eo debent *inferiores* affectu recipere, quo leges ipſas ſubditi; *Tuæ* in me voluntati amplius refragari nefas duxi, quod ergo mihi veſtra impoſuit *Serenitas*, id ſuo me fulciente favore haud gravate exequar. Et primo *quidem*, quod *de globo* SINE MAGNETIS OPE in AERE PENDVLO tibi perſcribi petiiſti, proxima occaſione deſiderio *Ser. Veſt.* plene ſatis fiet. Ad illam vero artem novam, qua quivis etiam quantumvis imperitus & ἀμουσος QVALIBET LINGVA EPISTOLAS conſcribere poſſit, quod attinet, eam ſi *maturuiſſet*, haud dubie propediem communicarem; Verum cum opus iſtiusmodi infinitarum prope *rerum combinatione* conſtet; hominemque requirat, ſibi ſoli uacantem & ab omnibus *extrinſecis impedimentis* ac negotiorum tumultu abſtractum, quibus dum, ſi unquam, certo modo immerſum me reperiam, exſpectandum erit, donec preſentium negotiorum importunitate aliquantiſper exolutus, magno *alarum remigio*, eam *artem*, quam iam dudum ipſa *Sacra Cæſarea M.* inſtanter a me petiit, & *chriſtianæ Reip. Principibus* haud parum conducturam confido, cum bono DEO, occipiam.

de Globo, ſine Magnetis ope, in aere pendulo.

Illiterati ut epiſtolas quauis lingua ſcribant ars a Kirchero reperta.

a Cæſare & aliis Principibus expetita.

MVSVR-

MVSVRGIAM meam ante 4. circiter menſes ad *Ser. Veſt.* transmiſſam, iam non dubito acceperit; in cuius præfatione, quid per *memoratem artem* velim, intelliget. *Arcam* MVSVRGICAM, quam alias *Ser. veſt.* pollicitus ſum, per *Fridericum Holſtenium*, quem uti in huius, ita & in aliis *Ser. Veſt.* communicandis arcanis fideliter inſtruam, oportune transmittam. Cæterum ex literis ad *D.* MOKKE traditis mentem meam fuſius aſſequeris. Atque hæc ſunt, quæ *Ser. Veſt.* intimanda duxi, nihil igitur reſtat, niſi ut *Ser. Veſt.* quemadmodum coepit, ita porro me, unaque mecum *P. Theodorum* BERGIVM, gratia & favore ſuo protegere non deſinat; noſtrum interim erit, a *DEO opt. Max.* deſideratam cum longa vita felicitatem, precibus noſtris indignis eidem poſtulare. Vale decus & columen Imperii. *Romæ* 10. Junii 1650.

Muſurgia. *Arca Muſurgica.* *Frid. Holſtenius Kircheri interpres.* *Datum 1650.*

Serenitatis veſtræ

ſervus humillimus
Athanaſius Kircherus.

NVM. XXIII.

Epiſtola *Athanaſii* KIRCHERI ad Principem Sleſuicenſem FRIDERICVM cui *Oedipum Aegyptiacum* mittit polliceturque *grammaticam*, univerſo orbi communem. CIↃ IↃ C LV.

Serenisſime Princeps, Domine mi clementisſime. Siſtit ſe tandem Serenisſimæ Celſitudinis veſtrae conſpectui OEDIPVS MEVS AEGYPTIACVS, opus 20. annorum labore partum, nec non *omnium literatorum* uotis anxie deſideratum, iamque fide data ſolutaque *diuini Numinis* aſpirante gratia publici

An. 1655. Oedipus Aegyptiacus.

 iuris

Digitized by Google

iuris factum. Siſtit vero illud ſe *Celſitudini veſtrae*, non tam meo, quam *S. Caeſareae Maieſtatis* iuſſu; Quae ſicuti id ab immemorabilis *uetuſtatis* iniuriis profuſa munificentia *nouo exemplo* uindicauit, ita ſi quid in eo bonum & laude dignum extiterit, id totum *Chriſtiani Orbis Principibus*, inter quos *Tua ſerenitas* & *ſanguinis* & *ſapientiae* merito prima tenet ſubſellia, ſolita benignitate & innata ſibi clementia oblatum uoluit. Ego pro perſonae meae indignitate, non quantum debui, ſed quantum ingenii mei imbecillitas & inculta paupertas conceſſit, executus ſum, quam bene id lucidiſſimo *Serenitatis ueſtrae* iudicio diſcutiendum relinquo. Quicquid ſit, *Serenitatem ueſtram*, eo id affectu ſuſcepturam confido, quo alia a me ſibi oblata ſuſcipere non fuit dedignata. Quod ſi, quemadmodum de *regii animi* TVI magnitudine & humanitate prorſus mihi perſuadeo, praeſtiteris; ad complura noua ſemper & noua *curioſitatis* argumenta propediem publici iuris facienda animum calcarque addes. Vale ſumme princeps & me ama, quod fiet ſi ſub *clementisſimi fauoris* tui umbram me benigne ſuſceperis. *Romae* 16. Aprilis 1655.

Quid in eo Caeſari & ſuis operis debeat?

Sereniſſime Celſitudinis Veſtrae

ſeruus humillimus & indigniſſimus

Athanaſius Kircherus.

P. S Mentis aeſtu continuo in transuerſum actus, quemadmodum ex *praeſentis laborioſi operis ſyſtemate* colligere poterit *Serenitas Veſtra*; uix otium habui, quo promiſſum tibi *linguarum artificium*, ſoluere potuerim. Satagam tamen, ut uotis *tuae Serenitatis* quantocyus ſatisfiat. Vale DEO, patriae, Tibi.

SPES NOVAE ARTIS; *ſenſa animi aperiendi & accipiendi ſine* LINGVA & LITTERIS *idque in orbe uniuerſo.*

NVM.

NVM. XXIV.

Epiſtola FRIDERICI Ducis *Gottorpienſis* ad Athan. KIRCHERVM, in quo illius ingenium & induſtriam ſtupet & laudibus extollit CIↃ IↃC L.

FRIDERICVS, *D. G.* heres Norwagiae &c. Redditae nobis ſunt, *Reuerende Pater*, quas 18. *Ianuarii* & 10. *Iunii* ad Nos dediſti literas; una cum MVSVRGIA TVA *uniuerſali*, opere immortalitate dignisſimo. Qui ſtupendi & felicisſimi tui *ingenii* foetus, uti iucunditate ſua & Nos plane in admirationem rapuit; ita magnum eo nomine tibi gratiam deberi, lubentes fatemur; cuius referendi nullum Nos praetermiſſuros eſſe occaſionem pollicemur. Et cum ex ungue, quod dici ſolet, *leonem* noſcere didicerimus, fieri non poteſt, quin ingenti illorum deſiderio teneamur, quae indefeſſa tua induſtria, *orbi univerſo admiranda* protulit, quorumque ut *compotes* fieremus prolixe pollicitus eſſe. Vt ne igitur diutius illa deſideremus, etiam atque etiam cupimus. Curabit ſedulo atque ea fide qua nobis obſtrictus eſt, *cubicularius* noſter *Iohannes Fridericus ab* HOLSTEIN, quaecunque ipſi concredideris. Neq; nos unquam quicquid a *clementia* noſtra in te proficiſci poterit, deſiderari patiemur: quibus te *valere* & de *gratia noſtra* ſecurum eſſe iubemus. Dabantur in arce noſtra GOTTORPIENSI 24. Septembris Anno 1650.

FRIDERICI *D. Sleswic. An.* 1650. *epiſtola ad* KIRCHERVM, *in quo eius extollit* Muſurgiam, *ingenium.*

operas, inuenta.

Requiritque illius libros.

DATVM 1650.

NVM. XXV.

Epiſtola Friderici D. Gottorpienſis ad Athanaſium *Kircherum*, in qua ei munuſculum offert cc. imperialium CIↃ IↃC L.

 Diu

An. 1650. Grato animo accepit opera a Kirchero.

Diu eſt *Vir Reuerende*, cum & ſingulari Nos obſeruantia colere, & ſcriptorum tuorum limatiſſimorum participes reddere inceperis. Quo nomine cum maximam apud *Nos* inieris *gratiam*, aequum eſſe cenſuimus, gratitudinis quoque *Noſtrae* aliquam *indicinam* facere, cum ut intelligeres, quo pretio tua habeamus, quibus plenis paſſibus ad *aeternitatem famae* properas, tum ut animum addere, ſiquid *inexhauſta tua* & ſubſiſtere neſcia diligentia in lucem emittet, ut ne illud *Nobiscum* communicare graueris. I-

Hinc ei donat 200 imperiales.

gitur fideli Nobisque dilecto *Cubiculario Noſtro Johanni Friderico ab* HOLSTEIN in mandatis dedimus, ut Noſtro nomine *Ducentos* tibi *Imperiales* offerat; certaſſe freti, te non tam munus ipſum exiguum perſe, quam offerentis *Clementiam* & propenſam in te voluntatem ſpectaturum, idque aequi bonique conſulturum eſſe. Quod ut

Rogatque ut omnium principem participem reddat. Datum 1650.

Nobis erit gratiſſimum, ita impoſterum nunquam *clementiam noſtram* tibi defuturam pollicemur. Quibus te valere cupimus. *Dabantur* in arce noſtra GOTTORPIENSI die 5. *Nouembr. Anno 1650.*

De GLOBO *in aere pendente*

P. S. Rev. pater, cum iamiam praeſentes obſignandae eſſent literae, appulit ad nos promiſſum a *te*, *globum* in *aere ſiſtendi* artificium; voluntate tua tardius id ad noſtras tranſmiſere ma-

nulla ope magnetis.

nus. Quod ſi infinitae, quae te diſtinctum tenent, occupationes, moramque nonnullam noſtris iniecerunt deſideriis, eam ſollertiſſima *inventionis* huius *novitas* abunde penſauit, quam cum in

Et arte, eum conficiendi.

aliis, quas a te praeſtolamur rebus, nobis quoque promittamus, ut quamprimum illarum cumprimis *arca muſurgicae* copia nobis fiat, vehementer exoptamus. Non deerit, uti ſperamus,

repo-

reponendi gratiam occaſio, quae ne cum uſus venerit, fruſtra elabatur, curae nobis erit.

NVM. XXVI.

Epiſtola FRIDERICI Ducis *Gottorpienſis*, in qua filium principem, Romae agentem, commendat Ieſuitae Kirchero CIↃ IↃC LIII.

FRidericus &c. S & gratiam noſtram. Gratae Nobis fuerunt literae tuae *Reverende pater*, quibus officia, & quae longa locorum intercapedine disiunctus, *Nobismet ipſis* exhibere nequis obſequia, FILIO noſtro ROMAE *degenti*, prolixe abtuliſti. Nos qui propenſam tuam & enixam Nobis inſeruiendi voluntatem ſaepius perſpeximus, non dubitamus, quin promiſſis tuis abunde ſatisfacturus, atque *chariſſimo noſtro filio*, pro edecumata tua eruditione viam ad ea, quae in *matheſi* & aliis eiusmodi ſcientiis *rariora* habentur, viam digito quaſi monſtraturus, & nonnulla eidem communicaturus ſis, quae olim *meminiſſe iuvabit*. Non interibit apud Nos tam officioſi obſequii memoria, cuius condignum a Clementia noſtra *hoſtimentum* non defore pollicemur. Vale *Vir reuerende*. Dabantur in arce noſtra GOTTORPIENSI a. d. 8. Januarii Anno CIↃ IↃC LIII.

Fiducia principis in Kircherum.

Rogat, ut FILIO *principi*, RO-MAE *agenti*, *noua communicet inuenta.*

Datum 1653.

NVM. XXVII.

Epiſtola D. Gottorpienſis ad Athan. KIRCHERVM, qua requirit ab eo cum oedipum, tum arcana linguae & litterarum CIↃ IↃC LV.

FRIDERICVS Dei gratia heres Norwegiae Dux Sleswigae & Holſatiae, Stormariae & Dithmarſiae, Comes in Oldenburg & Delmenhorſt, Sal. & Gratiam noſtram. Redditae nobis ſunt paucis ab hinc diebus literae tuae *Rever. pater*, quas 16. Aprilis *Roma* ad Nos dediſti, ſine tamen *Oedipo* tuo *Aegyptiaco*, quem in illis promiſeras. Qui caſus illum a literis ſeiunxerit, non liquet. Expectamus itaque illum magno *deſiderio*, neque minora de illo Nobis pollicemur, atque de cæteris *limatiſſimis ſcriptis*, quae praeſens *miratur aetas*, laudibus vehet futura. Gratiſſimum igitur Nobis erit, ſi quam primum eius copia fiat, uti etiam *promiſſi artificii linguarum*, quod ne in ingratum contuleris curabimus ſedulo; Vale Vir *Rev.* & de *Gratia noſtra* optima quaeque tibi pollicere. *Dabantur* in arce Noſtra GOTTORPIENSI poſtico. Kal Sextilis Anno 1655.

An. 1655. reſpondet Kirchero, ſed deſiderat Oedipum *& artem unius linguae uniuerſis communi.*

Datum 1655.

NVM. XXIIX.

Epiſtola FRIDERICI Ducis *Gottorpienſis* ad CAROLVM GVSTAVVM *Sueciae* regem, quo eidem auſpicia noui anni gratulatur CIƆ IƆ C LV.

SErenisſime ac Potentisſime Rex, Dne Conſanguinee, Compater & Gener pl. honorande. Cum memoria repetimus, quae ingentia beneficia immenſa Numinis benignitas in Reg. Veſt. Maj. vertente hoc & ad finem properante anno larga manu contulerit: quam illa domi fauſtisſimo Reginae, ſuauisſimae thori ſociae puerperio, felix, militiae clara fuerit, & quas illa res in credibiles pene, tantillo temporis ſpatio, gesſerit; Non poſſumus quin pia & deuota mente haec

Repetit memoriam diuinae benignitatis. Sueciae regi & ſibi exhibitae.

haec altius nobiſcum uoluamus & Diuinae bonitati gratias agamus quam maximas, denique cum R. V. M. tum nobis metipſis, in quos laetorum eius omnium pars magna redundat, vehementer gratulemur: Illi quidem, quod eius in partibus ipſiſſimum eſſe Numen, vel ipſa rerum geſtarum magnitudo euincit; Nobis vero, quod inita non fuiſſe vota deprehendimus, quae exeunte anno praeterito pro R. M. Veſtrae incolumitate & proſpero rerum ſucceſſu nuncupauimus. Eadem igitur ſpe freti, pietate eadem ducti, tam benignum Numen iterum calidisſimis inuocamus precibus, ut quemadmodum hoc ipſo anno R. V. M. inter hoſtile ferrum & metuenda caſuum ſaluam & in columen conſeruauit, maximisque & fidem pene ſuperantibus ſuccesſibus beauit, ſic porro nouo & veterem hunc excipiente anno clementer eandem protegere, periculorum immunem praeſtare, nouis ſubinde duraturae felicitatis incrementis augere, atque quae dedit aeterna eſſe uelit, quo inconcuſſa & pari felicitate ſuo olim tempore quod tamen ut ſit ſerisſimum precamur, ad R. V. M ſanguinem eiusque poſteros transmitti queant. Faxit Deus: faxit, quod uouet, cui propria vita charior eſt R. V. M. ſalus. Dabantur in arce noſtra GOTTORPIENSI a. d. Decembris. anno 1655.

Numini id'o gratias agit.

Vouetque regi uitam & fortunas

In temporum ac bellorum caſibus.

Regis vitam ſuae praefert.

Datum 1655.

NVM. XXIX.

Epiſtola FRIDERICI ducis *Gottorpienſis* ad comitem ab OXENSTIRN, Regni Sueciae cancellarium, qua ei gratulatur auſpicia noui anni CIↃ IↃ C LV.

FRidericus &c. Auguſt. Regis Sueciae Inclytiſſ. regni &c. Excellentisſime Dn. Cancellarie, Illu-

 ſtris-

ſtriſſime Comes, Amice Nobis ſincere dilecte.

Memor eſt gratiae diuinae tempore praeterito.

Admonet ultimus & iam fere praeceps praeſentis anni menſis, ut ſubductis rationibus, Dei Ter Opt. Max. immenſae bonitati, cuius beneficio integra corporis ueletudine, & rebus ut plurimum ex uoto ſuccedentibus eundem transmittere datum eſt, gratias agamus quam maximas,

Praeſertim etiam exbibitae principis amicis.

atque de diuino hoc munere, cum Nobis, tum amicis noſtris, quibus eadem fortuna obtigit ex animo gratulemur; Praeterea illud ipſum benignisſimum Numen ardentibus ſollicitemus precibus,

Vouetque ſibi bene cupientibus uitam & fortunas.

ut qua Nosmet ipſas, qua Nobis bene cupientes cumulauit felicitate, illam ulterius proferre atque in imminentem ex proximo annum multosque ſequentes extendere, quamque latisſimis incrementis augere velit, addita iisdem firma ſtabilique perennitate. Cum itaque ex o-

In quorum numero OKENSTIERNA praecipue.

mnibus, qui noſtri cauſſa aliquid uelint, Exc. V. tot experimentis docti, inter *primos numeremus*, deque egregia eius in *nos uoluntate* omnia nobis polliceamur, non poſſumus non magnopere

Qui profuit duce in arduis mille caſibus.

laetari, quod diuina favente gratia, in *ardua & mille caſibus ſubiecta expeditione*, ſuperatis omnibus, quae *proſperitatem morari* potuiſſent difficultatibus, hunc ipſum quo eximus annum, ad umbilicum pene inconcuſſa felicitate perduxerit. *Optamus, Deumque ſupplices veneramur*, ut eadem

Deum precatur pro eius ſalute.

fortuna Exc. V. in nouo quoque comitetur anno, ſic, ut nihil vigilante pro eiusdem ſalute diuina providentia adverſis caſibus in eam liceat. Adſpiret eadem conſiliis illius, quibus *maximi Regis* fortuni innititur, latos ac ſalutares eventus, atque inter exoptatos rerum eventus E. V. quam diutiſſime ſalvam & incolumem praeſtet. Annuat voto, cuius in manibus ſortes noſtrae, tunc

tunc benigniſſimus Deus, cuius tutelae Ex. V. commendamus. *Dabantur* in arce Noſtra GOTTORPIENSI a, d. 20. Xbris An. 1655. *Datum 1655.*

NVM. XXX.

Epiſtola PHILIPPI IV. regis *Hiſpaniae* ad FRIDERICVM III. *Daniae* regem CIↃ IↃC LXII.

PHILIPPVS, *Dei gratia Hiſpaniarum, utriusque Siciliae, Hieroſolymarum, Indiarum &c. rex, archidux Auſtriae, dux Burgundiae & Mediolani, comes Abſpurgii, Flandriae, Tirolis &c. Sereniſſimo principi domino* FRIDERICO, *Daniae, Norwegiae, Gothorum & Wandalorum regi, Slesuici, Holſatiae, Stormariae ac Dithmarſiae duci, comiti in Oldenbourg ac Delmenhorſt*, FRATRI, *conſanguineo & amico noſtro chariſſimo Salutem & omne bonum. Sereniſſime Princeps, frater & amice chariſſime.* Seren. Veſtrae literas primo ſeptembris anni proxime elapſi exaratas a D. Cornelio *Lerque*, ſuo apud nos in hac noſtra curia *oratore* percepimus, ex illisque cognouimus, Serenitatem Veſtram praedicto *D. Cornelio* praecipere in iſtum regnum remigrare. Et cum ipſe tempore, quo oratoris munus egit, talem hic *ſe geſſerit*, qualem decuit *Serenitatis Veſtrae* adminiſtrum & virum ſatisfactioni noſtrae intentum, iure viſum nobis extitit, Serenitati Veſtrae exponere optimam & hanc maximam, quam de praefato oratore ſuisque conſpicuis dotibus exiſtimationem habuerimus, & ſimul patefacere eius zelum & merita a *Serenitate Veſtra* peculiares honores, *Regiumque fauorem* uindicare. Et quia D. *Cornelius* ſingillatim referabit addictum noſtrum animum, quo *Serenitatis Veſtrae* commodis

Titulus curialis 1) Hiſp. R. 2) Dan. R.

Reſpondet Daniae Regi, reuocanti LEGATVM *ſuum ex Hiſpania.*

Quem Hiſpanus cum elogio ſingulari dimittit.

Salutat Regem oratoris uerbis.

diſs & incremento conſulimus, in praeſentiarum latius ipſum exponere non curamus. Hoc tantum fixum inhaereat, Serenitatem Veſtram ita nos erga omnia, quaecunque ſua intereſſe poterunt, addictos experturam, uti par eſt tot titulis, qui ſimilem a nobis affectum ſibi efflagitant. Deus Optimus Maximus *Serenitatem Veſtram* quam diutiſſime ſeruet incolumem. *Dabantur* MATRITI, d. 16. menſis Octobris, Anno domini 1662.

offertque ſe ad regalia officia.

DATVM 1662.

Serenitatis Veſtrae

bonus frater

Philippus, R.

Al Rey de Dinamarca. D. Blaſcus Aloyola.

Inſcriptio.

Sereniſſimo Principi Domino FRIDERICO, Daniae, Norvegiae, Gothorum & Wandalorum Regi, Slesuici, Holſatiae, Stormariae ac Dithmarſiae duci, comiti Oldenburg & Delmenhorſt, fratri & conſanguineo & amico noſtro chariſſimo.

NVM. XXXI.

Formula litterarum Regis *Daniae*, CHRISTIANI V. quibus *ſaluum conductum* terra marique dat nauarcho commendatque eundem orbis maritimi principibus, dominis & adminiſtratoribus CIↃIↃC LXXIII.

CHRISTIANI V. Reg. Dan. titulus.

CHRISTIANVS *Quintus*, *Dei Gratia rex Daniae*, *Norvegiae*, *Vandalorum*, *Gothorumque dux Sleſvici*, *Holſatiae*, *Stormariae ac Dittmarſiae*, *comes in Oldenburg & Delmenhorſt*, omnibus & ſingulis, *quibus hae noſtrae exhibentur literae*, pro ſtatus ac dignitatis ratione, poſt officii, beneuolentiae, fauoris ac gratiae noſtrae teſtificationem, *amice*, *beneuole* ac *clementiſſime* ſignificamus

camus, ſubditum noſtrum, *Iohannem* THOMSON, urbis noſtrae *Hauniae* ciuem, humillime nobis exponi curaſſe quod *nauim* ſuam, a *Fortuna* denominatam, ſub ductu ipſiusmet, tanquam *ſupremi nauarchi*, mercibus onuſtam in *Guineam* atque inde *Hauniam* ablegare conſtituerit, ſuppliciter petendo, ut, cum eandem ſine *commendatione* noſtra ultro citroque minus tuto nauigare uereatur, eam noſtris SALVI CONDVCTVS LITERIS quam clementiſſime communiremus. Cui petitioni gratioſe annuentes, omnes & ſingulos, qui hiſce compellabuntur, *Admiralios*, *claſſium & fortalitiorum praefectos*, *capitaneos* nec non quouis tam *publicarum* quam *priuatarum* rerum *terra marique adminiſtratores*, quorum ad maria, ſtationes, naualia aliaque ditionum ſuarum loca praedictam nauim, cum *nauarcho*, nautis & mercibus venire aut in *portubus* eorum *ſubſiſtere* & commorari contigerit, amanter ac benigne rogatos volumus, a ceteris vero quam *clementiſſime* poſtulamus, ut non tantum *naui* & *vectoribus* liberam accedendi, commorandi, abeundi, negotiandi & redeundi facultatem absque ulla ſua ſuorumque *moleſtia* atque impedimento concedant, ſed etiam ob hanc noſtram commendationem, ſi forſan *fluctuum* impetu vel alia, quam Deus *auertat*, aduerſitate in diſcrimina redigantur, pro *uiribus iuuent*, & omni gratia, fauore & clementia proſequantur. Erit hoc ipſum nobis gratiſſimum, paremque erga illos, qui hiſce annuerint, *gratificandi* promptitudinem, data occaſione declarabimus. Noſtri uero iuris qui ſunt, exequentur *ſerie noſtrae* voluntatis mandatum. In quorum *fidem* praeſentes manu noſtra firmatas *ſigillo noſtro Regio conſignari iuſſimus. Dabantur*

Iohanni THOMSONI *impertit ſaluum conductum pro naue, fortuna.*

Terra marique.

De ſecuritate auxilioque.

Datum 1673. *bantur* in arce noſtra Regia HAVNIAE, die 20. Auguſti, Anno 1673.

Chriſtianus (L.S.)

Ad mandatum S. R. Maieſtatis
Conrad Heſle.

NVM. XXXII.

Epiſtola CAROLI GVSTAVI, Sueciae Regis ad ducem *Gottorpienſem*, FRIDERICVM, qua ipſi *noui anni* auſpicia gratulatur CIↃ IↃ C LV.

Titulus curialis Regis Sueciae. NOS CAROLVS GVSTAVVS *dei gratia Suecorum, Gothorum Vandalorumque Rex, Magnus princeps Finlandiae Dux, Eſthoniae, Careliae, Bremae, Verdae, Stetini, Pomeraniae, Caſſubiae & Vandaliae, Princeps Rugiae, Dominus Ingriae & Wismariae; nec non comes Palatinus Rheni, Bauariae, Iuliaci, Cliuiae & Montium Dux &c. Celſisſimo principi, Conſanguineo, Socero & amico noſtro charisſimo*, Domino FRIDERICO, *haeredi Norwegiae, Duci Sleſuici, Holſatiae, Stormariae & Dittmarſiae, Comiti in Oldenburg, & Delmenhorſt.* Salutem & proſperos rerum ſucceſſus! Celſisſime Princeps, Conſanguinee, Socer & Amice charisſime. Inter ingentia illa beneficia, quae Deus Nobis integro hoc anno iam ad finem uergente largitus eſt, merito numeramus, quod non modo Nos ipſos inter uaria pericula terra & mari ualentudinis & rerum gerendarum ſingulari proſperitate beauerit: Sed etiam quod *Dilect. Veſtram Nobis* & *Regiae Noſtrae familiae* tot INTIMIORIS CONFIDENTIAE NEXIBVS deuinctam, ſaluam & felicem huc usque cuſtodierit. Et quemadmo-

Ducis Sleſuicenſis.

Gratias Deo agit pro uita & fortunis.

familiae ducalis intimo nexu Sueciae addictae.

admodum DEO propterea grates debitas perſoluere non deſiſtimus: ita etiam gratulabundi *Dilect.* *Veſtram* iam nouum *annum attingenti* continuationem optati illius ſtatus a diuina clementia adprecamur, ut ſcilicet eundem annum & plures longa ſerie, ad uotum tranſigat. *Dabantur* FRIDLANDIAE die 24. Decembr. 1655. DATVM *1655.*

Dilectionis Veſtrae

Bonus Conſanguineus, Gener & Amicus

Carolus Guſtavus.

M. Biorenklou.

NVM. XXXIII.

Epiſtola reſponſoria OXENSTIRNII ad Ducem *Gottorpienſem*, in qua ei gratias agit pro uoto felicis auſpicii anni CIↃ IↃ C LV.

CElſisſime Princeps. Non obſcurum ſingularis fauoris propenſiſſimaeque in *me beneuolentiae* indicium a *Celſitudine Veſtra* cum nouisſimo *tabulario* accepi. Adeo quidem, ut hinc omnino deprehendam, quod, cum admoueri me contigerit illi occaſioni, quae inter proſperrimas *Celſitudini Veſtrae* numeratur, ego eidem magis debeam, quam aliquo officii genere quidquam a *Celſitudine Veſtra* meruiſſe uidear. *Gratulatur ſibi Oxenſtiern de officiis praeſtitis Sleswicenſi duci.* Non potuit tamen non eſſe mihi longe iucundisſimum, uidere *Celſitudinem Veſtram* in illo *fortunae faſtigio*, & occupationum mole deſcendere ad priuatas curas & uota pro ſalute & incolumitate mea. *Pro uoto ducis gratias agit.* Quamuis igitur iam ante ſolemnia pro Celſitudine Veſtra & tota domo ſua *Ducali* merito ſoluerim & nuncupauerim; cultu & ueneratione, quam *Celſitudini Veſtrae* debere me lubens profiteor, alienum nihil facere arbitror, quod

quod uel hac occaſione eadem ex animo repetam iteremque. De caetero, quia *Celſitudo Veſtra* in futurum ſibi aliquid de me pollicetur, ne eam fruſtra de me opinionem habeat, quam potero maxime, adlaborabo, nihil in me deſiderari paſſurus, ſi quid a me proficiſci poterit, quod *Celſitudini Veſtrae* gratum acceptumque fore putauerim. Atque his Eandem diuinae protectioni ex animo fideliter commendatam cupio. Holmiae, 20. Jan. Anno 1655.

Promittitque officia futura.

Datum 1557.

Celſitudini Veſtrae

cultu & ueneratione addictiſſimus

Ericus Oxenſturna Axelii F.

NVM. XXXIV.

Epiſtola RAKOZII ad principem RADZIVILVM, in qua ipſi ualetudinem gratulatur pollicetūrque bona officia CIƆ IƆ C LVII.

Illuſtriſſime Princeps Domine *Frater* obſeruandisſime. *Rarioris* noſtrae cum *Illuſtrisſima Dominatione Veſtra* hucusque *correſpontentiae* non alia cauſa fuit, quam turbulentorum in *Polonia* temporum iniquitas, cum primis autem acerbus in conflictu caſus, qui *Illuſtrisſimam Dominationem Veſtram* improuiſo exceperat. Quo breui poſt glorioſe defunctam priſtinaeque libertati redditam *Illuſtrisſimam Dominationem Veſtram* uti ex animo gratulamur; ita etiam diuturnam *valetudinem* proſperosque ſucceſſus ac noua gloriae incrementa hac occaſione fraterne precari, ſimulque *Nos Serenisſimo Regi Sueciae*, communi bono promouendo, armis noſtris *in Polonia* cooperari inceſſantis affectus noſtri officium putauimus ſignificandum.

Vtriusque principis litterarum commercium.

Reſtitutio poſt caſum acerbum.

Quod

Quod reliquum eſt, Nos conſtanti affectui *Illuſtriſſimae Dominationis Veſtrae* commendamus ſtudiaque ei noſtra *fraterne* deferimus. DATVM in caſtris noſtris ad *Iaroslauiam*, d. 27. Febr. Anno 1657. *Datum 1657.*

Illuſtriſſimae Dnis Veſtrae

ad officia paratus

G. Rackozy.

NVM. XXXV.

Epiſtola MICHAELIS, Poloniae R. ad imperatorem CONSTANTINOPOLITANVM, in qua ei perſcribit *regis abdicationem* & electionem ſui offertque & rogat foedera cum Turcis per legatum CIƆ IƆ C LXX.

Sereniſſimo & Potentiſſimo Principi Domino SOLTAN MECHMET CHAM, *Imperatori maximo Conſtantinopolitano in Aſia, Africa & Europa, Perſarum, Arabum, Syriae, Cypri Aegyptique domino; Amico & uicino noſtro chariſſimo &c.* MICHAEL, *Dei gratia, rex* POLONIAE, *magnus dux Lithuaniae, Ruſſiae, Pruſſiae, Maſouiae, Samogitiae, Kiouiae, Volhyniae, Liuoniae, Podoliae, Podlachiae, Smolenſciae, Seueriae Chernichouiaeque ſalutem, bonae uicinitatis, amoris atque mutuae amicitiae incrementum perpetuum. Sereniſſime ac potentiſſime princeps, Domine, Amice & uicine noſter chariſſime.* Poſteaquam Sereniſſimus ac potentiſſimus princeps, IOANNES CASIMIRVS, glorioſa ad poſteritatem ſeculorum modeſtia, Deo & quieti poſt tot bella & relatas coelitus undique depulſis hoſtibus uictorias, aetatem reliquam conſecraturus, coronam & imperium, raro *apud*

TITVLVS curialis 1) *Turcici imperatoris.* 2) *Poloniae R.*

Abdicatio Regis Poloniae.

regnantes exemplo & magno populorum dolore, ſolenniter *abdicauit* atque *Nos*, Regis regum & domini dominantium Dei Optimi Maximi voluntate & concordibus *liberrimae gentis* vocibus per *circumiacentes* ad *Varſauiam* urbem noſtram campos longe lateque in armis diffuſae, Poloniarum thronum inclytum *euecti*, nec non in *metropolitanae* urbis noſtrae *arce* ſolenni maiorum noſtrorum ritu, praeſentibus *magnorum* Europae principum *legatis*, in *regem Poloniarum uncti & coronati* ſumus: Nihil prius in animo habuimus, quam hac de re *Nos* diuina benignitate *Veſtram Maj. certiorem reddere*. Itaque in eum finem *Nos* quam primum mandauimus *Generoſum Franciſcum Caſimirum* WYSOKI, *Teſchnioczeuien. Pincernam, Secretarium noſtrum*; qui ſimul noſtro & reipublicae nomine, ſuſceptam a multis retro ſeculis inter utrasque *potentisſimas* gentes amicitiam, a *Serenisſimo* ac *potentisſimo* principe Domino *Ioanne* CASIMIRO, Anteceſſore noſtro, per magnum *Legatum miſſum* confirmatam renouaret, & conſtantem ac immutatam noſtram, prout a Sereniſſimis *anteceſſoribus noſtris* cum ſerenisſima ac POTENTISSIMA PORTA uiguit, *unionem* coram exnerit. Ita enim demum firma & ſtabilia terrarum orbis imperia ſunt, ſi *foedera* coram eo iurata, per quem reges regnant, & principes iuſta decernunt; *Deo*, rerum omnium domino, ſalua & inuiolata fide principes conſeruent, & qua par eſt ueneratione, *aſſumptum* Dei nomen non in *uanum uſurpent*. Iſta *Nos* ratione adducimur, ut nihil committere, quod ad pactorum foederum integritatem ſpectat, etiam *cogitatione* uelimus, & *inſpectoris* conſcientiarum *ultoris regum* ſupre-

Electio noui regis.

In turbis ac diſſidiis.

Vnctio eius.

Vtrimque notitia datur Turcae per legatum.

Mutua inter Turcas & Polonos amicitia.

Inde mutua foedera.

Sancta, Deo uindice.

ſupremi Dei reuerentiam prae oculis habentes, *pacem* populorum nobis a Deo commiſſorum ex animo procurare neutiquam negligamus. Viciſſim nobis de *Maieſtate Veſtra* perſuademus, quod *pacta*, *foedera* & bonae *uicinitatis* iura ſarta tecta ſeruare ac tueri, nec non communibus dominiorum emolumentis conſulere in animo propoſitum habebit. Denique nihil ambigimus, gratum *Maieſtati Veſtrae* hoc noſtri officii genus futurum, quod per *Secretarium Noſtrum* exequi uoluimus. Cui fidem in omnibus ut habere uelit, *Maieſtatem Veſtram* amice requirimus, Eique longaeuam valetudinem & proſperrima quaeque a Deo animitus apprecamur. *Dab.* VARSAVIAE die 20. Menſis Januarij, Anno a natiuitate Dei & ſaluatoris noſtri Jeſu Chriſti 1670. Regni uero Noſtri anno primo.

Commendat Turcis. *Formula mandati.* DATVM 1670.

NVM. XXXVI.

MARTINI V. Papae epiſtola ad Regem *Poloniae* VLADISLAVM an. 1422. in qua minas ſpargit *cateruam* VEXILLI S. CRVCIS cogere aduerſus eum, ni ſibi temperare uelit a ſtudio prohaereticis Boemis.

CArisſimo in Chriſto filio VLADISLAO *Poloniae Regi illuſtri*, *Salutem &c.* Quamuis quotidie uoces & nuncii, ex illis partibus uenientes, impleant aures noſtras, & nouisſime quaſi certa ſignificatio ſit; dilectum filium, nobilem uirum, ALEXANDRVM LITHVANIE *Ducem*, non modo occulte conſulere BOEMIS HERETICIS, quin ymo aperte fauere & eos in ſuam protectionem ſuſcepiſſe, palamque eisdem ſubminiſtatis auxiliis ipſos in ſua *hereſi* & *execrabili pertinacia* ſuſten-

VLADISLAVS Rex Poloniae cum Alexandro Lithuaniae D. ne Bohemis HAERETICIS auxilia ſubminiſtrent.

tare, quodque nobis admiſerationem auget & dolorem, id, conſenſu & uoluntate tua, facere *teque* ipſum *Alexandrum* in hoc nefario propoſito confouere atque iuuare. Nos tamen in *te* & in *eum* tantum ſcelus cadere poſſe, non credimus, nec tantum errorem a catholicis principibus, quamuis ampliande dominationis cupiditate, committi poſſe, putamus. Sed quum rumor iſte longe lateque diffuſus credulitatem inuenit apud multos & detrimentum affert fidei catholice Chriſtiane, cum dedecore & ignominia *ſerenitatis tue*, quam talis fama denigrat, per *miſericordiam Jeſu Chriſti excellentiam tuam* hortamur, teque etiam requirimus & monemus: ut a *fiducia* & *communicatione* tua omnino illos hereticos arceas & excludas & taliter prouideas, ut publice notum fiat, te cum damnatis nullam coniunctionem habere, nec eis, quouis modo per te uel per alium ſubuenire. Qui ſuis viribus diffidentes in *Deum* & eccleſiam ſuam *rebelles* ad te confugiant, & *germanum* tuum in eandem, niſi a ueſtra ſocietate repuleritis, recaſuri calamitatem. Nam cum tota Chriſtianitas in illos, tanquam *publicos* Dei *inimicos*, iuſtiſſimo odio, inflammata ſit, conſidera *fili cariſſime*: ſi ipſos tibi ullo modo coniunxeris, preter *iniuriam Dei*, preter nominis tui *infamiam* ſempiternam, quod tum *tibi* foret certamen & periculum ſubeundum, & *eccleſiam* ſimul & *Romanum Imperium* offendenti? Nos enim quamuis *te* paterna caritate diligamus, quia conſtituti ſumus a *Deo* in *apice apoſtolatus*, ut principaliter religionem & ueritatem Chriſtianam conſeruemus, ſi *te* cum ipſius oppugnatoribus *conſpirare* & eos pręſidiis tuis fauere ſentiremus, quod *Deus auertat*, aliter facere non poſſe-

admonentur, quin potius eos arceant,

ne praeter nominis infamiam.

poſſemus, quam contra quoſcunque *fauentes hereticis*, omni diuina & humana lege & notatiſſime in ſacro COSTANTIENSI CONCILIO condemnatis iuſta *animaduerſione* procedere, & ſi opus eſſet VEXILLVM CRVCIS erigere & univerſos fideles contractare. Cum nos maxime debeat commovere recens memoria *damnationis* eorum in prefato CONCILIO preſentibus & aſſiſtentibus REGNI TVI oratoribus & prelatis. Quare *fili cariſſime* te hortamur, ut, ambitione *alieni regni* adipiſcendi, non perturbes *tuum*, & iuſtam *iram Dei & eccleſie* contra te ſuſcites; ſed famam tuam, que hucusque inter *Chriſtianos* illeſa permanſit, in eadem conſtantia & ſinceritate *laude* conſerves atque, ut *univerſus mundus* intelligat, *te* ab omni huiusmodi criminis labe purum & inſontem eſſe velis & ſtudeas prefatum ALEXANDRVM ab hac *praua intencione*, ſi ita eſt in ea prolapſus, removere & dilecto *filio* BRANDT t. t. ſancti clementis presbytero *Cardinali* apoſtolice ſedis legato, quem ad partes *Alemanie* & *Boemie* transmiſimus ad reducendos *penitentes hereticos* vel induratos & pertinaces *confundendos*, & cum fidelium potencia *exterminandos*, & quibuscunque principibus & gentibus contra ipſos *militantibus aſſiſtere* atque favere. Cui *legato* in vicinis partibus dedimus atque commiſimus *plenariam poteſtatem* circa huiusmodi negocium fidei & contra hereticos ſupradictos ac defenſores aut fautores eorum, ut poſſet, cum *autoritate* & *facultate*, omne cognoſcere & audire. Datum 142--.

Dei & eccleſiae iram contra ſe excitent.

& Cardinali BRANDA

ad hereticos exterminandos aſſiſtant.

NVM. XXXVII.

Epiſtola MARTINI V. Papae ad VLADISLAVM Poloniae regem, in qua eum

 minis

minis acerbioribus auocat a partibus Huſſitarum in Bohemia, quibus praeſtitit auxilium an. CIↃ CCCC XX---.

Adhortatio in VLADISLAVM *Pol. R. qui non obſtantibus litteris Pontificis*

per Sigismundum *haereticos adiuuit*

CAriſſimo in Chriſto filio VLADISLAO POLONIE *Regi illuſtri Salutem* &c. Dudum cum publice vulgaretur te fovere *Boemis* hereticis, & eos fiducia preſidii tui confiſos obſtare fidelibus & indies fieri magis obſtinaces & pertinaces in hereſi, licet res nobis credita difficilis videretur de *te*, *Rege Catholico*, cuius opera multe gentes ad baptiſmi gratiam ſunt vocati, tamen SERENITATI *tue* ſcripſimus, & pro debito ſummi *apoſtolatus* officii inſuper precipimus & monemus eandem, ut abſtineres ab omni ſocietate, federacione & comercio *hereticorum*, nec eos ullo modo ſub tua protectione ſuſciperes, aut eisdem de aliquibus auxiliis & fauoribus ſubuenires, alioquin neceſſarium nobis eſſet: quod faceremus inviti contra te & quoscunque *faventes hereticis* procedentes, VEXILLVM SACROSANCTE CRVCIS erigere & invocare populi Chriſtiani auxilium; Et nihilominus poſtea SIGISMVNDVS NEPOS *tuus*, cum gentibus armigeris, quem eſſe dicitur de tuo *Regno Polonie* & *Boemorum ciuitates* & caſtra penetrauit, ac cum hereticis ſe coniunxit, & eosdem contra fideles adhuc ſuſtentat, protegit ac defendit, quod nihil eſt aliud, quam palam contra *Deum pugnare* & fidem & religionem ſuam. Quod tamen alioquin inique & impie factum aliquamdiu tulimus, nec ad ulteriora proceſſimus expectantes reductionem hereticorum, ad quem finem nobis per tuos nuncios aſſerebatur, illum eſſe transmiſſum, & deinde cum reductione nil fieret, expectamus revocationem ipſius Sigismundi, de qua nobis poſtea per nonnullos de Regno

tuo

tuo ſpes non dubia afferebatur. Sed cum videamus eundem non reuocari, imo in eodem propoſito confirmari & perſiſtere in *auxilio hereticorum*, de quo tota *Chriſtianitas* admiratur & dolet, amplius tolerare non poſſumus, ut favores & ſubſidia adminiſtrentur BOEMORVM *nephandis hereſibus* iniquitatis, que fuerunt in SACRO COSTANTIENSI CONCILIO condemnate, in quo interfuerunt & una cum aliis conſenſerunt tue *Celſitudinis Oratores* & *prelati*, a tuo REGNO transmiſſi. Propterea fili cariſſime, quoniam a te, & dilecto filio nobili viro ALEXANDRO LITHVANIE *Duce*, *Sigismundus* nempe profectus & viribus veſtris inſtructus eſſe dicitur, ipſo eciam palam ferente ſicut accepimus de *utriusque veſtro conſenſu* & mandato illuc veniſſe & reſidere; Tuam excellenciam obſecramus per *miſericordiam Jeſu Chriſti* tibi nihilominus mandantes idque ſub *penis fautoris heretice prauitatis*, quam cito poteris, non excedendo terminum *duorum menſium* a die preſentationis literarum preſentium computandorum; *predictum* SIGISMVNDVM *cum tota eius comitiua* debeas revocaſſe & a terris atque preſidio hereticorum effectualiter amoviſſe, & abſtinere de cetero ab omni eius ſubventione & paratione ſubſidii vel favoris, quod ſi non feceris, nunciamus *ſublimitati tue*, neceſſarium eſſe, te elapſo termino ſupradicto pro fautore & *defenſore hereticorum* a nobis reputari & etiam declarari, quod diſpliceret nobis, & cum ſummo dolore & acri vulnere cordis noſtri videremus *nomen tuum*, quod inter Chriſtianos *celebre* & *glorioſum*, tam feda & orribili maculari nota, per alias noſtras litteras ſcribimus prefato DVCI cum ſimili denunciatione atque mandato. DATVM *Rome* 1428.

qui tamen in Coſtanſienſi *concilio condemnati.*

Alexander Lithuaniae Dux.

Sigismundus D.

ut tempore duorum menſium Sigismundum *reuocet ex Bohemia & ſub poena fautoris hereticorum a ſocietate cum hereticis abſtineat.*

NVM. XXXVIII.

Epiſtola MARTINI V papae ad VLADISLAVM Poloniae Regem, in qua ei gratulatur *nuptias filiae* unigenae cum *Friderici* BRANDEBVRGICI electoris filio. Cuius gentem dicit *Columneſiam* de *Columna*, ſibi auitam CIↃ CCCC XX--.

VLADISLAO *Pol. R. Pontifex gratulatur nuptias filiae cum* FRIDERICO, *Friderici Marchionis El. Brandenburgici filio*

CArisſimo in Chriſto filio VLADISLAO *Polonie Regi illuſtri Salutem &c.* Commendandum eſt *nuptiale* bonum in Chriſtianis hominibus, quod ad licitam propagationem humani generis & conſeruationem uniuerſi, Dominus ordinauit. Sed ille ſunt nuptie magis optande, ex quibus, preter illam communem omnibus utilitatem, alia quedam magna bona proueniunt *Regnis* & *populis*, quales ſunt nuptie, que celebrantur inter illuſtres, a quibus pendent *multorum gentium pax* & ſalus. Cum itaque iam dudum ſenſerimus, te dilectam in Chriſto filiam noſtram natam tuam hactenus diſpendiſſe in uxorem dilicto filio nobili adoleſcenti FREDERICO nato dilecti filii *nobilis viri* FREDERICI *Marchionis Brandeburgenſis*, *eamque perſonaliter in conſpectu ſerenitatis tue*, *aſtante* NOBILITATIS *congregatione prelatorum*, *baronum*, *militum & nobilium Regni tui* per uerba deputati confeciſſe & *acceptaſſe* in *maritum* ſuum legitimum prefatum *Fridericum* ipſius *Marchionis* natum, eodem *Friderico Marchione* eam ſimiliter *acceptante* in *uxorem* legitimam, uice & nomine *filii* ſui predicti. Et cum hoc *matrimonium* uideremus *utrique* parti *honorificum*, ac multis gentibus fore *ſalutare*, letati fumus in Domino & continuo gratulamur *ſublimitati*

mitati tue, exiſtimantes, te prudentiſſime conſuluiſſe & prouidiſſe quieti *ſenectutis tue* & *ſtatui filie tue* ac *paci* perpetue *regni tui*. Et enim cum propter magnitudinem & *excellentiam tuam* haberes facultatem ex omnibus Regibus & principibus chriſtianis *generum eligendum*, illum accepiſti potius, quem iuſtis ex cauſis exiſtimare potes, *tibi obſequentisſimum* filium, *filie tue amantisſimum* uirum eſſe futurum, eumque *Deo* nutriendum & erudiendum ſub *tua diſciplina* regia ſuſcepiſti, ex hoc etiam matrimonio declaraſti benignitates tue uoluntatis erga ALEMANNVM *ſanguinem*, apud quem tam carum & dulce pignus tuum collocare uoluiſti. Nos quoque cum proſapia noſtra DE COLVMNA ex qua *carnaliter nati ſumus* obſtrinxiſti uinculo *affinitatis*. Nam ſicut ab *antiquo accepimus*, qui priſtinam *originem noſtram* per manus traditam ab antiquioribus retulerunt, noſtra de COLVMNA ROMANA & preſentium BERGGRAFIORVM NEVRENBVRGENSIVM domus, que etiam ROMANA fuiſſe dicitur, ab eodem ſtipite deriuate ſunt. Ex quo, cum eſſemus antea SERENITATI TVE affecti, propter gloriam & uirtutem tuam, & propter merita & officia tua in populum *Chriſtianum*: eſſe nunc debemus & erimus, accedente *uinculo affinitatis*, magis cum *excellentia tua* coniuncti & ad honorem *celſitudini tue* exhibendum inclinati, qui ſimul cum NEVRENBVRGENSI quoque proſapiam illuſtribus & regalibus honoraſti. Quare, fili cariſſime, etſi nullatenus dubitemus de conſtantia & fide tua & huiusmodi *matrimonii firmitate*: tamen quia illud habemus cordi & ex eo iudicamus plurima & magna *bona* eſſe ſecutura; libenter *te* in hoc laudabili propoſito noſtris litteris confirmamus. Rogantes *excellentiam tuam*, ut modis omnibus atque ſignis

utilitatem que huius matrimonii exponit

Seque eo affinitatis uinculo obſtrictum *afferit, cum ſit ex ſtirpe* CO-LVMNA *ex qua & Norimbergenſes Burggrafii,*

non dubitans, quin hoc matrimonium conſtans & perpetuum ſit.

 honeſte

honeſte poteſt, mundo *declares* hanc *tuam immutabilem*, ita ut nemini dubium ſit, quin matrimonium iſtud debeat annuente Domino feliciter proſpici & conſumari. DATVM ROMAE CIↃ CCCC XX--.

DATVM 141-.

NVM. XXXIX.

Epiſtola MARTINI V. papae ad VLADISLAVM, *Poloniae* regem, quo ei filium, recens natum gratulatur, uouetque eum tollere a baptismo ſuis manibus. Quod ideo munus commendat epiſcopis CIↃ CCCC XX--.

Pontifex laudat Deum

CArissimo in Chriſto filio* VLADISLAO *Polonie Regi illuſtri Salutem &c.* Benedicimus & laudamus Deum, qui ſicut hac ſancta *die* de beate *Virginis* utero naſci voluit, ut redimeretur genus humanum, ita pridie adveniente ſolenni celebratione ſanctorum ſuorum, ſicut per tuas nobis *iocundas litteras* nunciaſti, ex te & cariſſima in Chriſto FILIA NOSTRA SOPHIA *conſorte tua*, *Regina* illuſtri, deſideratum tibi genitum nobis & eccleſie *filium* dedit, ut conſolaretur nos, & ſerenitatem tuam & *regnum tuum*, quod forſitan, te deficiente, magnis ſubiacebat *periculis*, ab omni timore liberatum, in diuturna tranquillitate firmaret & letificaret eas gentes & populos, ad quorum requiem, pacem & ſalutem hic noſter *filius*, ſingulari Dei gracia, natus eſt, ut merito reſumere poſſint illud ESAIE, quod in invitatorium hodierne miſſe perlegitur *Puer natus eſt nobis & filius datus eſt nobis.* Quem profecto cum ſumma leticia riſum caritatis noſtre, cum paterna dilectione & benedictione, recipimus, orantes

de filio ex Vladulao & Sophia nato Regno exoptatiſſimo

tes *Deum*, qui donavit eum nobis & tibi, ut conſervet ipſum in *vita* & ſuo tempore *ambulare* faciat per *vias eius*, teque illi tamdiu concedat, ut a te percipere poſſit documenta chriſtiane ſacre religionis & fidei, quam devote & ſancte colis, & cum perpetua laude *tui nominis* ampliaſti, & a te *vivo* tuas virtutes *regias* addiſcere, & a te adoleſcentie ſue magnum imitare. Hec, ut fiant, rogamus Deum & ſperamus in eo. Tibi vero, fili cariſſime, in hac *tua* & *tuorum* letitia gratulamur, & intimo cordis affectu *Serenitatem* tuam hortamur, ut per dies & noctes tecum cogites, quam *mirabile donum* ſit, quod a Domino recepiſti, & referas gratias illi, qui in tempore SENECTVTIS TVE DOMVM TVAM cum tanto MVNERE viſitare dignatus eſt. Ceterum ad perfectum cumulum noſtre leticie & conſolationis accedere ſi poſſemus, *infantem regium* NOSTRIS MANIBVS BAPTIZARE ET ASSIGNARE CHRISTO DEO NOSTRO, ſed quoniam per nos fieri nequit, commiſimus, per noſtras litteras, venerabilibus fratribus noſtris ALBERTO *Archiepiſcopo* GNESNENSI & ANDREAE *Epiſcopo* POSNONIENSI, ut alter ipſorum, qui excellencie tue placuerit, hoc faciet, vice & nomine noſtri. Datum 1423.

oratque ut eum conſervet

Regi vero gratulatur, *& ad infantem nomine ſui baptizandum Albertum A. Ep.* Gneſnenſem *& Andream Ep.* Poſnonienſem *proponit*,

---

NVM. XL.

Epiſtola MARTINI V. papae ad HENRICVM *Angliae* regem, in qua excuſat ſe, quod *Londinenſem aepiſcopatum* non ei contulerit, quem rex ipſi commendauerat rogatque regem, ut hoc ferat patienter CIↃCCCC XX—.

HENRICVM Angliae R.

C*Ariſſimo in Chriſto filio* HENRICO *Regi Anglie illuſtri Salutem &c.* Eſt prefata intentio noſtra

ſibi promittit non inique laturum, quod loco deſiderati Epiſc. Herefordenſis

ſtra diſpoſita votis ſerenitatis tue circa fidelium promociones, quantum cum Deo poſſumus complacere. Sed tantum etiam de tua *regia dignitate* confidimus, quod ſi alioquin non ita preciſe facimus, ſicut ſcribis, noſtrum ut par eſt, in eccleſiarum proviſionibus iudicium, collaudabis; precipue tamen per nos videbis *tuorum* meritorum honores & comoda non *deprimi* ſed *augeri*. Cum igitur his diebus proximis per tuas litteras poſtulaſſes, ut ad LONDINIENSEM eccleſiam, tunc vacuam, transferre dignaremur venerabilem *fratrem noſtrum, tunc Epiſcopum* HEREFORDENSEM, oratorem *Celſitudinis tue*, apud nos in *Romana* curia reſidentem, viſum eſt nobis, pro ipſarum eccleſiarum evidenti utilitate, alteri *prouidendo*

Epiſcopum Citiſternenſem ad Eccleſiam Londonienſem tranſtulerit

detuis, que ſcripſeras honorare. Itaque venerabilem fratrem tunc *Citiſternenſem epiſcopum, tuis* obſequiis deditum & fidum ad *Londonienſem* eccleſiam, ex racionabili cauſſa, tranſtulimus. Nam cum ipſa *Londonienſis* eccleſia, propter populi multitudinem, etiam ex aliis partibus confluentem, *magni nominis* & celebritatis exiſtat, non

cauſaſque impulſiuas adducit

bene potuiſſet per *abſentem* gubernari epiſcopum, nec videbamus libenter prefatum tunc *Herefordenſem*, virum benemeritum & in *tuis* negociis diligentem, de noſtra *curia* ſicut fuiſſet *neceſſarium*, removeri. Hinc igitur, ut aliqualiter

& per translocationes quaſdam illi ſatisfacturum ſe dicit.

voluntati tue de *translacione* perſone ſue & ſuis virtutibus & meritis ſatisfaceremus, ad *Citiſternenſem* eccleſiam, Roſſenſem meliorem fratrem venerabilem, *Roſſenſem* Epiſcopum nuper Abbatem *Eboracenſem* ad *Herefordenſem* eccleſiam transferre curavimus, ipſeque *Roſſenſi* eccleſie de dilecti filii *Johannis Langdonenſis* perſona providimus, ſicut alias *tua celſitudo* volvatur, has proviſiones eccleſiarum omnibus mature conſideratis

tis de venerabilium fratrum noſtrorum *ſancte Romane* eccleſie *cardinalium conſilio* nuper in regno tuo fecimus, que merito placere debent *Serenitati tue*, cum ſint utiles ipſis eccleſiis & promotis. Propterea celſitudinem tuam rogamus & hortamur in Domino, ut, pro noſtra & *ſedis apoſtolice* reverentia, voluntatem *tuam* diſponere noſtre conformes, & prefati epiſcopi, ad honorem Dei & *excellencie tue* famam clariſſimam & ſalutem fidelium animarum poſſint feliciter regere & gubernare. Datum Rome CIↃ CCCC XX -.

NVM. XLI.

Epiſtola MARTINI V. papae ad HENRICVM *Angliae* regem, quo ei aperit, *Anglicum* & *Hiſpanicum* legatos in templo Petrino, miſſam pontifice celebrante, inuicem de praecedentia eſſe digladiatos uerbis & uerberibus. Licet uero ſacra legati perſona: hanc tamen impudentiam non fore impunem. Quod rex aegre ferre non debeat CIↃ CCCC XX--.

CArissimo in Chriſto filio* HENRICO *Regi Anglie illuſtri ſalutem &c.* Cum pridem eſſet altercatio de PRIORITATE SEDENDI inter venerabiles fratres CICESTRENSEM & CONCHENSEM Epiſcopos, *Serenitatis tue* & Cariſſimi in Chriſto *filii* noſtri, IOHANNIS *Regis* CASTELLE & LEGIONIS illuſtris oratorum in romana curia *reſidencium*, & nos continuo daremus operam, ut, inſpectis *inſtitutis antiquis* & conſuetudinibus curie, diu ſervatis, ſine alicuius iniuria & *odioſa novitate* hec controverſia tolleretur, in tantam *licenciam* prorupit

Ad Henricum R. Angliae. altercationem inter Ciceſtrenſem & Conchenſem *epiſcopos* Angliae & Caſtiliae *Regum Oratores Romae*

rupit humana *ſuperbia;* ut dum pro ſolennitate *paſtorali miſſam* celebrantes in eccleſia *Sancti Petri* eſſemus apud altare, in ipſo pene *conſecrationis articulo, prefati epiſcopi contendentes de loco in rixam inboneſtam* devenirent, cum *tumultu ſuſcitatam. Dei* enim & *noſtra* reverencia poſtpoſita, in ſeipſos MANVS VIOLENTAS *turpiter iniecerunt*, parvipendentes, pro vano quodam *mundi honore*, negligere honorem *Dei* & *ſanctum miſſe pontificalis ſacrificium* perturbare. Rem itaque tam *enormem* in loco ſacro, in *die* celebri, in *actu* omnino venerando, in devoto *ſilencio*, in noſtris & tot *inſignium virorum oculis* perpetratam ſic *tacite pertranſire* non poſſumus, quin *pax Dei*, ſacrificio & noſtri *honore* contempto, contra *transgreſſores* procedamus mediante *iuſticia*. Quod ideo *tue ſublimitati* ſignificamus, ut informatus de *ſcandalo* non mireris, cum ſenſeris de *proceſſu*. Omnes enim *tuos* apud nos libenter videmus, & honore & *graciis* ampliamus. Sed tam *manifeſta transgreſſio* non poteſt pertranſire. Et ſi non *debita* punicione plectatur, omnino *correctione* carere, ut intelligant homines, *honorem regum a nunciis & miniſtris eorum apud nos & ſedem apoſtolicam ea moderatione debere* defendi atque ſervari, ut propterea non *vilipendatur* cultus *Dei*, & noſtra & eiusdem ſedis dignitas non ledatur. DATVM *Rome* CIↃ CCCC XX.--

in eccleſia S. Petri exortam — *de* PRAECEDENTIA, — *impunitam actu pertranſire non poſſe, Henrico ſignificat, ne miretur,* — *puniri* LEGATOS.

NVM XLII.

Epiſtola MARTINI V. papae ad HENRICVM *Angliae* regem, qua ei reſpondet excuſatque *Hiſpaniae* regis legatum ordine praelatum eſſe *Anglicano*. Id enim

enim factum ideo, quod *Hiſpanicus* fuerit *orator* ſiue *primi ordinis* legatus; ſed *Anglicanus* tantum *procurator* ſiue ordinis ſecundi. CIↃ CCCC XX---.

Ad HENRICVM *Angliae R. querelae eius*, *Epiſcopum Ciceſtren. ſem* minus honorabiliter, *quam* oratori regio *conueniret, habitum fuiſſe*,

CArisſimo in Chriſto filio HENRICO *Regi Anglie illuſtri ſalutem &c.* Cariſſime in Chriſto fili, cognouimus ex certis litteris, que *tua manu propria* ſcripte dicuntur, in *ydiomate Anglicano*, per interpretem nobis expoſitis, *Serenitatem tuam* egre tuliſſe: quod uenerabilis frater *Thomas* EPISCOPVS *Ciceſtrenſis* iam pridem in quodam *Conſiſtorio* fuerit in *ſedendo* tractatus *minus honorabiliter*, quam oratori regio conueniret; & in perſona ſua parum diligens *racio* fuerit habita *honoris tui*, quem profecto propter *tuam* erga Romanam curiam, deuocionem & fidem & propter tuam *regiam excellentiam* dudum nobis affectam beniuolentiae ſingulari debemus & uolumus conſeruare & quantum cum DEO poterimus fauoribus ampliare & propterea exiſtimare non debes noſtrum iudicium fuiſſe, ut cariſſimi in Chriſto filii noſtri *Iohannis* CASTELLE & LEGIONIS *Regis* illuſtris oratori *tuo anteponeretur*, & aliqualiter tua dignitas laberetur. Verum in re qua tibi non ea, que debuit, ut videmus, informacio data eſt, ueram cognitionem habeas, nouerit tua regia celſitudo, quod uſque tunc prefatus Epiſcopus apud nos *communi romane curie opinione* uerſabatur, non ut *orator*, ſed tantumodo *procurator ſublimitatis tue*. Quamuis eidem interdum benignitas *tua* ſcriberet ut *oratori* & *procuratori* ſuo; tamen hec erat opinio iam infixa animis hominum, forſitan ipſam eius iampridem *reſidentiam* in curia inueteratam & primo *Curiam* non intrauerat, ut orator, que opinio fecit, ut

reſpondet ſecundum communem romanae curiae *opinionem Ep.* PROCVRATOREM, non ORATOREM *regis egiſſe*,

ut miniſtri noſtri, circa talia *deputati*, minus diligenciam haberent *loci ſui*, cum in eius perſona non continuo obſeruarent *oratoris regii* dignitatem. Quoniam multum intereſt inter *oratoris* & *procuratoris* officia, ſecundum quidem fert *antiqua curie conſuetudo*, unumque alio dignius reputatur. Itaque cum conueniebat ad conuentus publicos in noſtro conſpectu collocabatur interdum ut prelatus, inter prelatos, honeſte. Nam ipſum ſua uirtute diligimus & per ſe dignum honore iudicamus. Sed quidquam hactenus actum ſit in perſona huius *Epiſcopi* non propter *diminutam exiſtimationem ſublimitatis tue* nec propter *indignitatem perſone tue*, ſed propter ſui opinionem. Senties infuturum, quod cuicunque, ad nos uenienti, tuo nomine, locum pro honore *tuo* debitum aſſignari mandabimus ſecundum *Econnomalia* & inſtituta, prefate curie diu ſeruata. *Datum Rome* CIↃ CCCC XX--.

& in futurum debitum locum ei aſſignare promittit.

NVM. XLIII.

Epiſtola MARTINI V. papae ad *Angliae regem* HENRICVM, in qua excuſat ſe, quod non ſemper fiat, quod *rex* uelit. Nam pontifici manus ligatas eſſe, cardinalium ſiue purpuratorum ſuffragiis CIↃ CCCC XX--

HENRICI Angliae R. querelae, quare iuſtas petitiones ſuas non impleat? reſpondet,

CAriſſimo *in Chriſto filio* HENRICO *Regi Anglie illuſtri Salutem &c.* Admirati ſumus, cum illas *tuas litteras* legerimus, in quibus commemorata fidei ſinceritate, quam maiores tui *Reges Anglie* ſemper apud *ſanctam ſedem apoſtolicam* habuerunt & *ſpeciali* deuocione erga nos tua, conquereris & grauaris *petitiones tuas racionabiles & honeſtas minus fauorabiliter ad exaudicionis*

gratiam

gratiam admittimus, & ſubiungis, hac ſubuenire propter aliquos *inuidentes felicitati tue*, qui in noſtra curia commorantur: Quibus *tuis litteris* reſpondemus, uera eſſe omnia, que de *maiorum* tuorum & tua *fide* & deuotione ſcripſiſti. Scimus enim REGES ANGLIE *ſemper* apud ſedem apoſtolicam in *gratia* & *honore* habitos tanquam *deuotos* eccleſie *filios* extitiſſe, & *noſtris temporibus* per perſonam tuam preclaris atque *regalibus uirtutibus* illuſtratam noſtram & huiusmodi ſedis beneuolentiam ſingularibus in ipſam eccleſiam officiis meruiſſe. Et propterea *te* ſcire uolumus apud nos nullam *inuidiam tibi obſtare*, quin omnem *gratiam*, fauorem *pro te* & *tuis fidelibus* conſequaris. Sed ſi alioquin non fiant omnia, que petuntur, exiſtimare debes, nos & *venerabiles fratres noſtros*, ſancte Romanae eccleſie CARDINALES, *in univerſali eccleſia gubernanda* multarum rerum rationem habere oportere, ſuper qua materia plene contulimus cum uenerabili fratre, *Epiſcopo Ciceſtrenſi*, apud nos *Serenitatis tue oratore*, & cum dilecto filio, N. Symone de *Tleramo*, utriusque iuris doctore, in tuo *Regno Angliae*, pro camera apoſtolica, collectore, nuper ad nos reuerſis. Per quorum fidem, relaciones & litteras de paterna noſtra erga te & tuos caritate poterit ad plenum regia tua ſublimitas informari. Datum Romae CIↃ CCCCXX----. *ſe multarum rerum rationem habere oportere.*

NVM. XLIV.

Epiſtola MARTINI V. papae, ad regem *Angliae* HENRICVM, in qua regis ſtudium laudat pro tollendo *ſchiſmate Anglicanae eccleſie* a R catholica, idque auctoritate *Parlamenti*, uouetque, ut

manus auxiliatrices laudabili inſtituto ſtatim adhibeantur cıɔccccxx--.

Pontificialis theſaurarius Angliae repetit Romam extulitque R Angliae in Apoſtolicam ſedem cultum.

CArisſimo in Chriſto filio, HENRICO, *Regi Anglie Illuſtri, Salutem &c.* Certitudinem inconcuſſam, quam dudum de ſinceritate *fidei tue* ſerenitatis, dilectus filius magiſter *Simon de* THERAMO, iuris utriusque *Doctor*, redituum & proventuum *camere apoſtolice* debitorum in tuo *regno Angliae collector*, confirmauit atque auxit, quem, ut ipſe ſerioſe nobis expoſuit, pro noſtra & *apoſtolice ſedis* reverentia, benignisſime ſuſcepiſti, & honoribus & favoribus, tuo *more regio*, proſecutus fuiſti, ac inſuper apud *nos tuis litteris* commendatum cum antea nobis ſuis meritis carus eſſet, feciſti *tua* commendatione & beneuolentia *cariorem.* Sed cum omnia *de tua excellencia* nobis grata & placita retulerit, illud maxime placuit & menti noſtre fuit gratisſimum, uidelicet quod ex ipſius fideli relatione & inſtructione ſibi data in *ſcriptis* & *ſigillo tuo regio roborata* cognouimus optimam & ſincerã *diſpoſitionem voluntatis tue*, in *iuribus &* LIBERTATIBVS SEDIS APOSTOLICE *conſervandis.* Nam, ut aſſeris, in terris, in dominiis, que *noviter ad tuas manus deuenerunt, romane eccleſie* iura & libertates nullo modo *tollere* uel *mutare*; ſed in ſuo priſtino ſtatu, ſecundum *conſuetam obedienciam*, conſervare voluiſti, & ſic intendis etiam in futurum.

Pro LIBERTATE SEDIS APOSTOLICAE *in* Anglia *& noue acquiſita* Gallia.

Et inſuper in *regno* ipſo *Anglie*, ubi contra prefata iura & libertates nonnulla interdicta ſunt poſita, non quidem a TE; ſed a *tuis* predeceſſoribus *te* daturum operam liberaliter obtuliſti, ut in primo PARLAMENTO, quod, quamprimum fueris reverſus, in *Anglia* celebraturus es, hec ipſa *edicta* tollendi materia pertractetur, ut, ſi *edicta* illa honeſta & legitima racione

Edicta Angliae RR. *adverſus* Pontificem *ſublatis.*

ne

ne ſuſtineri non poterint, que certe non poterunt, *ſatisfacturum te noſtre voluntati*, pro tuo iuſticie debito, polliceris. In quod opus, quod eſt CATHOLICO REGE dignum, ut toto animo incumbas atque perficias, *Celſitudinem tuam* hortamur atque etiam deprecamur. Erit enim, cum hoc pium & ſanctum & debitum opus effeceris, nomen *tuum*, preter illam digniorem retribucionem, quam a *Domino* conſequeris, in *honore* apud *homines* & in celebri commendacione apud *ſedem apoſtolicam* ſempiternum. Et inter ceteras *felicitates* tuas, quibus Deus *omnipotens te clariſſimum Regem illuſtrauit*, hoc non minor reputabitur, quod cum tuo tempore VNICAM ECCLESIAM DEI VIDISTI, vulnera, que apoſtolice ſedi illata fuerunt in *regno tuo*, ſalubriter curaviſti. Que curatio tue optime voluntatis, ſi, quod advertat Deus, aliquorum fortaſſis pertinacia impediretur: conſidera, *fili cariſſime*, quanta deformitas appareret in *eccleſia univerſali*, ſi, ceteris *Regibus*, principibus, populis & nacionibus chriſtianis per beneficium *unionis* ad *obedientiam noſtram*, ſine alicuius indecenti diminucione reductis, abciſio quedam & *ſequeſtracio* in *regno tuo* plenarie detrahens obediencie videretur, quam perniciosum ceteris *regnis* & *nacionibus* eſſet exemplum! Conſidera eciam, quod ſepe nobiscum cogitamus, quantam increpacionem apud *univerſalem eccleſiam* merito pateremur, ſi, ſub *noſtro pontificatu*, in CORPORE VNICO eccleſie tantam *deformitatem* & maculam tollerare vellemus, que quidem *ſuperiori* tempore fuit tollerata, cum fuit SCISMATIS *calamitas*, qua impedienti recto rerum examini & iuſticie locus eſſe non potuit. Nonne eciam, cariſſime fili, ſi in hac noſtra &

Pontificis *auctoritate in Angliae R. reſtituta.*

ſublatae ſciſſiones *eccleſiae Anglicanae.*

Portentum: *chriſtianum orbem eſſe ſub uno capite, Anglia ſola excepta.*

Schiſmatis ANGLICANI: *magna deformitas.*

Ad quod eradicandum ſedis *Romanae ſtudium ſingulare.*

SEDIS APOSTOLICE cauſa taceremus, nec devocionem tuam excitaremus ad opus *fame* & *honori tuo* debitum & *anime tue* ſalubre, nonne & poſſes negligenciam quandam noſtram *filialem* accuſare, quod nullam *tui* honoris racionem nec paternam erga te caritatem haberemus. Monet quidem nos non ſolum *officii noſtri* debitum, ſed eciam illa paterna qua afficimur erga te *caritas* ad te ſollicitandum, & *caritatiuis* affectibus. excitandum, ut, cum ipſe pro vivenda eccleſia Dei multa pie devoteque feceris, ea, per *Dei miſericordiam* nunc unica, non patiaris in aliqua parte *regnum tuum* a ceteris *Chriſtianis regnis* contra aliquam bonorum temporum iuſticiam diſcrepare. Quare *regiam tuam* celſitudinem hortamur atque etiam obſecramus, ut, quam cicius poteris, hanc *ſanctam rem* perficias, ut, ſicut CHRISTIANISSIMVS REX exiſtis, ita ſancte ſedis *apoſtolice* peculiaris *filius* iudiceris. Cauſa iſta ECCLESIASTICE LIBERTATIS adeo ſancta & iuſta eſt, quam certi ſumus ab eadem nullam bene inſtitutam animam nec rectam hominum ſapientiam diſſentire. Datum ROME an. CIↃ CCCC XX---.

NVM. XLV.

Epiſtola MARTINI V. papae, ad epiſcopum *Wintonienſem* HENRICVM, in qua illius ſtudium extollit laudibus, quod impenderit pro conſeruanda R catho-tholica eccleſia aduerſus Angliae ſchismaticos CIↃ CCCC XX---.

Epiſcopi de WINCHE-

VEnerabili fratri noſtro HENRICO *Epiſcopo* WINTONIENSI *Salutem &c.* Dudum perſonam tuam, regio ſanguine & preclaris uirtutibus

bus excellentem, vidimus in *ſacro Conſtantienſi conſilio* indefeſſis ſtudiis & pro *unionis ſtatu & libertate* ſancte Dei eccleſie laborare, nunc autem ex diligenti fideli relacione dilecti filii Magiſtri *Simonis de Theramo*, utriusque iuris doctoris, *reddituum* & prouentuum camere apoſtolice debitorum in *Regno Anglie collectoris*, accepimus, fraternitatem tuam pro *iure* & *honore* ſedis apoſtolice & *libertate eccleſiaſtica* in regno prefato non minimis ſtudioſis operacionibus vigilaſſe & continuo vigilare. Teque, ut honorabile eccleſie membrum decet, ea ſemper dicere & operari, que profutura ſint *eccleſiaſtice dignitati*, que omnia de *te* ſumma conſolatione audivimus & plurimū letamur, & in Domino gratulamur, ſencientes, *Romanam eccleſiam* talem te habere & tam aſſiduum *defenſorem iuris* & *honoris ſui*. TVA autem diligencia & generoſa virtute adiutrice, ſperamus, priſtinam eccleſie libertatem in illo *chriſtianiſſimo regno*, que iampridem malignitate temporum, ſtante ſciſmate, aliqua ex parte periit, recuperare. In quod opus hoc ſanctum, quemadmodum cepiſti, ut indefeſſe curas & cognitaciones *tuas* conferas infuturum, eandem fraternitatem tuam hortamur & *affectuoſe* rogamus. Pro his enim *te* dignis in *romanam eccleſiam* meritis ſperare ante omnia debes primum retribucionis eterne, quod ab altiſſimo conſequeris. Quibus etiam prefatam *eccleſiam* tuorum officiorum memorem ad protectionem nedum *tui*, ſed *tuorum* in perpetuum obligabis. *Datum* ROME, CIↃ CCCC XX---.

STER extollit zelum

pro conſervanda Romanae ſedis libertate in Angliae R.

& tollendis ſchiſmatibus.

Datum. 142--.

NVM. XLVI.

Epiſtola MARTINI V. papae adverſus

 Pſeu-

Pſeudopapam, *Petrum de* LVNA hominem perditum & haereticum. Ne aliquis praeſtet auxilia ſub poena *banni* uel illi uel illius PSEVDOCARDINALIBVS & auxiliatoribus triumuiris. An. CIↃ CCCC XX—.

Epiſtola aduerſus Petrum de LVNA, *Pſeudopapam.*

VEnerabili fratri Epiſcopo VALENTINO *Salutem &c.* Quantum ſit obſtinata perfidia nonnullorum, quos *iniquitatis filius*, *Petrus de* LVNA, penitus infecit *hereſis* ſue ueneno, ex hoc manifeſte cognoſcitur. Quod cum in uniuerſam terram iuſte & *ſacro ſancte ſententie* contra predictum PETRVM *ſcismaticum & hereticum* & eius fautores, ſequaces & adherentes, per *ſacrum* CONSTANSIENSE *concilium* generale promulgatum, tremendus ſonus exiuit. Nobisque poſtmodum, diuina fauente clementia, ad apicem SVMMI APOSTOLATVS aſſumtis, in pontificatu noſtre univerſalis eccleſie ſint omnia unita; nihilominus quidam *dominicus* de bona fide, duumuir *Dachie* & Iulianus de *Loba* perfidi imitatores obſtinate nequiciei dicti PETRI non ſolum fauere, obedire & adherere, poſt ipſam ſententiam, temerarie & dampnabiliter preſumpſerunt; ſed eciam ab eodem nouiſſime, ſicut plurium fidedignorum relacione cognouimus, inanes titulos & falſa CARDINALATVS *inſignia* receperunt, & ſe pro CARDINALIBVS SANCTE ROMANE eccleſie nominare & gerere non formidant. Et, ſi qua uia poſſint, hi tres ſcandaloſi homines non in iuſticia & ueritate; ſed in ſola Sathane ſagacitate confiſi, *eccleſiam Dei*, pacem & quietem populi chriſtiani perturbare & SVBLATVM SCISMA renouare procurant. Nos igitur attendentes, quod noſtra intereſt, ſuper his de oportuno remedio provi-

In qua dolet pontifex,

triumuiri quidam

adhaereant PSEVDOPAPAE, *qui etiam hoc ſibi ſumat, creare* PSEVDOCARDINALES.

providere, ne uiri tales deteſtabiles & infames de damnato latibulo in ſynagoga paniſtole ualeant in eccleſiam *Dei* virus ſue malignitatis effundere & animas fidelium *falſa eccleſiaſtice dignitatis oſtentatione* decipere: fraternitati *tue*, de qua in his & aliis plenam in domino fiduciam obtinemus, per *apoſtolica ſcripta* committimus & mandamus, ut, *autoritate noſtra* inhibeas uniuerſis & ſingulis dominis Chriſtianis fidelibus utriusque *ſexus*, cuiuscunque gradus, *dignitatis*, *ſtatus* & *preeminentie* exiſtant, eciam ſi *pontificali*, *regali* aut *reginali* dignitate prefulgeant, ne predictos ANTICARDINALES uelint pro talibus reputare & reuereri, nec non uniuerſis & ſingulis dominis, *rectoribus*, *officialibus*, *gubernatoribus*, *ciuibus & oppidanis in tuis ciuitate & dioeceſi* conſtitutis, eadem autoritate interdicas, & per alios, quos adhuc duxeris eligendos, facias *interdici*, ne aliquem ex ipſis ANTICARDINALIBVS aut alterius ipſorum nuncios, famulos aut miniſtros in aliqua terra, villa, ciuitate, ſuburbio aut domicilio recipiant & admitant, nec ipſis vendere, donare, concedere & mutuare aliqua *victualia* aut neceſſaria *vite humane* aut inſtrumenta & ornamenta aliqua *fabricare* audeant, nec ullo modo participare cum eisdem, ſub pena *excommunicationis*, quam contrafacientes incurrant ipſo facto & a qua niſi per *romanum pontificem*, preterquam in *mortis articulo* abſolui non poſſint; ac in execracionem tam deteſtabilis communionis, ipſi eorumque poſteri usque ad *ſecundam generacionem* per *lineam maſculinam* & *femininam* eo ipſo reddantur inhabiles ad quecunque *officia* & beneficia, tam *eccleſiaſtica* quam ſecularia, & omnes, quos in huiusmodi

Inde excommunicationem *intentandam adverſus omnes eius* ANTICARDINALES *& adſeclas cuiuscunque dignitatis, etiam regalis & principalis.*

ſectam noueris incidiſſe, ſingulis *diebus ſolennibus* & *feſtiuis* pro *excommunicatis* publice facies *denunciari* in eccleſiis, ubi *multa populi multitudo* convenit, & ab omnibus acrius euitari, ipſasque ciuitates, villas, oppida, terras & loca, in quibus ANTICARDINALES predicti vel eorum familiares contra huiusmodi *inhibicionem* deliraverint vel recepti fuerint, eccleſiaſtico, ipſo facto, ſubiecta interdicto eſſe denuncies, quamdiu predicti ANTICARDINALES aut eorum familiares uel aliquis predictorum ibidem moram traxerunt & per dies QVINQVE POST *eorum receſſum*. Nos enim omnia & ſingula premiſſa *tibi* per *te* uel alios exequendi *contra dictos* hæreticos quoslibet & rebelles cuiuscunque ſtatus, dignitatis, gradus, ordinis vel condicionis exiſtant, etiamſi communitatis ciuitatum vel *uniuerſitatum* & terrarum opidorum, & caſtrorum uillarum, aut locorum fuerint, eos per cenſuram eccleſiaſticam, appellacione poſtpoſita, compeſcendi ac inuocandi ad hoc, ſi opus fuerit, auxilium brachii ſecularis: non obſtantibus tam *Fr. Reu. Bonifacii* quam aliis *conſtitucionibus apoſtolicis* contrariis, non obſtantibus quibuscunque, ſeu ſi aliquibus communiter vel diviſim a ſede apoſtolica ſit indultum, quod interdici, *ſuſpendi* vel *excommunicari non poſſint*, per *literas apoſtolicas* facientes plenam & expreſſam de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem; plenam & liberam pro autoritate noſtra, tenore preſentium concedimus poteſtatem. *Datum* ROME CIↃCCCC XX...

Neque illis dandam eſſe remisſionem *peccatorum.*

Sine ullo priuilegio *pontificio aduerſus nullitates* banni.

Datum 142..

LIBER

LIB. III. DIPLOMATARIVM BOHEMICVM ET SILESIACVM.

DIPLOMA I.

Fundatio aedis s. CRVCIS, ex ipſo *archetypo* deſcripta, cum SENATVI, ut ipſi dicunt, uel intimanda uel transſcribenda daretur CIↃ CC LXXXVIII.

IN *nomine domini dei aeterni, amen. Omnibus chriſti fidelibus, praeſentes literas inſpecturis*, HENRICVS, *quartus, dei gratia, Dux Sleſiae & dominus Vratislauiae &c.* coeleſtis uitae conſortium ſtabilitatemque perpetuam! Subſcriptorum religioſa benignitas, quae diuini numinis cultibus ampliandis ſtudio ſolicitae deuotionis inuigilat, hac nos praecipuae neceſſitatis lege conſtringit, ut, quos a *Deo* ſuſceptum principandi praerogatiua magnificat, diuinos honores piis extollamus officiis ac charitatiuis operibus innitemur, ad laudem & gloriam regis coeli. Cupientes igitur, deo gratis, *diuorum principum*, *progenitorum* noſtrorum, inhaerere ueſtigiis, & ut nos de *talento*, nobis concredito, quippiam in theſauros *coeleſtis* patrisfamilias apponamus, eique catholicae ſubiectionis debita tribuamus iudicia, per quem *reges* regnant & potentes ſcribunt iuſtitiam ad honorem omnipotentis dei ac *uiuificae crucis Chriſti* pro remedio

HENRICI IV. *Ducis* Sleſiae & Vratislauiae *1288.*

Pias cauſas & eccleſias promouere, eſt principum officium.

Hinc ipſe

in ſalutem animae 1) patrui Salisburgenſis aepiſcopi 2) Ottocari R. 3) D. Cracouiae eccleſiam collegiatam Vratislauiae fundat.

peccatorum mortis; noſtraque ac parentum noſtrorum aeterna ſalute: ſpecialiter etiam in ſubleuamen *animae patrui noſtri* cariſſimi, ducis VLADISLAI, piae recordationis, quondam *Saltzburgenſium archiepiſcopi*, nec non illuſtrium principum; domini OTTOKARI, quondam *regis* Boemiae ac Boloslai, ducis *Cracouiae*, *auunculorum noſtrorum*, quorum memoria ſit beata! eccleſiam *collegiatam* infra muros caſtri noſtri *Vratislauienſis* fundare decreuimus, fundatam conſtruere ac dotare conſtructam in modum & formam inferius ſubnotatam. Statuimus enim in eadem eccleſia *quinque praelaturas*, praepoſituram *unam* ac *decanatum*, *Scholaſtriam*, *cantoriam*, *cuſtodiam* inſuperque duodecim *canonias*; in quibus praelaturis & canoniis collatae perſonae, *ad dei cultum* idoneae, *eccleſiaſticis* miniſteriis obſecundent. Et quoniam, ſecundum apoſtolum, qui *altari ſeruit*, debet de altari *uiuere*, &, qui ad *onus* eligitur, non debet a *mercede* repelli; nos praedictis tam praelatis quam canonicis ſic prouidimus abundanter: ut, de *uictu ſecuri*, miniſterio ſanctae crucis liberius atque fidelius ſint intenti. PRAEPOSITVRAM igitur, quam primam atque praecipuam eiusdem eccleſiae fore uolumus dignitatem, ſub his bonis atque reditibus conſtruimus atque fundamus. Adiicimus enim ei allodium & uillam *Radloniz*, ad noſtrum dominium pertinentem, pertinebit inſuper ad eandem plenum dominium uillae *Luthenaw*, ſpectans olim ad dictam parochialem in *Olsnitz*, & de *molendino* aedem uillae habebit annuatim *marcam argenti* in cenſu cum *piſcina* eiusdem molendini, quod etiam gratis molere tenebitur ad curiam praepoſiti memorati: inſuper

Quinque praebendas 1) praepoſituram 2) decanatum 3) ſcholaſtriam 4) cantoriam 5) cuſtodiam

DOS in 1) PRAEPOSITVRA.

ſuper habebit *decimam ſeptimanam* in *theloneo* in ciuitate, *Olsnitz*, praenotata, cum omni *iure decimationum* in villis ſubſcriptis: in uilla *Ludwizi*; in uilla *Neaſchaw*; *Spalitz*; *Rathai*; *Dambrow*; *Smarſau*; *Stampin*; *Boguſchitz*; *Jenkouitz*; *Borau*; omnes FERTONES *decimales*, *maldratas* etiam *decimales* viginti octo de allodiis adiacentibus ciuitati noſtrae *Olsnitz*, nec non & decimae in campis, in locis & in uillis ſubſcriptis, in tota uilla *Socolowitz*, in *Tocar*, in paruo *Boguſchitz*, in *Medar*, in curiis adiacentibus ſuper *Swirnam*. Nec non *decima* de *ſex manſis* in Boguſi de *Smolma*; quae omnes decimae ad ius praedictae eccleſiae de *Olsnitz* pertinebant. VINEAS uero de *Olsnitz*, *humeleta* ac *molendinum* ibidem dominus Petrus, *Notarius* noſter, (olim *plebanus* in Olsnitz) nunc autem PRAEPOSITVS *ſanctae crucis* tenebit & poſſidebit ad tempora uitae ſuae. Quo defuncto *fructus uinearum* ipſarum cum uſibus *humeleti* ac prouentibus *molendini* ad quotidianas diſtributiones cedent tam perſonis, quam *canonicis* SANCTAE CRVCIS, qui pro tempore fuerunt reſidentes. Ad DECHANATVM autem praedictae eccleſiae pertinebit villa *Wyrzow* cum *molendinis* & omnibus pertinentibus ad eandem, quae olim ſpectabat ad ius eccleſiae noſtrae in *Vraz* cum *decimis* & iuribus infra ſcriptis in uilla *Hemingesdorff* & *Cuntzendorff* & *Berſum* & in *Golla* omnes FERTONES DECIMALES. Item in *Cumſtou* quatuor *marcae*, nec non decem & ſeptem *maldratae*; decimales in *Wildtiſchin*, quae decimae olim ad ius eiusdem eccleſiae de *Vraz* pertinuiſſe noſcuntur; *Maldratae* inſuper decimales in *Garſau* & nouem *marcae* in bonis filiorum Borrislai de *Bicen*, ſpectantes olim ad capellam

Decima ſeptimana in thelonio. *Cum iure decimandi in uillis.* *Fertones decimales.* *malterzehenden.* *Humiletum.* II. DOS in DECANATV. *Oratorium caſtri.*

pellam ſeu *oratorium caſtri noſtri.* SCOLASTRIAE

III. DOS SCHOLASTRIAE. quoque inſcriptos reditus deputamus *uiginti* quinque *paruos manſos cenſuales* in *Sytlowitz*; item in *Zawidowitz* triginta ſex paruos *manſos* cenſuales in *Schusdorff* ante *Brigam* deputantes nihilominus eidem pro *agricultura allodinum Jesketel*, quod olim fuit *militis* noſtri. Nihilominus

IV. CANTORIAE. CANTORIA, ſiquidem eiusdem noſtrae plantationis, poſſidebit allodinum *ſex manſorum*, pertinens olim ad eccleſiam parochialem in *Domazlow* cum *annonis* & *decimis* infra ſcriptis in ipſa uilla *Domazlow* quadraginta tres *maldratae* triplicis annonae: *tritici*, *ſiliginis* & *auenae.* Item in noua eccleſia *triginta maldratae*, quinque *tritici*, decem *ſiliginis*, quindecim auenae. In uilla *Stablowitz* nouem marcae argenti cum dimidia, in villa Hermanni ſex marcae & dimidia. Item in *Onckowitz* quarta dimidia marca in *Smedeneth* decima in campis in allodio, quod eſt Hermanni, aurifabri, prope *Lesnitz* decima, in allodio in campis *Godzuni* decima in campis quae decimae, licet olim ad eccleſiam in *Domazlow* pertinerent, nunc tamen ad ampliandos dignitatis praedictae reditus ſunt translatae. CVSTODIAE

V. CVSTODIS DOS. vero, quam fundauimus itidem, contulimus pro curiae ſuae allodio villam *Radlow* prope circuitum, nec non viginti quinque manſos cenſuales in *Schonau*, villa noſtra prope Mameslau quae polonice *Milowitz* nuncupatur. Spectabunt etiam ad ius cuſtodiae praedictae annonae & decimae infra ſcriptae in *Criſowitz* triginta nouem maldratae decimales triplicis annonae; in *Bomungart*, viginti maldratae; in *Jaſowitz*, ſedecim *maldratae*; in *Pinania*, octo maldratae; in *Roſenbain*, plenum dominium & proprietas ſex manſorum

ſorum (quae omnia olim ad parochialem eccleſiam in *Olauia* pertinebant, factae ſunt autem ſectiones, diuiſiones ac *translationes* redituum, decimarum, cenſuum, prouentuum ac uillarum in praeſcripta forma de parochiis ad ſupra poſitos perſonatus, ad gloriam SANCTAE CRVCIS, ad noſtram inſtantiam ex cauſis rationabilibus per uenerabilem patrem dominum *Thomam Vratislauienſem Epiſcopum*, eius ad hoc accedente conſenſu capituli, meraque ac libera uoluntate, eorum quoque plebanorum, quorum intererat, requiſito conſenſu pariter & obtento. Ad *praebendas* autem ſeu *canonias*, quas, ut praediximus, fundare decreuimus in *eccleſia ſanctae crucis*, infra ſcriptas villas ac poſſeſſiones, ad noſtrum *ſingulare dominium* pertinentes,) cedimus atque damus, inducentes ipſos in *corporalem poſſeſſionem* praedictorum bonorum, renunciantes ex nunc pro nobis & quibuslibet noſtris *ſucceſſoribus omni dominio* omnique *vindicationi*, ſeu iuri, quod nobis ipſis vel noſtris ſucceſſoribus aut heredibus competeret in iisdem, aut competere cuipiam uideretur. *Salua lege traditionis*, quae inferius exprimetur. Villae quidem, quas ad hoc deputamus, ſunt hae: in villa *Heinrici* viginti octo magni *manſi* cenſuales. Item *Bela*, quae continet quadraginta octo magnos manſos cenſuales. Villa *Peterwitz* circa *Launſtein*, quae continet triginta ſeptem magnos manſos cenſuales. Villa *Franckenberg*, quae continet viginti magnos manſos cenſuales, in *Tirpitzveio* triginta octo parui manſi cenſuales: pro ſupplemento uero defectuum in praebendis praedictis adiecimus duos magnos in *Pilauia*; quindecim paruos manſos in *Pfaffendorff* prope *Richenbach* & tres magnos manſos

Bonorum eccleſiae uerſio & translatio.

Villae dicatae S. CRVCIS COLLEGIO.

ſos, in villa, quae antiquum *Löwenſtein* nuncupatur; item undecim paruos manſos in *Milenau*, & quatuordecim in uilla *Alberti* propre *Berolſtad*. Adiicientes inſuper ad complementum *duodecim praebendarum* in eccleſia ſanctae crucis in opere *monetae* noſtrae *tres marcas*, auri annis ſingulis perſoluendas. Ne autem inpoſterum communio valeat generare diſcordiam; nos de conſilio venerabilis patris, Domini THOMAE, WRATISLAVIENSIS EPISCOPI eaſdem *praebendas* ita duximus limitandas, ut PRIMA quidem praebenda in uilla *Heinrici* habeat *decem* & octo magnos manſos & tres paruos manſos in *Pfaffendorff*. SECVNDA decem magnos *manſos* ibidem; & decem magnos *manſos* in Bela. TERTIA in *Bela* uiginti habet magnos manſos. QVARTA decem & octo magnos manſos ibidem & duos magnos manſos in *Pilauia*. QVINTA uiginti magnos manſos in Grodis. SEXTA duodecim magnos manſos ibidem, & decem magnos manſos in Pfaffendorff. SEPTIMA uiginti magnos manſos in Peterwitz. OCTAVA decem & ſeptem magnos manſos ibidem & tres in antiqua *Löwenſtein*. NONA octo paruos manſos in *Tirpitz*; & undecim in Milenaw & quatuordecim in Alberti uilla prope Berolſtad. DECIMA in *Franckenbergk* uiginti magnos manſos. VNDECIMA in Tripiz triginta habeat paruos manſos. DVODECIMA de opere monetae noſtrae percipiat annuatim tres marcas auri. Soluet autem quilibet praedictorum *manſorum*, qui magnus fuerit, annis ſingulis *quinque fertones argenti* & *ſex menſuras triplicis annonae*, duas *tritici*, duas *ſiliginis* & duas *auenae*, paruus uero manſus dimidiam marcam *argenti* & *maldratam* annonae triplicis, prout *conſuetudo generalis terrae* obſeruat.

Pro XII. praebendis dos. — *Praebendae Prima.* — *Secunda.* — *Tertia.* — *Quarta* — *Quinta.* — *Sexta.* — *Septima.* — *Octaua.* — *Nona.* — *Decima.* — *Vndecima.* — *Duodecima.* — *Ex manſis ſolui debent 1) fertones. 2) triplex frumentum.*

Quos

Quos quidem manſos omneſque uillas praedictas in ius *plenum* merumque *dominium* ECCLESIAE SANCTE CRVCIS *transferimus*, *tradimus* & *donamus*, *reſeruantes* nobis noſtriſque ſucceſſoribus DOMINIVM IN SCVLTETOS uillarum ſuperius expreſſarum, necnon IVDICIVM in maioribus cauſis SANGVINVM, quae CAPITALES dicuntur. Pro curiis inſuper & allodiis, in quibus iidem canonici ſuas ſtatuere ualeant araturas, damus eccleſiae SANCTAE CRVCIS uillas noſtras, uidelicet: *Sirnicii* prope *Dimdzolow* octo manſos in bonis *Breniconis*; item uillam *Ribitz*; addita quoque eſt ipſis per *uenerabilem patrem* dominum THOMAM, WRATISLAVIENSEM epiſcopum uilla *Papowitz*, pertinens olim ad capellam caſtri noſtri *in Rimitz*, quibus omnibus uillis in duodecim porciones diſtinctis, quilibet *canonicorum quatuor manſos* paruos excolendos accipiat &, ſi quid excreuerit, pro communibus uſibus eccleſiae de canonicorum conſilio diſponatur. Damus quoque ipſis canonicis uillam noſtram, que dicitur - - pro *refectionibus* dandis in ANNIVERSARIIS inferius annotatis in modum & formam, quam duxerimus ſtatuendam. Item addimus eis uillam *Zemplin*, ſitam inter *Wratislauiam* & *Opotowiz*, pro communi utilitate *capituli*, uolumus autem, ut poſſeſſiones & uillae, quas *in agriculturam* tradimus *canonicis ſanctae crucis*, nec non villae praelaturis adiunctae, quarnm proprietas ad ipſas pertinet pleno iure; *Aſtan*; *Bocot*; *Brewod*; *Stroſa*, *Bodnora* omnibus *angariis* ac *perangariis* IVRIS POLONICI, quocunque nomine nuncupentur, penitus ſint *exemtae*, ita ut nec *ruſtici* ſeu *coloni*, qui pro *ſeruitio* ipſorum in uillis praedictis fuerunt collocati, coram *caſtellanis* noſtris teneantur in caſu

Conſuetudo generalis terrae.

Retenta Ducis iuriſdictione 1] ciuili. 2] criminali.

Villae aliae dicatae.

Sigillatim pro refectionibus in anniuerſariis.

Iuris Polonici. *Exempti ab angariis.*

caſu quolibet reſpondere, ſed tantum coram *nobis* aut *iudice* curiae noſtrae citati per *literam* & per *nuncium* comparebunt. Pro *ſanctuario* quoque, qui miniſtret atque deſeruiat eccleſiae ſupra dictae, aſſignamus decem manſos cenſuales in uilla *Dametlouitz*, quam emimus a *milite* noſtro, Henrico, filio Danielis, uolentes, ut *cuſtos* eccleſiae ſancte crucis teneatur eidem de ſuis prouentibus tres marcas annis ſingulis impartiri. Pro SVCCENTORE etiam, qui deſeruiat eccleſiae ſanctae crucis, aſſignamus & damus ei, qui ad hoc officium fuerit deputatus reditus annuos *ſex* marcarum in locis ſubſcriptis: in manſis cenſualibus ante *Pronzn*, quatuor marcas & fertonem in manſis ante ciuitatem *Richenbach* collocatis marcam & mediam in molendino *de Pilauia* fertonem in cenſu, uolentes inſuper, ut idem SVCCENTOR CANTORI *ſubiectus*, quattuor marcas annuatim recipiat ab eodem. Pro *magiſtro* quoque ſeu *rectore ſcholarum* adſignamus & damus *decem marcarum* reditus in his locis de allodiis ciuitati *Olsnitz* adiacentibus, ſex marcas in cenſu, item de cenſu manſorum ac ortorum adiacentium oppido noſtro *Nenitz* quatuor marcas, ſtatuentes atque mandantes, ut SCHOLASTICVS, per quem idem *rector ſcolarum* eligendus fuerit, de *ſuis prouentibus ſex marcas*, annis ſingulis impartiatur eidem. Volumus autem & ſub FIDEICOMMISSI LEGE praecipimus omnibus noſtris *heredibus* cunctiſque, quos diuina clementia nobis ex *aſſe* ſeu ex *parte* prouidit ſucceſſores, ut praeſentis inſinuationis *eulogium* benigno proſequentes *affectu*, ECCLESIAM SANCTAE CRVCIS cum perſonis bonis ac hereditatibus ſuis defendant & foueant, ipſiusque prouentus *multiplicent*, non *defalcent* ac eandem in ſuis honoribus non depri-

Pro SANCTVARIO.

Pro SVCCENTORE.

Pro magiſtro SCHOLAE.

quem ſubleuet ſcholaſticus.

Fideicommiſſi lege.

deprimant; ſed subliment. Si quis autem tam ſalubre, tam pium, tam prouidum noſtrae liberalitatis arbitrium, auſu propriae temeritatis infregerit, velut *hoſtis aduerſarius Chriſti!* uiolentus *coelicae maieſtatis inuaſor! reum ſe damnationis aeternae conſtituat*, noſtraeque diſpoſitioni contrarius, uelut heres *ingratus ſucceſſionis noſtrae* iure *priuatus* titulo, *coeleſtis uindictae* ſententiam praeſtoletur. Volumus autem, ut in eadem eccleſia a perſonis, quae nunc inſtituuntur ibidem, aut pro tempore fuerint inſtitutae, ANNIVERSARIVS noſter ac VXORIS NOSTRAE, nec non PATRIS & MATRIS noſtrorum, domini quoque VLADISLAI quondam SALZBVRGENSIS Archiepiſcopi, patrui noſtri, inclitorum quoque principum, domini OTTOKARI, quondam BOEMIAE REGIS ac domini Boleslai DVCIS CRACAVIAE, *auunculorum* noſtrorum, per annos ſingulos ſolemniter peragatur. Quia vero geſta, quae in publica munimenta deueniunt, perpetuam obtinent firmitatem, nos, ad aeternam rei memoriam, praeſentes *literas* conſcribi fecimus, noſtrique ſigilli munimine roborari. Venerabilis quoque pater, dominus THOMAS, VRATISLAVIENSIS *epiſcopus*, ſupra ſcripta omnia coram ipſo ſuoque *capitulo ſeriotenus* publicata *ratificauit*, *laudauit* ipſeque una cum *ſuo capitulo* confirmationis condignae robur impendit. Faciens in ſignum confirmationis ac ratificationis omnium praeſcriptorum, praeſentes literas SIGILLI ſui appenſione *ſignari*, in uiolatores *donationis noſtrae* praeſentis ac bonorum eccleſiae *ſanctae crucis maleficos* inuaſores, excommunicationis ſententia ſolemniter promulgata. ACTVM WRATISLAVIAE anno domini *milleſimo*, *ducenteſimo*, *octogeſimo octauo*, *tertio* *idus*

Defendant ſucceſſores eccleſiam S. crucis.

Alias damnentur ut hoſtes Dei crimine laeſae maieſtatis diuinae.

Enumeratio perſonarum pro quibus ANNIVERSARIA *colenda.*

Confirmatio 1] epiſcopi & 2] capituli Vratiſlauienſis.

Actum 1288.

idus Ianuarii, praeſentibus uenerabilibus patribus, domino Iacobo *KnecezneNſi* archiepiſcopo, nec non domino Thoma, *Vratislauienſi* epiſcopo, domino *Broslao praepoſito*, domino mileſio demno, domino Ioanne *cantore*, domino Nicolao *cuſtode*, domino Henrico *archidiacono* Lignicenſi, domino Bernhardo, *praepoſito* Michenſi, domino Ioanne, *decano Glogouienſi*, domino Leonhardo, *Decano* Opolienſi, domino Ioanne, *archidiacono* Landſchinenſi, domino Petro, *cancellario*, magiſtro Martino, Iohanne Martino de *Carlowitz*, domino *Arnoldo*, *plebano* ſanctae Mariae Magdalenae, magiſtro Petro Lap, domino Wacho; domino *Steffano*, domino Ioanne Groſſen, praelato & Canonico *Vratislauienſi*, domino Petro, praepoſito *ſanctae crucis*, Ioanne decano Iacobo *ſcolaſtico*, Cunrado, *Cuſtode*, magiſtro Thoma Giſelhero, Hermanno, Henrico & aliis *canonicis* eiusdem eccleſiae. Datum per manus *magiſtri Lodoſci Notarii curiae noſtrae*, in cuius robur & firmitatem noſtrum ciuitatis praedictae *ſigillum* praeſentibus eſt ſubappenſum (*).

Teſtes.

Subappenſum SIGILLVM.

DIPLOMA II.

ADOLFI, imperatoris Romani, qui Boemiae Regis Wenceslai filiae ſpondet filium Rupertum & ob praenumeratam *dotem* 10000. *marcarum* argenti eidem oppignerat bona imperii 1) *Pleiſnenſem* terram, 2) *Altenburg*, 3) *Chemnitz*, 4) *Zwickau* atque 5) EGRAM,

(*) Vnde pleniſſimum ſpecimen omnium eorundem, quae ad COLLEGIATAE CANONICORVM ECCLESIAE indolem ac inſtitutionem pertinere uidentur.

ciui-

ciuitatem, usque dum nuptiae conſummatae & iure reſeruato in *Egram*, quod *Bohemiae* Reges putant ſe habere CIↃCCXCII.

NOs ADOLPHVS, *Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus recognoſcimus* &, tenore praeſentium, proteſtamur: quod, cum illuſtris WENCESLAVS *rex Boemiae*, marchio *Morauiae*, *dux Cracauiae & Santomeris &c. decem millia marcarum argenti*, quae, pro dote filiae ſuae, inclyto RVPERTO, filio noſtro, dare tenetur, ratione amicitiae, praeueniendo ſolutionis tempus debitum, in feſtis aſſumtionis beate virginis Mariae, & epiphaniae domini, proxime nunc uenturis, proportionaliter ſoluere promiſerit & paxare; Nos terram *Pliſnenſem*, videlicet: caſtrum & oppidum *Aldenburgk*, *Kemnitz*, *Zuickaw*, & totam terram *Pliſnenſem* cum omnibus *uaſallis*, *hominibus*, bonis *feodatis* ſeu *non feodatis*, *iudiciis*, *theoloneis*, *iuribus & honoribus* ac aliis pertinenciis ad eam ſpectantibus, eo iure, quo ad REGEM ROMANORVM ſpectare ſeu pertinere noſcuntur; nec non EGRAM, ciuitatem & caſtrum cum *ſuo territorio*, caſtris, hominibus, bonis feodatis, ſeu non feodatis, uaſalis, *iudiciis*, *theloneis*, & omnibus ſolutionibus ac iuribus uniuerſis, quae ad REGEM ROMANORVM *ſpectare* ſeu pertinere noſcuntur; *hypothecamus* & *inpignoramus* & *ypothecata* & *inpignorata* praeſentibus aſſignamus, tradimusque dicto domino, *Wenceslao*, *regi Boemiae* & *heredibus ſuis* pro pecunia praelibata: quae tamen impignoratio ſeu obligatio euaneſcet & penitus diſſoluetur NVPTIIS, *inter noſtrum filium* & ipſius *regis filiam* celebratis. Hoc pacto expreſſo: quodſi *regi Boemiae*

ADOLFVS imperator 1292. VVenceslao Bohemiae R. pro dote 10000. marcarum, futurae dotis, filio danda RVPERTO, oppignerat 1) Pleiſen. 2) Altenburg 3) Kemnitz. 4) Zwickau. 5) EGRAM, cum TERRITORIO. Vsque dum nuptiae perfectae.

Saluo iure Boemorum in EGRAE DOMINIVM. *Si quod docuerint 1) litteris. 2) teſtibus.* DATVM 1292.

miae de DOMINIO EGRAE praedicto aliquid iuris competere uidebitur ſeu competit & id poterit *legitime edocere literis* ſiue *inſtrumentis* ac aliis *preconibus* competentibus, illud ſibi dimittemus ſine moleſtia cuiusliaet & preſſura. In huius rei *teſtimonium* praeſentes literas *ſcribi* fecimus, & *ſigilli* noſtri munimine roborari. DATVM apud *Frankenfurt*. V Idus Maij, Anno domini M CC XCII. *regni* uero noſtri anno *primo*.

DIPLOMA III.

Dux Saxoniae ALBERTVS promittit, nullum alium *eligere in regem Romanorum*, niſi quem dominus WENCESLAVS REX *Bohemiae deſiderat*; ſiquidem REX eligendus certificet ipſum *ducem* pro *quatuor millibus*, 500. MARCARVM argenti CIↃ CC XCII.

ALBERTI II. *D.* SAXONIAE *an 1292. Principis* MARSALCKI, *diploma, quo teſtatur 1)* WENCESLAVM *B. R. pincernam,* 2) OTTONEM *longum camerarium, pollicitos ipſi eſſe, quod* CANDIDATVM *imperii obligaturi ſint*:

NOs ALBERTVS *dei gratia dux* SAXONIAE, *Angariae & VVeſtphaliae, comes de Bren, Burggrauius de Magdeburgk; ſacri Romani imperii princeps*, MARSALCKVS ad uniuerſorum noticiam uolumus, tenore preſentium, peruenire. Quoniam, *magnifici principes*, domini WENCESLAVS, *rex* BOEMIAE, *pincerna*; & OTTO LONGVS, *marchio* BRANDENBVRGENSIS, *camerarius eiusdem imperii*, qui una nobiſcum & aliis imperii principibus in ELECTIONE ROMANORVM REGIS & IMPERATORIS obtinent *ius* & *uocem*; nobis beneuole promiſerunt: quod, priusquam ipſi perſonam aliquam in regem Romanorum eligerent, *procuraturi* ſint, ut *perſona* illa, quae tunc in *regem Romanorum* eligenda fuerit, nos certificet & nobis *caueat de* QVATVOR MILLIBVS

MAR-

MARCARVM ET QVINGENTIS MARCIS *argenti puri, Pragenſis ponderis*, quod nobis easdem in *compeтentibus terminis* exſoluat *rex Romanorum* praedictus; &, ſi poterunt noſtra negotia apud eundem *regem Romanorum*, quicunque fuerit, in *melius dirigi*, illud procurabunt, etiam ante *electionem* praedictam. Qui *rex Romanorum*, qui per nos electus fuerit, de *octingentis* marcis argenti, in quibus apud *Thizmannum* LANDGRAVIVM pro bonis in ALTENBVRG ad mandatum quondam *domini* RVDOLPHI *regis Romanorum* fideiuſſimus, nos certificet nobisque plene *caueat* de eisdem. Ordinabunt etiam ante *electionem* eandem, ut, quicquid iuris per ſententiam regiam contra *archiepiſcopatum & eccleſiam Magdeburgenſem obtinuimus*, illud idem ulterius proſequendum *Rex Romanorum*, qui electus fuerit, nos teneatur iuuare, *iuſticia mediante*, & omnia expreſſa ſuperius, quae pro nobis apud predictum REGEM ROMANORVM, nouiter eligendum, efficere & procurare promiſerunt; & ſi nos ante electionem regis *Romanorum*, quod abſit! continget, decedere; pro noſtris heredibus fideliter procurabunt Ceterum cum, ad *electionem celebrandam* regis Romanorum, eundem BOEMIAE *regem* in proximo continget procedere, nos ad LOCVM pro electione *regis Romanorum* ſtatuendum, cum ipſo rege *Boëmiae in ſocietate*, expenſis & conductu ipſius cum DECEM *noſtris* MILITIBVS, duobus CAPELLANVS & *octo* DOMICELLIS, quos ipſe rex *Boëmiae* VESTIRE promittit, uenire, ſtare, & redire debemus: ubi, in *electione praedicta*, VOCEM ET AVCTORITATEM NOSTRAM NON IN ALIVM NEC ALITER DERIGEMVS, niſi ſicut FIDEM REGI Boemiae placuerit & ipſe

ad ſoluendum 4500. marcas argenti & cauendum de 800. marcis, ubi, iuſſu Rudolfi I. Caeſaris apud THIZMANNVM *Thuringiae L. fideiuſſi.*

Et decidendum in lite cum MAGDEBVRGICO *aepiſcopo. Idem pollicentur heredibus.*

Contra ipſe SVFFRAGIVM *addidit Boemiae regis arbitratui.*

Quem promittit conducere ad locum electionis, cum 1) X. militibus. 2) II. capellanis. 3) VIII. domicellis.

Quos Rex veſtire debet. Neque pro alio ſuffragari, quam eo, quem no-

 rex

minauerit R. Boemiae.

Promiſſio PATENTIBVS *literis facta, etiam adimplenda a legatis & nunciis eius.*

Pro fide data.

Sigillum.

DATVM *Sittauiae 1292.*

rex Boemiae nos iuſſerit & ſicut in aliis noſtris PATENTIBVS LITERIS, ſuper *uoce* & autoritate per *nos* in *eundem Regem Boemiae* translatis & directis, plenius continetur. Quodſi legitimo impedimento praeuenti ad terminum & locum *praedictae electionis* ſuſcipiendae uenire non poſſemus; vel, abſoluti per ipſum *regem Boemiae* ab iſto itinere, apud *propria* maneremus; NVNCII NOSTRI, quos, loco noſtri, ad *praedictam electionem*, in ipſius regis *Boemiae* expenſis, cum pleno & ſufficienti mandato noſtro ad eligendum tenebimur mittere, non aliter, quam nos ipſi, ſi *praeſentes* adeſſemus, iuxta praedictarum noſtrarum LITERARVM (quas ipſi *Boemiae regi* dedimus ſuper hoc) continenciam, facere teneantur. In quorum omnium *teſtimonium* & roboris firmitatem praeſentes fieri & *ſigillo* noſtro iuſſimus communiri. DATVM & ACTVM (*) in *Sittauia*, *Anno domini* CIↃ CC XCII. in uigilia beati *Andreae* apoſtoli; *indictione* quinta.

DIPLOMA IV.

ALBERTI imperatoris, quo confirmat reemptionem terrarum *Miſniae* olim marchioni pro *praetenſione* in AVSTRIAM ceſſarum a Rege Ottocaro CIↃ CCC.

(*) Plurima hinc intelliguntur 1) an. 1292. principes *officiales* adpellatos, non *electores*. 2) *Ottonem longum* Brandenburgicum, re ipſa *electorem* fuiſſe, 3) *ſuffragia* uendi & 4) *collectori addici* potuiſſe, 5) legatos ad electionem miſſos, non formula *libera*, ſed *adſtricta* ad certam perſonam, 6) *Dieznannum* agnitum pro Landgrauio *Thuringiae*, 7) conductum fuiſſe *paruum*, 8) *militum & domicellorum* idque in *ueſte* ſui principis, 9) *ſigillum* firmare diplomata, non ſubſcriptionem, 10) *actum & datum* iungi hic loco eod m & tempore.

Nos

NOs ALBERTVS, *Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus uniuerſis futuris praeſentium inſpecturis, notum eſſe uolumus.* Quoniam, cum *conſenſu noſtro*, quondam magnificus princeps, OTTOCARVS, *Rex Boemiae* illuſtris, oppidum SADOVIAE & caſtrum BIRCHENSTAIN, ſita in terra *Miſnenſi*, in recompenſam quorumdam bonorum terrae AVSTRIAE, ſuper quibus actionem *Marchio Miſnenſis* tunc temporis ſibi petiit, a regno ſuo alienauerit cum ſuis iuribus & pertinenciis uniuerſis; & nunc *illuſtris* WENCESLAVS, *rex Boemiae* princeps & frater noſter dilectus, tanquam uerus *heres* dicti *Ottocari*, oppidum & caſtrum *reemerit*, abſoluerit ſeu redemerit memorata: nos dictam *reemtionem*, abſolutionem ſeu redemtionem ratam & gratam habentes, cum auctoritate praeſentium, confirmamus (*). DATVM *Maguntiae*, III calendas Iulii, Anno domini CIↃ CCC. *indictione* XIII. *regni* noſtri *ſecundo*.

ALBERTI *imperatoris confirmatio redemtorum locorum quae olim Miſnenſi Marchioni, PRAETENDENTI in AVSTRIAE ducatum, ceſſit Ottocarus R. Boemiae. Vt Auſtriaca eo fidentius ſibi adferret.*

Datum 1300.

DIPLOMA V.

Promiſſio ducis ALBERTI AVSTRIAE, *quod*, quando erit rex Romanorum, WENCESLAVM *regem Boemiae*, eam ob cauſam, onere *ſeruitiorum* & conuocationum *curiarum imperialium* eſſe debere *exemtum* anno CIↃ CC XCVIII.

(*) Sentiant intelligantque exinde MISNENSES, *Germaniam principem* non fruſtra neque ex ingenio eis iura in *Auſtriam* adſeruiſſe. Olim quidem certa. Licet poſtea lis pactis & uoce imperii uniuerſi ſopita ac diſſipata. Sed haec ab hiſtorico reuocari in memoriam, quis non grato agnouerit animo. Et quis crediderit aliena ab hoc loco?

ALBERTVS II. imperator eorum poſſit ſuffragium Regis BOEMIAE in electione Caeſarea. Pollicitus eſt enim Boemiae R. antequam fuerat electus,

NOs ALBERTVS, *Dei gratia dux* AVSTRIAE & *Stiriae, dominus Carniolae Marchio & Portusnaonis, tenore praeſentium promittimus bona fide:* quam cito, fauente domino, in REGEM ROMANORVM eligi nos contingit, ſtatim illuſtri domino WENCESLAO regi *Boemiae* affini noſtro, tanquam fratri cariſſimo, noſtras patentes literas, *ſigillo* noſtro regali munitas, dabimus in hac forma: ALBERTVS, *dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus*, uniuerſis & ſingulis ſacri imperii Romani fidelibus, praeſentes literas inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Habet haec rationis ordo laudabilis & forma iuſtitiae, ut, quo magis benemeruiſſe quis cernitur, eo maioris gratiae ſubleuetur honoribus & ſeruitiorum oneribus non prematur, quinimmo liberalitatis amplioris munere gaudeat, qui maiora noſcitur obſequia praeſtitiſſe. Magna itaque ac accepta ualde ſeruitia per illuſtrem WENCESLAVM *regem* BOEMIAE, *ducem Cracouiae & Sandomeris, Marchionemque Morauiae cariſſimum affinem & principem noſtrum* ab olim *ſacro romano imperio* nobis conſtanter & gratuiter exhibita, per quae ipſius imperii noſtrumque fauorem & gratiam multipliciter *meruit*, conſiderationis attento ſtudio diligenter attendentes ac uolentes eum propterea proſequi liberalius praerogatiua noſtri fauoris & gratiae ſpecialis, eundem *regem ac ſucceſſores ipſius ab omni* SERVITIORVM ONERE, *quocunque cenſeantur nomine per eos ratione* FEVDORVM, quae nunc tenent, ſeu tenebunt inpoſterum a nobis & eodem imperio vel alia quacunque ratione nobis & dicto imperio debitorum, de SPECIALI GRATIA IN PERPETVVM ABSOLVIMVS & EXIMIMVS ac eſſe uolumus liberos

I. IMMVNITA. TEM a nexu clientelari erga S. R. imperium.

beros & exemtos, niſi quantum ipſe *de bona uoluntate uoluerit exhibere*, ordinantes ac ſtatuentes harum ſerie: ut ante dictus *rex* & *heredes* ac *ſucceſſores* ipſius ad *nullam noſtram uel ſucceſſorum noſtrorum* regum ſeu imperatorum Romanorum *expeditionem*, *conuocationem*, *curiam*, ſeu *colloquia generaliter* vel *ſpecialiter indicenda* quaecunque & ubicunque & quocunque *negotio* ſeu cauſa *iuſſi* vel *requiſiti perſonaliter uenire* uel *nuncios* aut *homines* aliquos mittere, aliquatenus teneantur. Priuilegia quoque omnia ſuper *donationibus*, *libertatibus* & *gratiis* quibuscunque praedicto REGI & *progenitoribus* eius, a diuae memoriae Romanorum imperatoribus ſeu regibus praedeceſſoribus noſtris data, ſeu conceſſa ſub quacunque forma uel conceptione uerborum, *rata* & *grata* habemus & ea de ſpeciali gratia confirmamus; in quorum omnium *teſtimonium* & ipſius *regis* ac *heredis* ac *ſucceſſorum* ſuorum cautelam & robur perpetuo ualiturum praeſens priuilegium fieri & *ſigillo maieſtatis noſtrae* iuſſimus communiri. ACTVM *& datum ponantur in loco & tempore ubi fiet.* Super praemiſſis (*) autem omnibus & ſingulis per nos faciendis *praeſentes literas* damus praedicto *regi*, noſtro SIGILLO conſueto munitas. DATVM *Wiennae.* Anno domini M CC XCVIII. ſecundo idus Martii XI. indictione.

II. APSENTIAM liberam *a comitiis, ab imperatore indictis.*

III. PRIVILEGIORVM *confirmationem.*

Formula ſperata.

DATVM. 1298.

(*) *Singularia* huius chartae momenta 1) *candidatos* imperii *corrupiſſe* ſuffragia, 2) electores ſe *corrumpi* paſſos eſſe, 3) Boemiam eſſe *ſtipendiariam* Germanico imperii, 4) Bohemiae regi *locum* fuiſſe & *ſuffragium* in comitiis, 5) ad *comitia* cogi poſſe principes. 6) Bohemica priuilegia *largitorem* habere imperatorem.

DIPLOMA VI.

Promiſſio ALBERTI, ducis AVSTRIAE, quod, *rex Romanorum*, uelit WENCESLAO *regi* BOEMIAE & ſuis heredibus obligare pro 50. *millibus marcarum argenti* EGRENSEM & PLISNENSEM *terras*; *Flozz*, & *Parckſtain*, *oppidum Vitenum* cum ſuis attinentiis & promiſſionibus ſunt hic inſerta an. CIↃ CC XCVIII.

ALBERTVS II. imperator Regi BOEMIAE, *pro conſequendo ſuffragio eius in electione Caeſarea promittit, pignoris loco dare* 1]Egrenſem 2]Pliſenſem *terras imperii, ob uiciniam Boemiae,*

NOs ALBERTVS, *dei gratia dux Auſtriae & Stiriae, dominus Carniolae Marchio & Portunaonis, ad uniuerſorum noticiam uolumus tenore praeſentium peruenire.* Quod nos MAGNIFICO *domino* WENCESLAO *illuſtri* REGI BOEMIAE, *affini* noſtro cariſſimo ſiue *fratri*, non *dolo* & *fraude* ſeducti, promittimus bona fide, quod, quam cito nos in regem Romanorum eligi continget, ſtatim ei regi & heredibus eius *terras* imperii, EGRENSEM uidelicet & MISNENSEM, cum ciuitatibus caſtris, municionibus & hominibus ibidem, nec non caſtra dicta *Flozz* & *Prackſtein* ac oppidum *Videnum*, ſita in BAVARIA circa metas *Boemiae*, cum ipſorum diſtrictibus, eidem regi & heredibus ſuis titulo *pignoris* obligabimus in *quinquaginta millibus marcarum argenti puri*, *Pragenſis ponderis* & ſub obligatione praedicta dabimus ipſi REGI PATENTES noſtras LITERAS *ſigillo* regali muniendas, ipſasque inferius annotatas & alias quaſcunque litteras ſuper eodem negotio, quas ipſe *rex* per ſe uel per ſuos nuncios duxerit requirendas & ad acquirendam ſeu adipiſcendam *poſſeſſionem* pacificam terrarum, caſtrorum, ciuitatum, oppidorum & diſtrictuum praedictorum eidem regi aſſiſtemus eumque *iuuabimus*

cum conſtituto poſſeſſorio,

mus conſilio & auxilio tam per nos, quam per *homines noſtros* efficaciter & potenter, quandocunque & quotieſcunque per eum uel eius NVNCIOS FVERIMVS REQVISITI, quouſque ipſe REX dictam poſſeſſionem omnium praedictorum pacifice aſſequatur. Promittimus etiam, efficere & efficaciter ordinare, quod principes ELECTORES ipſius imperii praedictae obligationi noſtrae conſentient & ſuper aſſenſu ſuo ipſi REGI patentes litteras ſuas dabunt, forma autem literarum, quas praedicto REGI dabimus, talis eſt: ALBERTVS, *dei grat a Romanorum rex ſemper Auguſtus uniuerſis ſacri imperii fidelibus praeſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum.* Ad apicem *regalis dignitatis* prouidentia nuper diuina uocati, dum ſtatim bonorum praedicti imperii diligenti ſcrutinio conſiderationis, attenti reuoluimus inuenimusque plurima bonorum, ipſorum praedeceſſorum noſtrorum temporibus, in graue noſtrum & ipſius IMPERII PRAEIVDICIVM alienata indebite ac diſtracta, cumque ad RECVPERANDA praedicta, ut tenemur ex debito commiſſi nobis *regiminis*, cotidiane nos ad id ſolicitudinis inſtancia excitante, procedere intendamus & id ſine magnis laboribus magniſque ſumtibus de bonorum ipſorum prouentibus, quos tenemus, aggredi & perficere non poſſimus: diligenti cum *principibus* aliiſque *fidelibus* noſtris *praeſentibus* habita DELIBERATIONE, PROVIDIMVS de aliis *bonis* praedicti *imperii* aliqua obligare, ut *recuperare* poſſimus detenta *indebite* alia pociora. Ea propter harum ſerie notum eſſe uolumus tam praeſentibus, quam futuris: quod nos pro nunc praedictas *terras* noſtras & ipſius *imperii*, EGRENSEM uidelicet cum ciuitate & caſtro ibidem ac *Pliznenſem*

& praeſtandis auxiliis.

Electorum etiam requirendo & obtinendo conſenſu.

FORMVLA *oppignerationis ſperatæ, ſi factus futurit imperator, expetienda.*

Querela de bonis imperii alienatis

Conſilia de illis recuperandis.

Inde ſententia Boemiae regi oppignorandi terras imperii

1) Egrenſem

2) Pliſnenſem. 3) Altenburg. 4) Kemnitz. 5) Czwickau. 6) Floz. 7) Parckenſtein.

ſem cum ciuitatibus & caſtris *Altenburgk*, *Kemnitz* & *Czwickaw*, nec non caſtra dicta *Flotzz* & *Parckenſtein*; ac oppidum *Vaitenum*, ſita in BAVARIA circa METAS BOEMIE cum ipſorum diſtrictibus, cum ciuitatibus & oppidis, caſtris, municionibus, uillis, *hominibus*, *nobilibus*, *popularibus* & aliis *infeudatis* & *non infeudatis*, *iudiciis*, *iurisdictionibus*, *theoloneis*, *dignitatibus*, *officiis*, *honoribus*, *cenſibus*, *fructibus*, *prouentibus*, *reditibus*, ceteriſque *utilitatibus*, *iuribus ac pertinentiis termrum*, caſtrorum, ciuitatum, oppidorum & diſtrictuum praedictorum, titulo PIGNORIS obligamus illuſtri WENCESLAO, *regi Boemiae duci Cracouiae*, & *Sandimeris*, *Marchionique Morauiae*, *principi* & affini noſtro cariſſimo in *quinquaginta millibus marcarum argenti puri*, *Pragenſis ponderis*, quas nomine MVTVI, pro recuperandis praedictis bonis alienatis, ab eodem *rege* integre *recepiſſe* & *conuertiſſe* fatemur, uolentes, ut dictus *rex* ac ipſius heredes terras praedictas, caſtra, ciuitates & oppida & diſtrictus in omnibus ſupradictis teneant, & *utifruantur* eis, quouſque per nos vel ſucceſſores noſtros *Romanorum reges* vel *imperatores* eiſdem *regi Boemiae* ac heredibus eius de praedictis *quinquaginta millibus marcarum* eiuſdem ponderis & argenti fuerit integre ſatisfactum, *fructibus* ipſarum terrarum, caſtrorum, ciuitatum, oppidorum & diſtrictuum, quos ipſi PERCIPIENT, NON COMPVTANDIS IN SORTEM, quos ei damus ex *ſpeciali gratia* per DONATIONEM, quae dicitur, *inter uiuos*, propter grata multipliciter & accepta ſeruitia, quae nos & dictum imperium a *rege* recepimus memorato. Et quod *Burggrauii* ſiue CASTELLANII tenentes caſtra ipſa, aliique *nobiles* & *incolae uniuerſi*, *feudati* & *non infeu-*

in confinio Bauariae. Cum pertinentiis rerum hominumque.

pro 50000. marcis argenti, ut aliae terrae reluantur.

Fructus in hoc pignore antichretici donati ſint ad euitandum uſurarum nimiarum crimen

infeudati, terrarum & diſtrictuum praedictorum, praefato REGEM BOEMIAE ac heredes ipſius, durante praedicta obligatione, pro ſuis *dominis* habere, ipſisque iuramentum *fidelitatis* praeſtare & reuerenter *obedire*, ac *feuda*, quae tenent ab Eo, recipere ac deſeruire fideliter teneantur, in his autem omnibus & ſingulis noſtro & ſucceſſorum noſtrorum praedictorum nomine expreſſe *renunciamus* EXCEPTIONIBVS NONNVMERATAE PECVNIAE; *non ponderati; non ſoluti; non recepti; non electi; & in rem non uerſi argenti; doli mali; actionis in factum & condictioni ſine cauſa ac beneficio cuilibet* alterius iuris CANONICI vel CIVILIS, quod nobis & praedictis ſucceſſoribus noſtris contra praedictas, *obligationem* & *donationem*, noſtras de *iure* vel de *facto* ad praeſens competit, uel poſſit competere in futurum. In quorum omnium teſtimonium & praedictorum regis ac heredum ſuorum cautelam praeſentes literas fieri & SIGILLO MAIESTATIS noſtrae iuſſimus communiri. ACTVM & *datum ponentur*, *ſicut debent & in loco & tempore*, *ubi fiet*. Super *promiſſis* (*) autem omni-

Exceptionibus in mutuo renunciatur, non numeratae pecuniae, aliisque Iuris canonici & ciuilis beneficiis.

Confirmatio

(*) Obſtupeſco ad haec pacta: ſed tamen exinde plura intelliguntur, ignorata adhuc. 1) potuiſſe ſuffragium in Caeſarea electione redimi aliquo propoſito lucro, 2) *electores* adpellari uerbo curiali, 3) licet illo uſi non ſint in titulis curialibus archiprincipes, qui ſolo *archiofficiis* nomine acquieuerunt, 4) Egrenſem & Pleiſnenſem terras fuiſſe *imperii*, non principis alius, 5) illuſum eſſe ordinibus imperii, oppignorando alias terras ad alias reluendas, 6) conſenſu opus eſſe in hoc negotio, electorum, 7) ad *uſurarium* prauitatem deuitandam *donari* a debitore, quod uſuras ordinarias excedat, 8) renunciari beneficiis iurium *canonici* & *ciuilis*, igitur aliquam utriusque fuiſſe tum auctoritatem, 9) canonicum tamen ciuili praeferri, 10) nouas exceptiones non *ponderati* argenti, 11) uerſione hic opus fuiſſe in rem, 12) in donatione nihil de *acceptationis* incantamento & quae alia ſunt. Tot paſſibus praeſtant unius diplomatis lineae paucae; hiſtoricorum ingenti mole.

omnibus & ſingulis per nos faciendis & adimplendis praeſentes literas damus praedicto *regi*, noſtro SIGILLO conſueto munitas. DATVM WIENNAE, Anno domini CIↃ CC XCVIII. 2. Idus *Februarii*, XI. *Indictione*.

Datum 1298.

DIPLOMA VII.

Conſentit WILHELMVS REX *Romanorum ſuper eo, quod* IOANNES AVSIVS *Aueſnenſis* ſororius ſuus, comitatum *Namurcenſem* & quandam aliam partem feudorum *Henrico* comiti *Lucenburgenſi*, *Rupenenſi ac marchioni Arlumenſi* in feudum conceſſit an. CIↃ CC LIII.

WILHELMI *imperatoris, quo teſtatur* feuda S R I *comitiſſae* Flandriae *abiudicata eſſe in comitiis.* *Inde* Ioanni *C. de* AVESNE NAMVRVM *C. delatum.* *Qui in* ſubfeudum *dederit* Henrico C LVCEMBVRGENSI.

WILHELMVS, *dei gratia Romanorum rex, ſemper auguſtus* VILLICO, *ſcabinis totique communitati uillae* NAMVRCENSIS, *dilectis fidelibus, ſuis, gratiam ſuam & omne bonum.* Cum omnia *feoda*, quae COMITISSA FLANDRIAE a Nobis & imperio tenebat *titulo feudali*, fuerunt iam dudum ſibi, per *principum ſententiam*, penitus *abiudicata*; Noſque comitatum *Namurcenſem* nominatim & quandam aliam partem praedictorum *feudorum nobili uiro*, *Ioanni de Auſius*, *dilecto ſororio & fideli noſtro &c. feodali titulo* duximus concedendum: Idem ſororius noſter nobili HENRICO, *comiti Lucemburgenſi*, *Rupenenſi & marchioni Arlumenſi*, comitatum eundem cum omnibus appendentiis dedit in *feudum* &, noſtra & TOTIVS CVRIAE NOSTRAE praeſentia, ſuum recepit *homagium* ſuper eo. Nos vero, ipſam collationem & donationem, quam dictus *ſororius* noſter fecit *comiti* notato, de dicto comitatu NAMVRCENSI & eius appendentiis approbantes, eam de noſtro proceſ-

proceſſiſſe bene placito & *aſſenſu*, tenore praeſentium proteſtamur, ac *collationem* & *donationem* eandem denuo praeſentis *ſcripti* patrocinio *confirmamus*; prudentiae Veſtrae diſtincte mandantes: quod vos, praedicto COMITI LVCEMBVRGENSI, tanquam uero & legitimo domino ueſtro in omnibus *obedire* curetis, ſcituri pro certo: quod, ſi in hac parte adimpleueritis beneplacitum noſtrum & mandatum, uos contra *moleſtatores* quoslibet defendamus, prout de iure hoc facere tenemur, ueſtrisque commoditatibus & profectibus in noſtra curia &, ubicunque poſſumus, liberaliter intendemus. DATVM ALBERTIMONTE, CIↃ CC LIII. XIII. Calendas Auguſti indictone XIII.

Quam ſubinfeudationem conſenſu imperator.

Admonet ideo Namurcenſes, *ut pareant* Luxenburgenſi *C.*

DATVM 1253.

DIPLOMA VIII.

Conſenſus ſeu confirmatio WILHELMI REGIS ROMANORVM eidem comiti LVCEMBVRGENSI ſuper collationem COMITATVS NAMVRCENSIS & aliorum bonorum, quae ad feudum IOANNIS de AVSIVS non pertinent an. CIↃ CC LIV.

WILHELMVS, *dei gratia Romanorum rex, auguſtus, uniuerſis praeſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum.* Cum ca riſſimus *ſororius* noſter *Ioannes* de AVSIVS nuper in noſtra praeſentia *Nobili Heinrico comiti de Lucemburgk*, dilecto *fideli noſtro*, totum comitatum *de Namurco, ad feudum ſuum* ſpectantem, duxerit conferendum: *Nos* collationem ipſam ratam habemus & gratam & eam auctoritate regia confirmamus, quicquid in *comitatu Namurcenſi* extitit,

WILHELMI *imperatoris an.* 1254. *conſenſus, quod comes de* AVERNE NAMVRCENSEM *comitatum in* ſubfeudum *dedit Henrico C.* Lucenburgenſi

Etiam additis aliis eiusdem acceſſoriis. titit, quod ad *feudum* non pertinet noſtri *ſororii* memorati, propter puram deuotionem, qua m̄ praedictus *comes ad nos habere dignoſcitur*, eidem comiti *liberalitate regia* cum aliis bonis ſuis, quae a *nobis* & *imperio* tenet, libera concedimus de noſtra *munificentia ſpeciali* & ei praedicta omnia ex abundantiori gratia, *auctoritate regalis fulminis*, confirmantes. Inſuper memorato *comiti*, tenore praeſentium, promittimus *bona fide*, quod ad acquirendum *comitatum* ipſum, aſſiſtemus eidem auxilio, conſilio & fauore. In cuius rei *teſtimonium* praeſentes literas exinde conſcribi & SIGILLO MAIESTATIS NOSTRAE iuſſimus communiri. *Datum* MECHLENII, II. Idus Februarii, indictione XIII Anno domini CIↃ CC LIIII.

Promiſſis eidem pro manutenendo comitatu NAMVRCENSI *auxiliis.*

DATVM Mecheln 1254.

DIPLOMA IX.

RICHARDI imperatoris confirmatio confirmationis praedicti *comitatus* NAMVRCENSIS comiti *Luxenburgico* facta CIↃ CC LVII.

RICHARDI *imperatoris an 1257. Quo merita in S R. I. laudat* Henrici *C.* Lucenburgenſis.

RICHARDVS, *dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, uniuerſis ſacri imperii fidelibus praeſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum!* Decet munificentiam *regiae maieſtatis*, deuotionem ſuorum diligenter attendere, & eorum ſeruitia dignis retributionibus compenſare, ſiquidem Nobis illa nobilis vir, HENRICVS, *comes de* LVCEMBVRG, dilectus, fidelis noſter, in multis rebus exhibuit. Quum itaque nobilis vir, *Ioannes de* AVSIVS, filius *Flandriae* & *Hanoniae comitiſſae* comitatum *Namurcenſem* praedicto *comiti de* LVCEMBVRG concedendum duxerit, ab eodem *Ioanne feudali titulo* poſſidendum, & incly-

Ideoque ei NAMVRCENSEM *comitatum, a comite de* Aueſne *ſub-*

feudi iure collatum, firmatumque a Wilhelmo IMPERATORE

inclytae recordationis dominus WILHELMVS, *Romanorum rex*, praedeceſſor noſter *conceſſionem* & *infeudationem* huius gratam habens & ratam, eidem comiti praedicta omnia confirmauit; Quaedam alia uero, ſi qua in eodem *comitatu Namurcenſi* ſita eſſent, quae ad ipſius *Ioannis* ADINFEVDATIONEM & conceſſionem immediate ſpectarent,

cum acceſſoriis

eidem comiti cum aliis bonis ſuis, quae ab eodem rege & imperatore tenebat, in augmentum *ſui feudi* liberaliter concedendo, prout haec omnia dignoſcuntur in ipſius *regis* & praedicti *Ioannis* literis exinde confectis plenius contineri. Nos huiusmodi *infeodationem*, confirmationem, & conceſſionem, a praedictis factas, ratas habemus & gratas, easque noſtri ſcripti patrocinio muniri iuſſimus.

confirmat.

Rogatione C. Lucenburgenſis.

Vnde nos eiusdem *comitis Lucemburgenſis* precibus benigne, quantum poſſumus, ſemper ſuccurrere affectati, *infeudationem*, conceſſionem & confirmationem ac ratihabitionem a ſaepe dictis, regi & *Iohanni* ipſi, *comiti Lucemburgenſi*, ſuper comitatu *Namurcenſi* ac bonis praedictis factas & *literas* exinde confectas *ratas* habentes & gratas, eas PRAESENTIS SCRIPTI *patrocinio* confirmamus.

Omnia habet rata & grata imperator.

Sub nexu C. Lucenburgenſis ab imperio & imperatore.

Volentes tamen, quod quidem comes *Lucemburgenſis* compareat, ſimilis *principum* & aliorum noſtrorum *fidelium*, ſuorum *parium*. Quorum nobis cura, ſi forte continget aliquem ſuper dicto comitatu *Namurcenſi*, ipſi in curia noſtra facere quaeſtionem. In quorum omnium teſtimonium praeſentes literas exinde conſcribi & ſigillo maieſtatis noſtrae iuſſimus communiri. DATVM in caſtro ante *Popardiam* XIII. die Julii, indictione XV. Anno domini M CC LVII. regni uero noſtri anno primo.

DATVM *Popardiae* 1257.

DIPLOMA X.

IOHANNES, filius *regis* FRANCIAE &c. promittit profectum & hohorem regis *Caroli* & *filiorum* ſuorum fideliter procurare. CIↃ CCC XLVI.

IOANNIS Galliae primogeniti

IOHANNES, *primogenitus filius regis Franciae dux Normandiae & Guienniae, comes Pictauiae, Andegauiae, Senomaris &c. &c. Omnibus has literas uiſuris ſalutem.* Scire uolumus, quod nos promiſimus & iurauimus & promittimus, quod, in quocunque ſtatu ſumus aut eſſe poterimus, nos erimus uerus & *legalis amicus* noſtri cariſſimi & boni dilecti *fratris*, Domini CAROLI *de* BOHEMIA, *Dei gratia regis Romanorum*; & PVERORVM ſuorum praeſentium & futurorum, honorem & profectum & augmentationem procurabimus omnibus modis, quibus facere & procurare poterimus bono modo, &, ſi nos ſciemus aut ſcire poterimus quocunque modo, quod aliquis eorum damnum procuraret, nos impendemus totum noſtrum poſſe & nos *adiuuabimus* & *fortificabimus* omnibus modis, quibus poterimus, contra omnes illos, quicunque eſſent. In eorum ueritatem apponi fecimus noſtrum magnum ſigillum ad has literas. DATVM *in tentoriis noſtris ante Aginnon*, penultima die Maii, Anno domini M CCC XLVI.

clientela, addita Carolo IV. imperatori 1346.

Pro illo & PVERIS *i. e. liberis ſuis.*

DATVM 1346.

DIPLOMA XI.

IOHANNES filius regis Franciae promittit domino regi Carolo profectum ſuum cuſtodire & impedire grauamina ſua CIↃ CCC XLVII.

IOHAN-

IOHANNES, *primogenitus filius regis Franciae, dux Normandiae & Guiennae comes Pictaviae & Senomaris &c.* facimus ſcire. Quod nos conſiderantes *amorem, affinitatem, genealogiam*, quae ſunt & eſſe debent inter excellentem & *praepotentem* principem, dominum CAROLVM, *dei gratia regem Romanorum & Boemiae* noſtrum cariſſimum fratrem ab una parte: & nos & noſtros *pueros*, ſuos *nepotes* ab altera; promittimus *bona fide* & *iuramus*; quod nos cuſtodiemus, pro noſtro poſſe, honorem, profectum & ſtatum dicti noſtri *fratris*, & ſi nos ſciemus, quod aliqui eundem uellent grauare in perſona uel in bonis, nos ipſos eis apponemus & impediemus toto noſtro poſſe. In *teſtimonium* huius, nos fecimus SIGILLARI has literas de ſigillo noſtro ſecreto. DATVM in noſtris tentoriis prope *Lemou.* die 4. Auguſti, Anno domini M CCC XLVII.

IOANNIS Galliae primogeniti clientela iurata Carolo IV imperatori & illius liberis.

DATVM 1347.

DIPLOMA XII.

LIGA *inter* DOMINVM CAROLVM IV. *Imperatorem* & *regem* FRANCIAE IOANNEM & quod nos *Delphinatus* & *Burgundiae* ducatus ab imperatore in feodum recipiamus an. CIƆ CCC LV.

IN *nomine ſanctae & indiuiduae Trinitatis feliciter amen!* CAROLVS QVARTVS, *diuina fauente clementia, Romanorum imperator; ſemper Auguſtus, & Boëmiae rex &c.* notum facimus in tenore praeſentium uniuerſis, quod, ſicut pridem animo deliberato, dum adhuc eſſemus in *minoribus* conſtituti, cum ſereniſſimo principe, domino *Ioanne*, rege Franciae illuſtri, *fratre* noſtro

CAROLI IV. imperatoris epiſtola 1355. *Qua memoriam recolit* foederis reciprocicum Galliae rege, o-

lim adoleſcente, primogenito, initi.

Quod caeſaris 1) frater. 2) amicus. 3) adfinis.

Colligatio.

Inde colligantiam *renouari utrinque inter* principes regentes *in nomine* chriſti.

Formula mutui foederis inter Boemiae & Franciae *reges aeterni Vt inuicem ſint 1) legales amici. 2) commoda promoueant 3) damna auertant.*

4) adiuuent aduerſus hoſtes & fortificent

ſtro praecariſſimo, ante tempora multa, dum adhuc NORMANDIAE *dux* exiſteret, cum ratione *genealogiae* & *affinitatis*, cum ratione *ſinceriſſimae* dilectionis, qua perſonam eius ex affectu ſincero proſequimur, *foedera* certa, *colligationes* & *uniones* iniuimus, prout literae, utrinque datae deſuper, clarius atteſtantur: Sic nunc eadem *promiſſa* & *colligantias*, nobis *utrobique* ad amplioris *gloriae* faſces rite promotis, in DEI SALVATORIS NOSTRI NOMINE, pro *conſolatione regnorum* & grata ſalute ſubiectorum, nobis ex *utraque parte* fidelium, ſicut uirtute promiſſionum ueterum rite quidem teneri dignoſcimur, praeſentibus *innouamus* ſub *tenoribus* infra ſcriptis. In primis quidem promittentes bona noſtra fide, ſine omni dolo, loco praeſtiti iuramenti, pro nobis, heredibus & ſucceſſoribus *noſtris regibus* BOEMIAE, praefato domino IOANNI *Franciae* regi, cariſſimo fratri noſtro nec non *heredibus* & *ſucceſſoribus* ſuis Franciae *regibus*, quod omnimodo in antea, nunc & in perpetuum ipſorum & cuiuslibet ex iis *legales* & *boni* ac perfecti *amici* erimus & honorem eorum, ſtatum, commodum, augmentum & profectum eorum ſemper augebimus & omnibus modis *adiuuabimus*, & ingenue, ſicut nunquam melius poterimus, bona fide, uniuerſum *damnum* ipſorum, quod eis in perſonis, honore, uel rebus irrogari poſſet, dum ad noſtri *periciam* peruenerit, diligenter & fideliter auertemus, ipſosque & eorum quemlibet, ad *reſiſtendum* omnibus eorum *aduerſariis* & *hoſtibus*, qui talia damna contra eos ſeu eorum alterum, aut in *praeiudicium honorum*, ſtatus & conditionis eorum molirentur, *adiuuabimus* & *fortificabimus* noſtra *potentia* ſub ordine noſtro, ſicut poterimus

mus, meliori. Et *realiter* & *effectiue* aduerſabimur & opponemus nos omnibus illis, qui ipſorum *diſpendium*, iacturam ſeu *uerecundiam*, ut præmittitur, procurarent & honorem, profectum & ſtatum eorum cuſtodiemus *legaliter* iuxta poſſe, & ne amicabilis huius VNIONIS & amicitiæ ſincerae & gratae *concordiae* aliqua dubia inter nos quacunque ratione conſurgant & ut futuris ſcandalis uia ſeu materia praecludatur, ſupra dicti noſtri cariſſimi fratris, REGIS FRANCIAE deliberatio, infra ſcripta declaranda, prouidit inprimis ſiquidem quod *Vidmienſem* & *Camermenſem* ciuitates & caſtellum in *Camerſio* cum earum & eius *territoriis* appendentiis, diſtrictibus & pertinentiis, quae de VERO DOMINO ac etiam de MERA 1) PROPRIETATE *ſacri Romani* imperii rite conſiſtunt, quasque ipſas cum omnibus ſuis pertinentiis, ut praemittitur, ad nos tanquam *Romanum imperatorem* uerum & ordinarium ipſorum dominum dignum duxerit libere ac uoluntarie remittendas. Et quod illuſtris CAROLVS, *Delphinus* 2) *Vienenſis primogenitus*, *nepos* noſter cariſſimus, DELPHINATVM eundem & omnia ab ipſo dependentia, quae praedeceſſores DELPHINI VIENENSES antiquitus a praefato Romano *imperio* in *feodum* tenuerunt, nunc etiam in *feodum* a nobis tanquam a *Romano imperatore* & *uero ſuo domino* cum SOLENNITATIBVS & CEREMONIIS *conſuetis* tenebitur &, debebit ſuſcipere nobisque *praeſtare* *uaſallagii*, *fidelitatis* & *obedientiae* ſolitum *iuramentum* ac *ciuitatem* VIENENSEM, ad *nos* tanquam *imperatorem* & *ſacrum imperium* ſine *qualibet difficultate* remittere, ut nobis tanquam *imperatori* conſtanter *obediat* & ad nos nec non *ſacrum imperium* *fidelitatis* & *obedientiae* reſpectum ha-

opponant effectiue & realiter.

Rex FRANCIAE *perſiſtat in clientela erga S. R. Imperium intuitu* 1) CAMERACENSIVM & *Belgii prouinciarum. Quae in* 1] *mero dominio,* 2] *proprietate imperii.*

2) *Primogenitus eius intuitu* DELPHINATVS.

Cum obedientiae *ſacramento.* 3) *ſigillatim.* VIENNENSI *ciuitatem* imperialem *remittere ad imperatorem.*

ſaluo iure 4) VIENNENSIS *comitatus.*

beat, ut tenetur ſaluis iuribus COMITATVS ſui VIENENSIS, qui a praefato imperio in *feodum* dependet, & quod ad complementum omnium praedictorum dictus DELPHINVS tenebitur, quando noſtrae *Maieſtatis Serenitas* ipſum de conſummatione talium duxerit *requirendum* & quod ſub *forma ſimili illuſtris* COMES BVRGVNDIAE *comitatum ſuum* BVRGVNDIAE *a nobis tanquam Romano imperatore in feodum ſuſcipere teneatur*, & propter declarationem huius, praefatus REX FRANCIAE, frater noſter carisſimus nobis *bona fide* promiſit, quod omnia praedicta *effectualiter* compleri debebunt & ad *finem realem* perduci, ſub omnibus illis *conditionibus* & *modis*, prout ſunt ſuperius *declarata*. Et ad abundantem *cautelam* ſimiliter promiſit bona fide ſine omni dolo, loco praeſtiti *iuramenti*, ſicut praemittitur, quod ipſe nos in poſſesſione dictarum VIENENSIS & CAMERACENSIS ciuitatum & *caſtelli* in *Camerſio* & omnium ab eis dependentium, nec non aliarum & ſingularum ciuitatum, *terrarum*, *caſtrorum*, *iurisdictionum*, *dominiorum*, *pertinentiarum*, & *iurium* ad praefatum ſacrum imperium quorumlibet ſpectantium ubicunque talia fuerint conſtituta, non impediet ſeu iuuadet eadem ſeu de ipſis ſe intromittet uel inuadi, moleſtari, aut ſe de iis intromitti conſtituet, pacietur ſeu quolibet ſuſtinebit *uerbo*, *facto*, uel *ſuggeſtu*, immo uerius nos ad MANVTENENDVM praedicta & eorum quælibet, pro toto poſſe, fideliter promouebit. Ideoque NOS, ROMANORVM IMPERATOR, uice uerſa promittimus bona fide, praedictum dominum *regem Franciae* in omnibus *ciuitatibus* & ſingulis earum *dependentiis* nec non *caſtris*, *terris*, *iurisdictionibus*, *dominiis*, *pertinentiis* & *iuribus*, ad regnum Franciae ſpectantibus

Noſtrae maieſtatis ſerenitas.

5) *comitatus* BVRGVNDIAE

Contra pollicetur imperator manutenentiam.

Amicitiam.

bus

bus & in earum ſeu eorum poſſeſſione non impedire ſub omnibus conditionibus ante dictis. Et nihilominus pro nobis, heredibus, & ſucceſſoribus noſtris regibus *Boemiae* promittimus bona noſtra fide, ſine omni dolo, loco praeſtiti iuramenti, ut praefertur, praefato domino IOANNI, *regi Franciae*, fratri cariſſimo noſtro, heredibus & ſucceſſoribus ſuis *Franciae regibus*, duntaxat ipſis & eorum cuilibet, dum eius inter fuerit & dum per eos ſiue alterum ipſorum fuerimus requiſiti, dictam *unionem*, *confoederationem & colligantiam*, ſub omni modo & forma, ſicut in tenore praeſentium uidetur expreſſum, *innouare* & denuo conſcribi facere & SIGILLORVM noſtrorum appenſionibus legitime communiri. TESTES huius ſunt uenerabiles *Erneſtus Pragenſis* Archiepiſcopus; Joannes *Olmucenſis*; Iohannes *Lutbonienſ.* Theodericus *Mindenſis* eccleſiarum epiſcopi nec non illuſtres Bulko, *Swinicenſis*; Cunradus *Olmucenſis*; Bulko *Falkenburgenſis*; Bolko *Oxulenſ.* & *Przimſel Teſchinenſis* duces, *principes regni noſtri Boëmiae*, nec non religioſus Simon, ordinis fratrum praedicatorum *ſanae theologiae magiſter*, & honoris Gmlls *Pchenenſis* Praepoſitus, *Magiſter*, *Conſiliarii* & *ſecretarii noſtri*, & alii quam plures fide digni praeſentium, &c. Sub BVLLA AVREA typario noſtrae *imperialis maieſtatis* impreſſa teſtimonio literarum (*) DATVM *Pragae*

Officia & foedera.

Eorumque renouationem.

Testes.

Bulla aurea.

(*) SINGVLARIA hic iterum plura & poſita extra aleam 1] *Delphinatum* imperio *feudalem* necquicquam a Carolo profuſum, 2] *Viennam* ciuitatem, ſine ullo dubio, imperialem 3] Galliae reges & principes ideo teneri imperatoribus *iuramento* ac 4] nexu *obedientiae*, 5] perduraſſe iura imperii in *Cameracenſibus*, cuius dominium *merum* & *proprietas* imperii. 5] in comitatu *Burgundiae* 6] formula: *noſtrae maieſtatis* ſerenitas; *imperialis* maieſtas; ſub bulla *typario* impreſſa; liga & colligantia, cetera.

Datum Pragae 1355. anno domini M CCC LV. *indictione* octaua, ſeptimo Calendas *Septembr.* regnorum noſtrorum Anno *Romani* X. *Boemiae* IX. *imperii* uero primo.

DIPLOMA XIII.

Litterae MISSIVALES regis FRANCIAE ad *imperatorem*, quod pro nunc non poſſit ligam innouare, & quod REX ANGLIAE inuaſerit eum *hoſtiliter* CIↃ CCC LV.

Epiſtola IOANNIS GALLIAE *regis* 1355. *Titulus* imperatoris *praefertur.* *Qua narrat* 1) *imperatoris legatos fuiſſe in Gallia.* Secretarium 2) *cum literis* credentialibus. 3) *ſignificatione amoris in principes Galliae, imperatoris* nepotes. 4) *oblato officio* mediatoris *cum* Angliae R. 5) *admonitione ad*

SErenisſimo principi, CAROLO, *Dei gratia Romanorum imperatori &c. fratri noſtro carisſimo*, IOANNES, *eadem gratia*, *rex Franciae*, *incrementa*, *ſemper ſucceſſum uotiuorum*! *Serenisſime princeps & carisſime frater*. Cum nuper magiſter *Simon* de LINGEN, magiſter totius *ordinis praedicatorum*, diſcretus uir, & magiſter *Rudolphus de* FRIDEBVRG, SECRETARIVS ueſter ex parte ueſtra cum *literis* Veſtris CREDENTIALICVS ad nos miſſi, inter alia nobis expoſuerunt ſapienter: quam ſincerum gerebatis affectum ad *regni noſtri* quietem & pacem, praeſertim *nepotum Veſtrorum* intuitu; qui, cum ſint *nati noſtri*; ſunt in regno nobis ſucceſſuri, praedicto domino diſponente! ad quorum exaltationem merito *Vos* ratio naturalis informat: & quod ſuper *guerris*, dudum exortis & acrius ſolito *frementibus*, inter *nos* & *regem* ANGLIAE ſedandis, conſilia capere uolebatis, tanquam MEDIATOR ſalutaris & efficax interceſſor, requirentes: quod affectam in hac parte uoluntatem & animum ſedare uellemus & *treugis* inter nos & ipſum regem Angliae noſtrum praeberemus aſſen-

aſſenſum. Pro quibus offerendis uel requirendis, idem REX ANGLIAE iam miſerat, ut dicebant, ad *imperialem* praeſentiam *nuncios* ſpeciales, aſſerentes: ANGLIAE REGEM eas uelle & ueſtris beneplacitis inhaerere. Quorum aſſertionem putabitis *ueritate* fulcitam? Nos quoque, *auditis praedictis nunciis*, tenentes in dubio, quod miſſa procedant a uobis, ſicut de ueritate procedunt, de *ſincerae dilectionis* affectu; nec uolentes, quod per nos deſiderium veſtrum effectu fruſtraretur optato; dictis ueſtris *nunciis*, ſeu VOBIS per eos, duximus reſpondendum: quod, ſi & quando certiores eſſemus de conſenſu dicti regis *Angliae*, ſuper *treugis* huius capiendis; voluntati noſtrae Veſtra taliter complaceret; quod nobis merito gratum exiſteret & acceptum.

conditiones a capiendas pacis & induciarum.

6) oblatas ab Angliae *R. imperatori reſpondet* Rex Galliae.

Fallere Angliae *R. non agere ſincere.*

Qua propter dictus *ſecretarius Veſter*, his attentus, non praeuidens, ſicuti iis poterat praeuidiſſe, quam *fallax* eſſet *legatio*, quam dictus REX ANGLIAE ad praeſentiam Veſtram, ut promittitur, deſtinauit; ad ipſum regem *transfretauit* in *Angliam*, prout a nobis ſibi *credimus* eſſe commiſſum, ut de uoluntate ipſius *regis Angliae* ſuper dictis *treugis*, nobis certitudinem & literas reportaret. Et REX *idem*, aliud gerens in *mente*, quam ſui *ambaſitores*, immo uerius *deceptores*! *imperiali celſitudini* ſubdole ſuggeſſerant, ſicut facti ſubſecuti exitus comprobauit, poſtquam dictus SECRETARIVS VESTER peruenit ad ipſum: *deſtinauit grandem exercitum cum ſuo* FILIO in *Paſconam*, ubi ſubditis noſtris damna intulit, quamuis ibi nullum *fortalitium* ſit lucratus & nihilominus protrahens pluribus intervallis, dare dicto *ſecretario* ueſtro reſponſum, intrauit ex alio latere *regnum noſtrum* cum *multitu-*

Eius ambaſſiadores *potius deceptores adpellandos.* *Imperialis* celſitudinis.

Dum enim de pace *agit, Galliae regem adoritur nouo exercitu.*

titudine gentis, fingens, ſe *bellum* appetere, quod tamen, inſtanter oblatum, reſpuit &, adgnito aduentu noſtro, contra eum, ſtatim in *Angliam* retroceſſit. Et demum SECRETARIO *ueſtro* ſuper dictis *treugis* negatiue reſpondit. Quocirca *Veſtram Serenitatem*, quanta poſſumus, *affectione* rogamus: quod velitis, quae *ſcribimus*, attenta conſideratione penſare, quae, ſicut intueri clare poteſtis, ueritate nituntur: *illuſionem*, ſic uobis factam, *implacidam* habere uelitis ac ferre *moleſtam* &, ſi idem REX ANGLIAE illos uel alios forſan AMBASIATORES ad *ueſtram potentiam*, propter haec, deſtinaret, merito ſuſpicare poterit & debebit *imperialis Serenitas*: quod ſint uerius *illuſores*, quam *ueritatis* cuiuslibet *relatores*. De nobis quoque tenere pro certo uelitis: quod *ueſtris ſalubribus conſiliis* ſemper inhaerere uellemus, de oblatione tam *liberali Veſtra*, ſuper his per dictos ueſtros *nuncios* nobis facta, grates *Celſitudini neſtrae*, quantum poſſimus, uberes referentes. Ceterum, *Sereniſſime princeps* & *dilectiſſime frater*, iucunditate ſumma letamur & aſſurgimus ad gratiarum ſimiles actiones de glorioſis *ueſtris literis* ſub IMPERIALI BVLLA nobis transmiſſis ſuper *foederibus* & *amicitiis* inter nos & vos ac IMPERIVM & REGNA NOSTRA renouandis: literasque noſtras ſuper eisdem Veſtrae celſitudini per *latores* praeſentium miſiſſemus, niſi, quia de aliis *articulis*, quam de *foederibus Veſtrae praedictae* faciunt mentionem, quae alios a *uobis* reſpiciunt & ius tertii concernunt, pro quibus & aliis ad ueſtram praeſentiam *ſpeciales nuncios* in breue curabimus deſtinare, plene inſtructos a nobis ſuper dictis *foederibus* & *aliis tali-*

Interea Secretarium *Caeſaris mora ludit.*

Serenitatis *uerbum imperatori a rege.*

illud iterum imperatori.

ueſtrae potentiae.

Serenitati.

Celſitudini

ſed cum tabulis foederis *imperator inſeruerit alia* iura *inter* imperium *&* Galliam.

Illa ſeponenda & re-

taliter, quod placidum uobis erit & gratum, cum nos dicta foedera perfici, renouari & perpetuo firmari, quantocius fieri poterit, *cordialiter* habemus in uotis. *Serenitatem Veſtram* conſeruet altiſſimus in proſperitate longaeua, cum uotiuae proſperitatis augmento.

ſeruanda alii tractatibus proxime mittendorum legatorum.

DIPLOMA XIV.

EDVARDI III. *Franciae* & *Angliae* REGIS epiſtola ad CAROLVM IV. imperatorem. Vnde conſtat de *foedere* mutuo inter illos aduerſus *Philippum Valeſium* Galliae regni *praetendentem* pro iuribus adſerendis imperii & Angliae regis an. CIↃ CCC XLIX.

NOs EDWARDVS, *dei gratia rex* FRANCIAE & ANGLIAE & *dominus* HIBERNIAE, *conſtare volumus & facimus notum praeſentium inſpectoribus, quorum intereſt & intereſſe poterit, uniuerſis*, quod confideratione *merae dilectionis* & ſincerae *amicitiae*, quas cum *excellenti* & *potenti principe, domino* CAROLO, *rege Romanorum, ſemper auguſto*, habere cupimus; quaſdam *ligas, confoederationes*, ſiue *pacta* cum eodem *rege*, de & ſuper inter *Nos mutuo adiutorio*, duximus iniendas; promittentes firmiter & ſincerae fidei puritate: quod ex nunc *amicitiae purae* & ſincerae *colligationis foedera*, inter nos inita, abſque omni dolo, fraude & deceptionibus quibuscunque; fideliter obſeruabimus & nunquam contraueniemus in aliquo, *clam* uel *palam*; promittentes inſuper bona fide, quod nunquam cum aliquo dicti *Romanorum regis aduerſario rege*, principe ſeu quo-cun-

EDVARDI *Regis* Franciae & Angliae *litterae* PATENTES, 1349. *in quibus confitetur amicitiam cum* CAROLO IV. imperatore *contractam*, & *reciprocam* ligam

cunque alio *confoederationem*, *ligam* aut ali-quam *compoſitionem* aut *concordiae unionem*, quominus idem *rex* dicto *imperio* & eius *poſſeſſione* gaudere libere ualeat & quiete habere, iniemus, denuo recipiemus aut faciemus in praeiudicium praeſentium ligarum & conuentionum, ſine ipſius *regis* tractatu mutuo & aſſenſu: ſed eundem *regem* fideliter iuuabimus *conſiliis* noſtris ſanis & etiam potentia, cum id facere commode poterimus & ſuper eo fuerimus congrue *requiſiti*. Iure tamen *regnorum* noſtrorum, tam FRANCIAE quam ANGLIAE ac aliarum terrarum noſtrarum, ſemper ſaluo! uolumus tamen & concedimus, quod, cum idem *rex*, pro iuribus imperii ſui, contra dominum, PHILIPPVM *de Valeſio*, noſtrum aduerſarium, habuerit quaeſtionem vel induxerit inde bellum; in quo caſu idem *rex Romanorum* nobis, pro *acquiſitione* iuris noſtri in regno *Franciae*, tenetur aſſiſtere: tunc etiam eundem regem, pro *acquiſitione iuris ſui imperii*, contra dictum dominum, PHILIPPVM *de Valeſio*, & regni *Franciae occupatores* quoscunque, iuuare & opem, conſilium atque auxilium ſibi impendere uice mutua teneamur: quae omnia & ſingula, prout de nobis ſcripta ſunt, promittimus bona fide, *iuramento* per nos praeſtito *corporali*, nos absque omni calumnia, dolo, fraude & deceptione ſeu colore quocunque, fideliter ſeruaturos. In huius rei *teſtimonium* has literas fieri fecimus *patentes* (*).

ſaluo iure utriusque regni,

aduerſus Philippum de VALESIO, *Galliae praetendentem, pro iure aſſerendo cum* Angliae *tum* imperio Germanico.

Idque fide iurata.

(*) Intelliguntur inde *arcana* foederum, initorum clam. Nullo enim non tempore amicitiam ſimulanit erga Galliae regem *Carolus* imperator. Cui omnino in concinnae *tabulae* foederis, cum *Angliae* rege initi. Schemata curialia erga imperatorem. Qui audit 1] *excellens*, 2] *potens*. Non *maieſtas*.

DATVM

DATVM apud *Vaſconium*, uigeſima tertia die Aprilis, anno *regni* noſtri *Franciae* IX. regni vero noſtri *Angliae* uigeſimo ſecundo. DATVM an 1349.

DIPLOMA XV.

Rex ANGLIAE *Eduardus III.* mittit ad *imperatorem* CAROLVM IV. certos nuncios, ut *iuret* praedictam *ligam* obſeruandam CIↃ CCC XLIX.

TEnore praeſentium liqueat uniuerſis, quod inter *magnificum* & *excellentem principem*, *dominum* CAROLVM, *dei gratia*, *regem Romanorum ſemper Auguſtum*; & *nos* EDWARDVM, *eadem gratia*, *regem* FRANCIAE & ANGLIAE, *dominum Hiberniae &c.* certae LIGAE, confoederationes ſeu pacta, ſuper amicitiae foedere & mutuo inter nos adiutorio contrahendo, inita ſunt & conceſſa. Cupientes ea de caetero pro *parte noſtra* inuiolabiter obſeruari ac *de legalitate* & fidei induſtria dilecti clerici noſtri, *Thomae* BRAYCON; ac dilecti & fidelis noſtri, *Wilhelmi* STVRII, militis, plenius confidentes, eisdem *Thomae* & *Wilhelmo* & eorum utrique, ad IVRANDVM IN ANIMAM NOSTRAM, de obſeruando fideliter conuentiones, confoederationes & pacta, ſecundum formam conuentam, noſtrorum *munimen ſigillorum*, damus & comittimus plenariam poteſtatem. In huius rei teſtimonium SIGILLVM Noſtrum MAGNVM fecimus his apponi (*). *Datum* apud VASCONIVM, uigeſima tertia die Aprilis, anno regni noſtri *Franciae* IX. regni noſtri *Angliae* uigeſimo ſecundo.

Regis Angliae EDVARDI III. FORMVLA *mandati*, *foederis cum imperatore initi*; *iurandique in* ANIMAM Angliae *regis*. DATVM 1349.

(*) Singularia: 1) quod foedus hoc *iuratum*, 2) iuret *legatus in animam* ſui *regis*, 3) idque *praeſente* imperatore, 4) qui illi hoc fine mittitur.

DIPLOMA XVI.

Rex Angliae mittit *nuncium* ad imperatorem ad *recipiendum* ab eo iuramentum pro praedicta liga CIↃ CCC XLIX.

EDVVARDI III. Angliae R. *mandatum legato datum*,

TEnore praeſentium liqueat uniuerſis, quod nos Edwardus rex Franciae & Angliae & dominus Hiberniae, fidelem noſtrum *Gorfornium de* ZEWELE militem noſtrum facimus & conſtituimus adornatum *procuratorem*, *actorem* ſeu *uices noſtras gerentem*; damusque & concedimus eidem *Gorfronio* ſolennem poteſtatem & mandatum ſpeciale ad *recipiendum & admittendum* iuramentum quod *excellentisſimus princeps dominus* CAROLVS, *rex Romanorum & Boëmiae dei gratia ſemper auguſtus* iuxta conuentiones, ligas & confoederationes inter nos initas, ſuper & de iisdem fideliter obſeruandis, praeſtabit & etiam interponet. In huius rei *teſtimonium ſigillum* noſtrum fecimus his apponi (†). *Datum* apud VASCONIVM XXIX. die *Aprilis*, Anno *regni* noſtri ANGLIAE uigeſimo ſecundo.

ad uidendum iurare imperatorem CAROLVM IV. *de* ligae *conſeruatione*.

DATVM. 1349.

DIPLOMA XVII.

Literae REVERSALES *ligae inter imperatorem* CAROLVM IV *& regem Angliae* EDVARDVM III.

(†) FORMVLA ſingularis ad *uidendum iurare* imperatorem. Legitur in eo Caeſaris aliquid praecipui. Quod *Angliae rex* praeſenti iuret per *legatum*, licet ipſe *iurauerit* antea iuis uerbis, quod intelligitur ex *formula foederis* ipſa; adeoque duplici iuramento adſtrinxerit fidem, *proprio* & praeſtito in *animam ſuam* per legatum. Contra imperator *iuret ipſe* abſens, praeſente Angliae Regis legato. Intelligitur hinc conſilium Caroli IV. recuperandi, auxilio *Angliae regis*, illa, quae *Galli* imperio ſubtraxiſſent.

Nos

NOs CAROLVS, *dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus*, *conſtare uolumus & facimus praeſentium inſpectoribus, quorum intereſt uel intereſſe poterit uniuerſis.* Ex conſideratione merae *dilectionis* & ſincerae *amicitiae*, quas cum *excellenti* & *potenti* principae, domino EDVARDO, rege *Angliae* illuſtri habere cupimus; quasdam *ligas*, confoederationes ſiue *pacta* cum eodem *rege*, de & ſuper inter nos mutuo adiutorio duximus ineundas: Promittentes firmiter ac ſincerae fidei puritate: quod ex nunc amicitiae purae & ſincerae *colligationis foedera* inter *nos* inita, absque omni dolo, fraude & deceptione quibuscunque, fideliter obſeruabimus & nunquam contraueniemus pro *quacunque cauſa*, *occaſione*, *damno*, *iniuria*, *transgresſione*, *diſcesſione*, *querela*, *actione*, *accuſatione deuianda*, *uituperio ſeu facto*, *Nobis* aut NOSTRIS qualitercunque competentibus, per dictum *regem* uel per ſuos, nobis aut noſtris *procuratoribus* hactenus factis: quae omnia ſibi REMITTIMVS & quibus omnibus ex nunc & ſcientia noſtra recta, palam per praeſentes *renunciamus* expreſſe & dictum *regem* inde quietamus penitus. Promittimus inſuper bona fide, quod nunquam ex nunc cum aliquo aduerſario dicti *regis*, *rege*, *duce*, *principe* ſeu quocunque alio aliquam *confoederationem*, *ligam* aut aliquam compoſitioeem aut concordiae *unionem* iniemus, de *nouo* recipiemus & faciemus *inpraeiudicium* praeſentium litterarum & conuentionum, ſine ipſius *regis angliae* tractatu mutuo & aſſenſu; Sed eundem rngem ANGLIAE contra OMNES MORTALES iuuabimus & manutenebimus tam *potentia*, quam *conſilio* & alio *iuuamine* quocunque quod ſibi praeſtare poterimus, quandocunque nos ſuis litteris

CAROLI IV. imperatoris epiſtola, 1349. in qua teſtatur de amicitia cum R. Angliae 1) excellenti 2) potenti Principe.

Et ideo inito mutuo foedere.

Primo, remittit REGI *iniurias, illatas* Caeſareis LEGATIS.

Deinde pollicetur ei auxilia aduerſus omnes mortales.

Non tamen ad ſubiugandum R. GALLIAE. Niſi pro iuribus imperii GERMANICI aduerſus Galliam.

teris ſeu nunciis habuerit requiſitos, iure *noſtri imperii* ſemper ſaluo. Eundem tamen *regem* ad inuadendum ſeu *debellandum regnum* FRANCIAE iuuare non intendimus, nec ad hoc uolumus coarctari; niſi ſpecialiter in euentum eum, pro IVRIBVS IMPERII NOSTRI contra *regnum Franciae* uel perſonam eiusdem regni quamcunque, quauis auctoritate & dignitate praefulgeat & utatur. *Quo caſu eundem* regem ANGLIAE, propter auxilium & conſilium, quo, iuxta *confoederationem* & *ligam*, inter nos initas, INVASORES IVRIVM IMPERII NOSTRI, impedire tenetur ſtatim a tempore *quaeſtionis* huius motae ſeu belli ac occaſionis, per nos indicti; vicae mutua pro iure ſuo, quod habet in REGNO FRANCIAE recuperando contra quoscunque ipſius regni *Franciae occupatores* ſeu detentores, absque quacunque mora, efficaciter iuuare & dicto *regni Angliae* aſſiſtere tam inpotentia, quam in conſiliis aſtringi uolumus per praeſentes. Promittimus etiam bona fide, quod nunquam aliquem *regem*, *ducem*, *principem* ſeu alium quemcunque *regis* ANGLIAE aduerſarium, contra eundem *regem Angliae* iuuabimus auxilio, conſilio ſeu potentia, clam uel palam.

Quo caſu etiam ANGLORVM cauſa regenda aduerſus FRANCIAE occupatores.

Ad haec etiam adiicimus & ſpondemus: quod neminem nobis *ſubditum* quouis colore *impediemus* ac permittimus, quantum in *nobis* eſt, aut procurabimus impediri, quominus ad *ſeruitium* dicti *regis Angliae* ſiue in bello, ſiue extra, aliaue occaſione quacunque & pro *recuperando iure ſuo in regno Franciae* ſe conferat, tranſeat & libere reuertatur; nec *Anglorum* aliquem aut alium dicti regis *Angliae* familiarem *litteras* ſuas *regias* deferentem, quo minus per quemcunque partem *imperii* noſtri libere TRANSIRE, morari & reuerti ualeat,

Subditis GERMANIAE liceat auxilio eſſe Angliae R.

ualeat, per nos aut alios impedire, quantum in nobis eſt, ſinemus, faciemus aut procurabimus clam uel palam; ſed quodcunque impedimentum huius faciemus & procurabimus absque mora & diſpendio, quantum poterimus, amoueri. Quae omnia & ſingula, prout de nobis ſcripta ſunt, promittimus *bona fide*, IVRAMENTO per nos PRAESTITO CORPORALI, nos, absque omni calumnia, dolo, fraude, & deceptione ſeu colore quocunque fideliter ſeruaturos (*). In cuius rei *teſtimonium* &c.

Indulgetur porro liber TRANSITVS *per Germaniae prouincias.*

Fide ab imperatore IVRATA, *actu corporali.*

DIPLOMA XIIX.

Regis ANGLIAE, EDVARDI III. ad CAROLVM IV. imperatorem, *quod* TREVGAS *cum rege* FRANCIAE non poſſit inire CIↃ CCC XLVII.

Sereniſſime princeps & frater cariſſime. IMPERIALIS *Veſtrae* CELSITVDINIS apices, tam per legatos noſtros, a Veſtra *magnificentia* redeuntes, quam per *ſecretarium aulae veſtrae*, nuper nobis miſſas, laeta manu recepimus & tam dictarum continentiam *literarum*, quam quae dictus veſter *ſecretarius* & LEGATI NOSTRI ex parte *Serenitatis Veſtrae*, nobis viuae vocis oraculo retulerunt, attendimus diligenter. Affectionem ordinatam, quam ad nos & noſtri conſeruatio-

Epiſtola EDVARDI III. ANGLIAE *R. an.* 1347. *ad* CAROLVM IV. CAESAREM.

Reſpondet litteris ab imperiali 1) celſitudine

(*) Iterum ex his patet; cogitaſſe Carolum IV. de *recuperatorio iudicio* eorum, quae a Galliae regi erepta imperio Germanico. Tantum abeſt, Carolum IV. imperium diſſipauiſſe. Deinde Carolus IV. ſimulauit haud dubie amicitiam partis utriusque, ſibi inimicae. Singularia ſunt 1) caeſarem *corporali iuramento* fidem ſuam adſtringere regi, 2) principis *potentis* & *excellentis* uerbis adpellari Angliae regem, 3) proſpicere ſibi Angliae regem aduerſus *auocatoria* Germanorum in ſuo exercitu, 4) indulgeri liberum *tranſitum* Anglis.

a) magnificentia miſſis.

nem *honoris* & ad procurandum, inter nos & aduerſarium noſtrum FRANCIAE, bonum pacis, prout vult dictorum nunciorum relatio fide digna, *Excellentia Veſtra* gerit; plenis gratiarum actionibus proſequentes. Sed quia, ex *deliberato* CONSILIO *praelatorum ac procerum noſtri regni Angliae*, PRIMOGENITVM noſtrum, EDVARDVM, principem VALLIAE, ad partes *Vaſconiae*; & alios nobiles & armatos ad partes *Britanniae*, ante dictarum receptionem literarum, cum *manu valida* & etiam ſumtuoſa, transmiſimus, pro defenſione neceſſaria partium praedictarum; *Nos* etiam cum *exercitu noſtro* ſumus iam in procinctu progreſſus noſtri uerſus dictum aduerſarium noſtrum *Franciae* conſtituti: petitis *treugis* ex parte *Veſtrae ſublimitatis*, ſine *conſilio dictorum praelatorum* & *procerum*, iam in locis uariis & remotis a nobis exiſtentium, praeſertim cum in *damnum* noſtrum graviſſimum & forſan *irreparabile* cederent manifeſte, (quod ut confiteri vos velitis!) annuere non poſſumus de praeſenti; nec ad alia, in dictis contenta literis, ſine maiori *deliberatione*, congrue *reſpondere*: de quo nos velit veſtra MAGNITVDO CAESAREA, petimus,

Excuſat ſe, quod INDVCIAS *inire non poſſit cum Galliae R. 1) quod princeps Valliae iam ſit in expeditione. 2) traiecerit exercitus. 3) ipſe ſit in procinctu. 4) pendeat a* PARLAMENTO *in his. 5) metuat ſibi damnum.*

exculatos habere. Sed propter haec & alia citari fecimus PARLAMENTVM NOSTRVM GENERALE in craſtino inſtantis feſti, *Sancti Martini*, celebrandum; in quo ſuper his, cum *praelatis* & *proceribus* ac peritis aliis habere volumus *colloquium* & *tractatum*; &, iuxta *digeſtum* ibidem *conſilium*, tunc *Veſtrae Celſitudini* gratam & congruam, per dei gratiam! facere *reſponſiuam*; ad quam *Eidem celſitudini* reportandam, dictum veſtrum *ſecretarium*, ſub veſtri beneplaciti fiducia, dictum PARLAMENTVM fecimus expectare; cuius mora

Interim cogendum & conuocandum, ideo PARLAMENTVM, *cuius ſententiam ſequi debeat Rex Angliae. Significandum* Caeſari *per legatum.*

mora cum, DEO duce, expediat; tranſeat, quaeſumus, inculpate (*). DATVM in pallatio noſtro *Veſtmonaſt.* XII. die Octobris, regni noſtri *Angliae anno vigeſimo*, regni noſtri Franciae *ſeptimo*. DATVM 1347.

DIPLOMA XIX.

Literae MISSIVALES *regis* ANGLIAE ad imperatorem CAROLVM IV. de *guerris ipſius regis*, motis in *Francia* & *Scotia*.

EDVARDI III. Angliae R. reſponſum CAROLO IV. IMPERATORI & eius Secretario datum.

Sereniſſime princeps & frater cariſſime. Piae ſinceritatis affectum, quem ad perſonam noſtram & ad faciendum PACEM inter nos & aduerſarium noſtrum FRANCIAE; ſicut tam ex *Veſtrae celſitudinis* apicibus, quam relatione honorabilis *Radolfi de Frideburg*, *ſecretarii* veſtri, latoris praeſentium; ac etiam nunciorum, a veſtra MAGNIFICENTIA redeuntium, accipimus; obtinetis, vobis profequimur actionibus gratiarum. Et quidem *pacem* habere bonam cum praedicto noſtro aduerſario, ſemper deſideramus & etiam fuimus, quantum decuit, proſecuti. Sed petitis TREVGIS amicitiae, ſeu dictum veſtrum *ſecretarium* decenter expeditum remittere aut veſtrae celſitudini congruam prius nequiuimus facere reſponſiuam pro eo, quod, tempore receptionis literarum veſtrarum praedictarum, ſpe pacis, per nos bonae fide conditae, per partem aduerſam fruſtrati fuimus & deluſi, ſicut ad notitiam publicam credimus perueniſſe, & propter haec de

In quo cauſas deſcribit, quare non potuerit INDVCIAS dare GALLIAE REGI.

(*) Intelligitur hinc 1) auctoritas PARLAMENTI *Anglicani* in iure *belli*, *pacis* ac *inducarum*, 2) epiteta curialia Caeſaris *Magnitudo Caeſarea*; *Magnificentia*; *Celſitudo imperialis*; *Serenitas*; *Excellentia*; *Sublimitas*: nunquam *maieſtas*.

communi conſilio procerum & popularium regni noſtri *Angliae* grandem exercitum tam in *Vaſconiam*, quam in *Britanniam*, pro defenſione dictarum partium & noſtrorum recuperatione iurium, miſeramus, intellecto, quod praefatus aduerſarius noſter cum exercitu *praepotenti* verſus partes Caleg tenderat ac praetendebatur paratus ad bellum; *nos* de noſtra confiſi *iuſtitia* ac ſperantes, occurrendo ſibi facere, per *dei* gratiam, quem per tractatus amicabiles habere nequiuimus, finem *guerrae*; accerſitis ſtatim *armatis*, quantum temporis breuitas permittebat, transfretauimus, & applicantes Caleg directe uerſus dictum aduerſarium noſtrum, de aduentu certius praemunitum & ſuum exercitum arripuimus inter noſtros, & quia ipſum inuenire nequiuimus, ob *defectum victualium*, oportuit nos redire & inuenientes Caleg. propter rumores, quos de scotis inimicis noſtris recepimus, qui in abſentia noſtra, ad concitationem ipſius aduerſarii noſtri, nobis vouerant guerram fortem, properauimus in ANGLIAM &, habito cum dictis proceribus & popularibus breui PARLAMENTO, mox verſus partes SCOTIAE, ad refrenandum, per dei gratiam, gentis illius *malitiam*, direximus vias noſtras, ſicut idem *ſecretarius* veſter, quem ſuper his informari fecimus, plene MAIESTATI VESTRAE CAESAREAE referre poterit viua voce, quem de mora ſua, ad rogatam noſtram facta, habere velit, petimus, *imperialis magnificentiae ſublimitas* excuſatum. Cui plene nos aperuimus ſuper aliis mentem noſtram, quia nuncios noſtros proprios, quos alias ad praeſentiam Veſtram transmiſimus, iam ad ipſam transmittimus, ſuper intentione noſtra plenius informatos. DATVM ſub noſtro *priua-*

Quoniam reuocari nequeat exercitus,

iamiam coactus & conſtitutus in expeditione.

Querela de malitia SCOTORVM.

Explicanda coram a ſecretario.

Maieſtas & magnificentia imperialis.

priuato ſigillo apud *Heresford*, prima die *Decembris.* SIGILLVM *paruum.*

DIPLOMA XX.

PROCVRATORIVM regis & reginae SICILIAE ad *imperatorem* pro *inueſtitura* bonorum, quae tenent ab *imperio* an. CIↃ CCC XLIV.

LVDOVICVS & IOHANNA, *dei gratia rex & regina Iheruſalem & Siciliae, ducatus Apuliae & principatus Capuae, prouinciae & Forcalqueris ac Pedemontis comites*, tenore praeſentis PROCVRATORII notum facimus uniuerſis, eius ſeriem inſpecturis tam praeſentibus, quam futuris: quod nos, confiſi de fide, prudentia & legalitate reuerendi patris, BERTRANDI, *epiſcopi* APTENSIS *ac magnifici & prudentis uiri*, FVLCHONIS *de Agonita*, MILITIS dictae prouinciae, SEVILLI & IOHANNIS de *Vicedominis*, de *Arecio*, eorundem comitatuum noſtrorum, prouinciae & *Forcalqueris* maioris *iudicis*, *conſiliariorum & fidelium noſtrorum*, conſtituimus, ordinamus & facimus ipſum uidelicet *epiſcopum* tanquam praeſentem & onus PROCVRATIONIS huius in ſe ſponte ſuſcipientem; praefatosque *Fulchonem*, *Seuillum* & *Iohannem*, tanquam *abſentes* et *quemlibet eorum in ſolidum*, ita quod non ſit melior conditio occupantis, ſed, quod *unus* inceperit, *alius* poſſit proſequi & finire; noſtros ueros, legitimos & indubitatos PROCVRATORES, negotiorum geſtores & nuncios ſpeciales, ſeu quocunque alio modo melius de iure cenſeri poſſent & debent ſpecialiter & expreſſe; ad ſe conferendum ad praeſentiam excel-

LVDOVICI & IOANNAE RR. Siciliae 1342.

formula mandati, legatis data

pro renouanda inueſtitura 1) prouinciae. 2) Forcalqueris. 3) Pedemontis.

ab imperatore Carolo IV. lentis principis, *Domini* CAROLI, *dei gratia Romanorum regis illuſtris*, cariſsimi & honorabilis conſanguinei noſtri ac *domini reuerendi*,

Idque nomine ratione FEVDORVM, quae a SACRO ROMANO REGNO & domino noſtro ROMANORVM REGE tenemus in & de *marchionatu* & *comitatibus* infra ſcriptis; ſibique, tanquam domino noſtro ordinario, ratione praedictorum *feudorum*, offerendum nomine & pro parte noſtra, videlicet noſtra, REGIS, tanquam *viri ipſius reginae* & *domini rei* DOTALIS & ſicut comiter adminiſtrantis, gubernantis & regentis; & noſtra, REGINAE, tanquam dominae iure *proprio*, *homagium* pro *comitatu* & *marchionatu* PROVINCIAE, intelligendo: haec duo nomina eſſe ſynonima & unum ſupponere; non diuerſa; & *comitatu Forcalqueris* & *Pedemontis*, prouinciis ſeparatis & diſtinctis, cum terris aliis quibuscunque, quas clarae memoriae dominus rex ROBERTVS, reuerendus dominus *auus noſter*, tenere in partibus eorundem *comitatuum* adiacentibus & circumpoſitis conſueuit, omnibusque aliis, quaecunque ad nos, REGEM, tanquam *virum* ipſius *reginae* & *dominum rei dotalis* & ſicut comiter adminiſtrantem, gubernantem & regentem; & ad nos, REGINAM, tanquam dominam iure proprio, pertinent & pertinere poſſent; & in quibus nos, regina praefata, ſuccedimus & ſuccedere poſſumus & debemus, ubicunque in vel ſub *Romano Imperio* conſiſtentibus, cum *iurisdictionibus*, *iuribus*, & *pertinentiis* eorundem quibuscunque ad ipſos *comitatus* dictasque terras & eorum quamlibet ſpectantibus; & ſpecialiter ad FIDELITATIS IVRAMENTVM praeſtandum dicto domino Romanorum regi, tanquam *domino noſtro*, ſicut

1) REGIS, *ceu mariti, curatoris, domini rei dotalis.*

2) REGINAE *uerae dominae.*

Praeſtentque legati iuramentum imperatori,

ut praemittitur, & ad obligandum nos ad conſuetos *honores* & *reuerentias*, exhiberi ſolitos vel ſolitas *Romanis imperatoribus* ſiue *regibus*, dominis noſtris de *marchionatu* & *comitatibus* ante dictis; nec non ad recipiendum nomine & pro parte noſtra, modo praemiſſo INVESTITVRAM ab eodem rege Romanorum, domino noſtro. Proinde oppertunam dantes & concedentes eisdem *procuratoribus* noſtris negotiorum *geſtoribus* & NVNCIIS SPECIALIBVS & cuilibet eorum in ſolidum, aliorum abſentia non obſtante, plenam, generalem, liberam & omnimodam ac ſpecialem poteſtatem, praedicta omnia & ſingula exequendi, & alia dependentia & emergentia ab iisdem faciendi, quae in his & circa haec quilibet veri & indubitati *procuratores*, negotiorum *geſtores* aut NVNCII SPECIALES facere poſſunt & debent, nosque ſimiliter facere poſſemus & deberemus, ſi inibi praeſentes eſſemus & promittimus ſub *hypotheca bonorum* noſtorum omnium *Petro de* AGERIIS - - per totum *regnum Siciliae* regia autoritate nobis ſtipulanti & ypotecam ipſam recipienti, pro parte omnium, quorum intereſt vel intereſſe poterit: nos ratum & gratum habituros & firmum, totum & quicquid per eos & eorum quemlibet in ſolidum, nominè & pro parte noſtra in praemiſſis *actum*, *procuratum* & *geſtum* exstiterit ſiue factum. In huius REI TESTIMONIVM praeſens PROCVRATORIVM ſcriptum exinde fieri & dependentibus SIGILLIS noſtris, quibus utimur, iuſſimus communiri. Actum NEAPOLIS, praeſentibus reuerendo patre, Ioanne, archiepiſcopo TARENTINO, magnifico domino de Reumundo de BAVCONE, comiti ſolerti, magni regni *Siciliae camerario*; Mathia de *Porta*,

Obligentque reges nexu clientelari.

Cautiones hypothecaria factae in regno Siciliae.

ACTVM & DATVM *eodem loco ac tempore.*

ta, iuris ciuilis *profeſſore*, magnae curiae noſtrae magiſtro rationabili, Tucillo ZVRVLO de *Neapoli*, milite noſtri oſpitii, *Seullo*, dilectis conſiliariis, familiaribus & fidelibus noſtris, teſtibus ad praemiſſa rogatis. DATVM vero IBIDEM per Sergium Dominium *Vrſonis* de *Neapoli*, *militem*, *iuris ciuilis profeſſorem*, magnae noſtrae curiae magiſtrum rationabilem, *uiceprotonotarium* regni *Siciliae*. Anno domini CIↃ CCC XLIV. die XV Iunii. VII. *indictione*; regnorum noſtrorum, *regis*, anno *ſexto*; noſtrorum uero, *Reginae*, anno duodecimo.

Neapoli 1344.

DIPLOMA XXI.

IVRAMENTVM NVNCIORVM regis & reginae SICILIAE pro praedictis bonis praeſtitum CIↃ CCC LV.

FORMVLA iuramenti LEGATORVM

NOS BERTRANDVS, *dei gratia* APTENSIS *epiſcopus*, *Fulcho de Agonita*, *Seullus ac Iohannes de Vicedominis*, *de Arecio*, maior iudex comitatuum, *prouinciarum* & *Forcalqueris*, AMBASIADORES, *procuratores*, *negotiorum geſtores* & nuncii ſpeciales ſereniſſimorum principum, domini LVDWICI, regis; dominae IOHANNAE, reginae *Ieruſalem* & *Siciliae*, comitum *comitatuum*, *prouinciarum* & *Forcalisqueris ac Pedemontis*, ad infra inſerta plenam poteſtatem ac SPECIALE MANDATVM habentes a dicto quidem domino REGE, tanquam *uiro* praefatae *dominae reginae* & domino rei dotalis & ſicut comiter *adminiſtrante*, gubernante & regente; ab ipſa uero domina REGINA, tanquam domina iure proprio; de ſpeciali & expreſſo mandato eorundem domini noſtri regis & dominae noſtrae reginae, in ANIMAS eorum ſo-

Regum Hieroſolymorum & Siciliae.

LE-

LEMNITER IVRAMVS uobis, *inuictiſſimo ac Sereniſſimo principi ac domino, domino* CAROLO, *Romanorum ſemper Auguſto & Boemiae regi illuſtri,* *praeſtanda imperatori* quod ipſi domini noſtri, *rex & regina Iheruſalem & Siciliae, comites comitatuum praedictorum*; CAROLO IV. uidelicet ipſe dominus *rex*, tanquam uir ipſius dominae reginae & dominus rei dotalis & ſicut comiter adminiſtrans, gubernans & regens: ipſa uero domina *regina*, tanquam iure proprio, pro comitatu & marchionatu prouinciali, intelligendo haec duo ſynonima eſſe & unum ſupponere, non diuerſa; & comitatibus *Forcalisqueris &* *ut domino* *Pedemontis*, nec non terris & locis circumpoſitis *feudi* & circumadiacentibus, quas & quae a diuis Ro- 1) Forcalqueris. manorum imperatoribus ſeu regibus, praedeceſſoribus Veſtris, dicti noſtri domini, REX & RE- 2) Pedemontii. GINA aut progenitores aut praedeceſſores eorum tenuiſſe ſeu poſſediſſe noſcuntur & pro earum pertinentiis quibuscunque FIDELES HOMIMES VO- *Cum nexu* BIS erunt, ad *defendendum & manutenendum re-* *clientelae* *gnum ueſtrum ac Romanum imperium;* utilitates & *honores* & *commoda Veſtra* fideliter procurabunt, damna & incommoda ueſtra *nullatenus procurabunt*; ſed procurare illa uolentes impe- *erga* dient iuxta poſſe; *iura maieſtatis Veſtrae & imperii* dicent & exponent, *quotiens a Vobis fuerint* *Germanicum imperium,* *requiſiti*: & omnia alia & ſingula facient, quae debitae fidelitatis iuramentum, iuxta LEGES & *ſecundum* CONSVETVDINES Romani imperii, iuſte & inuio- 1) leges labiliter continet & requirit. *Ita ipſos & nos* 2) conſuetudines. *deus adiuuet & ſancta dei euangelia*! Et haec iuramus & promittimus ſolemniter nomine & mandato praedictorum, domini noſtri REGIS & dominae noſtrae REGINAE *Iheruſalem & Siciliae,* *in animam* *comitum comitatuum praedictorum*, modo & for- Regum, uaſallorum.

 ma

ma ſupra nobis praeſcripto, *Sereniſſimo domino* CAROLO, REGNI Romanorum ſemper auguſto & recipienti iuramentum & promiſſionem noſtram. Supra quibus omnibus teſtimonium & officium, ſub ſcriptione noſtra, publice duximus innotandum. Reuerendis in Chriſto patribus ac dominis Nicolao AQVILEG. patriarcha, Ioanne, PISAN. archiepiſcopo; Marquardo AVGVST. Gerardo SPIRENS. Ioanne SPOLETAN. Egidio VINCENT. Ioanne EMONENS. eccleſiarum episcopis; nec non illuſtribus principibus ac dominis Nicolao *Oppauiae*; Nicolao *Münſterbergenſi*; Wladislao *Teſchinenſi* ducibus; ac ſpectabilibus Ioanne *Nurnbergenſi*, Burghardo *Magdeburgenſi* BVRGGRAVIIS; Luduico de *Ottingen*, Henrico de *Schwartzburg*, Erneſto de *Gleichen*, Ioanne de *Anhald*, Ioanne de *Retz*, comitibus & nonnullis aliis principibus, comitibus, baronibus & nobilibus *teſtibus*, ad praemiſſa & actum praeſentibus. PISAE, anno domini CIƆCCCLV. indictione VIII. prima die menſis Februarii, *Regnorum* ſupra dicti domini Romanorum ſemper auguſti & *Boemiae* regis anno nono.

TESTES 1) *episcopi.* 2) *principes.* 3) *comites.*

PISAE *1355.*

DIPLOMA XXII.

Literae MISSILES a rege *Siciliae* ad imperatorem ex parte ROBERTI *de* DVRATIONE, qui fecit APPELLVM contra regem HVNGARIAE

LVDOVICI SICILIAE regis *litterae ad* CAROLVM IV. imperatorem

EXcellenti principi, *Domino* CAROLO, *dei gratia regi* ROMANORVM *illuſtri, cariſſimo & honorabili conſanguineo noſtro*, LVDVICVS, *eadem gratia Iheruſalem & Siciliae rex*, *ſucceſſus proſperos & ſalutem*! Quantum nobis diſplicu-

ſplicuerit (quia debuit multipliciter diſplicere) *appellum*, factum per ROBERTVM de *duratione*, noſtrum conſobrinum, contra *illuſtrem regem* HVNGARIAE, cariſſimum conſanguineum noſtrum; teſtes eſſe poſſunt incultae ſaepius literae noſtrae, quas ab eo tempore, quo, referentibus aliquibus hoc nobis, innotuit, permiſimus ad *ſanctitatem* pontificiam & ad ROBERTVM eundem. Oſtendendo ſibi rationes efficaces & cauſas, quibus omnino a tali propoſito concepto deſiſteret, & expreſſe pariter prohibendo, quod a *nouis*, ſi qua mouiſſet, exinde protinus reſiliret. Maxime, quia communis exigebat decentia & expedientia ſuadebat, quod reſirmata utrorumque caritas ad uoriua incrementa proficeret & turbationis olim exortae reliquias *diſpoſitiua* ſinceritate deleret. Cum reprehenſibile nobis occurret, recenſere maledicta litis praeteritae & ad reſuſcitanda inter coniunctos ſopita diſcrimina tranquillatos animos prouocare. Et quia taedioſe nimis & moleſte nuper recepimus, ipſum ROBERTVM feciſſe iam dictum APPELLVM, ſcriptionibus noſtris non deferens; multum exinde turbamur interne & maiori diſplicentia prouocamur in mente, cum intendamus, quantum ex parte noſtra fuerit, eſſe cum eodem *rege* HVNGARIAE, *ſi uelit eſſe nobiscum*! unanimes &, ſi per eum ſteterit, praecedentibus mutuae ſinceritatis opibus & amabili uoluntate concordes. Haec autem ad *Veſtrae celſitudinis* praeſentiam prouidimus perducenda: ut non lateat inſciis *ueſtrae* circa iſta *ſolicitudinis* ſtudium. Qui potuiſſent faciliter ex ignorantia boni noſtri propoſiti, uobis adſcribere negligentiae vel diſſimulationis defectum. Sed *excuſatio Veſtra*, quae ſatis ex prae-

in qua improbat Roberti DVRRACHII adpellationem contra Hungariae R.

Olim Dyrracho diſſuaſam.

In gratiam regis Hungariae.

Et Caeſaris.

praemiſſis oſtenditur, iuſtificata magis apud tantùm principem appareat in ſe ipſo & ueritas ad eundem regem *Hungariae* valeat peruenire in huius puritate diffuſa; nihilominus circa diſturbationem ipſius APPELLI non admittere aliquid intendentes, *ſcripturas noſtras* iteramus tam ad Eandem *ſanctitatem*, quam praefatum *Robertum*, per quas didicerit plenius noſtrae turbationis animi & prouocationis conceptum. Et, praeteritis tamen, quae praeſciuit coniecturas diſſimiles de futuris, ſatis conſtanter credimus, huius conſilium ex deliberatione *cordis pertinacis*, *moderatoris* ac *praeceptoris* ſui ac ſuorum, in derogationem *Veſtri honoris* & nominis, ac *regni* turbinem, doloſis machinationibus prodiiſſe. Sed in eo, qui eſt ueritas ipſa, confidimus, quod iniquorum cogitationes diſperdet & malignantium conſilia diſſipabit. His autem abiicientes, *Celſitudinem Veſtram* precamur attente, ut nobis, *Seneritati Veſtrae* placere deſiderantibus, uelitis interdum ſcribere, ſi qua poſſemus grata veſtris affectibus & veſtrorum. Datum NEAPOLIS ſub annulari noſtro ſecreto die xxv. *Iunii*, ſexta *Indictione*.

Sine cuius damno APPELLVM ad pontificem non poteſt ſuſtineri.

Datum Neapolis.

DIPLOMA XXIII.

Littera miſſilis de Ioanne de Arecio.

Litterae SICILIAE R. *commendatitiae*

Illustrisſime princeps & conſanguinee honoratisſime. Nuper celſitudinis Veſtrae gratanter, ſicut decuit, ſcriptionem ſuſcepimus, laeti plurimum in affectu praecipuo, quem erga nos per illam *Veſtra ſublimitas* fraternaliter praetendebat cum *fraterni* cuiusdam ſubiectione conſilii (ut verbis Veſtris utamur) licet magis con-

conuenienter *paternae* caritatis ſuaſio dici poſſit, quod iuxta inſtructionem per ſcripturam nobilis *Ioannis de* VICEDOMINIS de ARECIO, communis, *familiaris*, domeſtici, noſtra proſequamur negotia. In quorum directione felici, per eandem ſcriptionem veſtram colligimus aſtitum nobis, ad optata *Veſtrae ſublimitatis* fomenta diſpoſiti, iuxta dicti *familiaris* communis informationem in ſcriptis, filialiter *paternum Veſtrum* imitari conſilium, quod ex *rationabilibus* circumſtantiis nobis confidimus multiplicia compendia producturum, cum Veſtra obligatione omnimoda, & *exaltatione regii veſtri* culminis & honoris. De veſtris autem *actionibus* gratiarum pro transmiſſione ad obſequia *ueſtra* IOHANNIS eiusdem, audemus fiducialiter replicare, quod per nos potius ipſi Celſitudini Veſtrae grates gratiaeque debentur, qui dignati eſtis, veſtro intuitu illum ad *familiaria ſeruitia* cum honore multo aſſumere, quem diſcere putatis, noſtris fideliter & utiliter obſequiis inſtitiſſe, ut ſit ſenſus, de illo eſſe, ſine experimento alio, Veſtrae *Regiae Excellentiae* confidendum, quem non ignorabitis fuiſſe nobis laudabiliter obſecutum. Cumulamus igitur *Veſtrae Celſitudini* de illius admiſſione benigna gratiarum, quas poſſumus, actiones, in veritatis teſtimonium affirmantes, quod *experimentaliter* cognoueritis, noſtrum in illius conditione non erraſſe iudicium, in ueſtris *regiis* promouendis expeditionibus amplius & per amplius potioris laudis praeconio comprobandi; quem ex hoc *Eidem Serenitatis Veſtrae* propenſioni praeſentibus *commendamus*, precantes attente, ut *Excellentiae Veſtrae* regiae placeat nobis diligenter incumbere & ad quae-

Pro Ioanne de ARECIO.

Cuius fidem & induſtriam commendat.

Datum Neapoli. ſub annulo ſecreto.

quaecque concernentia ipſius ueſtri culminis & honorum augmentum paterna fiducia promtius innitare. Datum NEAPOLIS ſub *annulo* noſtro SECRETO, die tertia Auguſti, ſexta indictione.

DIPLOMA XXIV.

Alia liga inter praedictos taliter: Si rex Boemiae litigabit cum Auſtralibus, rex Hungariae non iuuabit; Si autem Auſtrales litigabunt cum rege Boemiae, tunc iuuabit eum. CIↃCCCXXVII.

CAROLI R. Hungariae foedus cum IOANNE R. Boemiae

NOs CAROLVS, *dei gratia rex Hungariae*, recognoſcimus & ad uniuerſorum notitiam, tenore praeſentium, cupimus peruenire, quod nos, cum magnifico principe, domino IOANNE, *Bohemiae & Poloniae rege illuſtri ac Lucembergenſi comite*, fratre noſtro cariſſimo, indiſſolubilis ac indiuiduae amicitiae *unionem* permanere cupientes, ad ipſius *unionis* robur & perpetuam firmitatem, ſincera fide promittimus, ipſum dominum regem Boemiae contra *omnem hominem, omni tempore, in quouis neceſſitatis articulo, & in locis quibuslibet, toto poſſe noſtro*, quandocunque per eum requiſiti fuerimus, adiuuare, illuſtribus *ducibus* AVSTRIAE, qui nunc ſunt, *fratribus noſtris* duntaxat, exceptis; contra quos, ſi praedictus *rex Boemiae* hoſtiliter cum exercitu proceſſerit, ſedem tenebimus in *quiete*, neque eis hac in parte aliquod ferre uolumus ſubſidium vel iuvamen, nec admittere, quod de regno noſtro *Hungariae* ipſis aliqua ſubſidia per quoscunque noſtros regnicolas afferatur. Si autem ipſi *duces terras* praedicti domini *regis Bohemiae*

aduerſus omnes,

exceptis Auſtriae ducibus.

Quo caſu tamen manebit Hungariae R. in quiete.

hemiae inuaderent, tunc nos ſibi tenemur, toto ſuccurrere poſſe noſtro, prout ſuper eo per ipſum dominum regem Boemiae fuerimus requiſiti. Ipſe quoque ſimiliter uiceverſa, ſi eidem *duces Auſtriae terras noſtras* ullo unquam tempore inuaderent, tenetur nobis, ad *requiſitionem* noſtram, totius *ſuae potentiae* ſubſidio ſuccurrere opportune, & quandocunque ipſe dominus rex *Boemiae* ſuos homines nobis in auxilium transmiſerit, illis *in pabulo equorum* tantummodo intra metas *regni noſtri* tenebimur providere & ipſe ſimiliter noſtris, quos ſibi quandocunque miſerimus, hominibus intra *metas regni ſui* in ſolo equorum *pabula* providebit. Ad maioris autem mutuae dilectionis noſtrae euidens ligamentum illuſtrem *Ladislaum*, primogenitum noſtrum, inclitae *Annae*, natae dicti domini *regis Boemiae*, poſtquam a ſede *apoſtolica* ſuper conſanguinitate diſpenſatio, pro qua obtinenda tam dictus dominus *rex*, quam *Nos* tenebimur in proximo ad ipſam ſedem *apoſtolicam* noſtros nuncios deſtinare: fuerit obtenta, infra *ſex menſes* immediate ſequentes, *tradimus* & *matrimoniali foedere* in loco, quem idem dominus *rex* & nos duxerimus *mutuo* deputandum, permittimus *copulare*. Qui, ſi *diſpenſatio* huius a praedicta ſede *apoſtolica* ista uice nequierit obtineri, contractus ipſius *matrimonii* teneri debebit ad *triennium* in *ſuſpenſo* & interim uterque noſtrum, uidelicet tam dominus rex *Bohemiae* antedictus, quam nos bona fide & toto poſſe pro *diſpenſatione* huius tenebimur laborare. Poſtquam vero ipſa diſpenſatio obtenta fuerit & pradicta *filia* ipſius regis *Boemiae duodecimum aetatis ſuae* annum compleuerit; ex tunc ipſe dominus *rex Boemiae* ſtatim eam marito ſuo Ladis-

Niſi bellum ſit defenſiuum.

Auxiliaribus copiis ſuppeditanda pabula

intra fines regni.

Deſponſatio a patribus facta Ladislai, Hungariae principis & Annae, Boemiae principis.

Diſpenſatione pontificis obtinenda ſpatio minimum triennii.

Nuptiae XII. anno perficiendae

Ladislao praedicto tenetur usque ad metas ſaepe dicti regni noſtri Hungariae transmittere &, intra *annum*, ab inde computandum, ipſi natae ſuae *decem millia Marcarum*, *groſſ. Pragenſ. LVI. groſſos pro marca qualibet* computando, in *Broda* Hungaricali, nomine *dotalitii* tenebitur aſſignare; quae *decem millia marcarum* nos ibidem tenebimur recipere, in *regnum noſtrum*, quocunque tempore nobis placuerit, deducturi: ſaepedicto domino rege Boemiae pro uniuerſis ſuis regnicolis promittente, quod usque ad caſtrum noſtrum *Trinchinenſe* ſecure praedicta pecunia deducetur.

& DOS 10000. marcarum.

Contra DOTALITIVM *ſponſi* 15000. *marcarum.*

Nos vero vice verſa pro dotalitio ſaepe dicti filii noſtri *quindecim millia marcarum argenti*, ita quod quaelibet ad ualorem *LVI. groſſ. Pragenſ.* ſe extendat, tenebimur aſſignare. *Dotalitium* vero ſupradictum, quod ab utroque latere totum ſe extendit ad *viginti quinque millia*, in infra ſcriptis bonis diviſum ita: *decem millia*, quae pro *dotalitio* filiae praedicti domini regis Boemiae, & *quindecim millia*, quae pro dotalitio praefati filii noſtri deſignentur, ex noſtris uidelicet ciuitatibus reginalibus *Werenche*, *Segusd*, *Labad*, *Cheby*, *Aranas* cum ſuis comitibus, officialibus, villis & pertinentiis univerſis. Item villae *Steritorn*, *Burg*, *Sleabas*, duae villae *Achat*, *Balchas*, *Wihus*, *Dararij*, *Chebine*, Wiloch cum omnibus ſuis utilitatibus praedicta decem millia marcarum; Item *Polaga* cum toto ſuo diſtrictu, caſtris, ciuitatibus, villis, oppidis & aliis ſuis pertinentiis univerſis praefata *quindecim millia* marcarum ſiut per nos *certitudinaliter* denominata, hoc expreſſo: quod ſi praedictum *Ladislaum*, filium noſtrum, ante vel poſt obitum noſtrum, habendo liberum vel liberos *maſculos* decedere

Quo fine nominantur loca.

Cum ſpe ſucceſſionis in HVNGA-

cedere forte contingeret: idem filiûs ſiue filii in regno *Hungariae* ſupra dicto ſuccedere debeant & ipſum regnum ad eos & non ad alios iure hereditariò pertinebit. Si uero ſaepe dictum filium noſtrum, habendo *filiam* uel *filias*, mori contingeret, ex tunc ipſa vel ipſae, iuxta *conſuetudinem* ipſius *Hungariae* obſeruatam, ſuccedere & hereditare debent. Si autem ſaepe dictum filium noſtrum *ſine filiis* vel *filiabus* de hac luce migrare contingeret, tunc ſupradicta ANNA, nurus noſtra, utrumque *dotalitium* praefatum usque ad mortem ſuam pacifice poſſidebit; ea uero defuncta, praedicta *decem millia* marcarum per praedictum dominum regem Boemiae eidem *Annae*, *filiae ſuae* nomine dotalitii aſſignata, ad eundem & *heredes ſuos* libere reuertantur: ipſeque dominus Boemiae rex, ac heredes ſui praedicta bona praeſcripta, quae pro dictis *decem millibus* marcarum ſunt ſuperius aſſignata, in ſua poteſtate tenebunt pacifice, donec ipſis per nos vel ex parte noſtri de praedictis *decem millibus marcarum* fuerit ex integro *ſatisfactum*. Cumque per nos, heredes ac ſucceſſores noſtros, *reges* HVNGARIAE, *domino regi Boemiae* vel heredibus ſuis memoratis ſaepe dicta decem *millia marcarum* in praedicta ciuitate noſtra *Trechinenſi* numerata fuerint & ſoluta & abinde usque ad metas Moraniae ex parte noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum praedictorum ſecure conducta: tunc praedicta bona debent eſſe libera & ſoluta. Nosque pro noſtris terrigenis promittimus, quod nullum in ipſius *pecuniae deductione* impedimentum praeſtabunt. Hoc etiam ſpecialiter eſt adiunctum, quod ſi per mortem alterutrius, videlicet LADISLAI & ANNAE praedictorum vel propter difficultatem

RIA *filiorum filiarumque.*

Si matrimonium ſterile, quid de dote ac dotalitio?

Qui ſi non conſummatum matrimonium?

Tomi V. reliquiarum. Hh prae-

praefatae diſpenſationis, praefatum matrimonium non poſſet *legitimae conſummari*; tunc nec nos, nec ſupra dictus *rex Boemiae* ad ſoluendum *dotalitium* erimus obligati; nihilominus tamen *unio* dilectionis & amicitiae & omnia alia, quae praedicta ſunt, debent per nos & ſaepe dictum regem Bohemiae inuiolabiter obſeruari; inſuper ſi *regem Bohemiae* ſupra dictum claudere contingeret *diem* extremum, tunc nos regnum *Bohemiae* nec non ipſius *regni heredes* ſupradictos cum omnibus terris & iuribus ſuis in noſtram *protectionem* recipiemus, & ipſum ac eos defendere, tenebimur & promittimus, tanquam bona propria noſtra. Idem quoque dominus rex *Bohemiae* antedictus liberis noſtris in regno noſtro Hungariae facere & eos defendere tenebitur viceuerſa, ſi nos, quod abſit! migrare contingeret ab hac luce. Vt autem haec omnia & ſingula praemiſſa ac etiam ea, quae in *unione* prius inter *nos* & ſaepe dictum *regem Bohemiae* habita & ordinata ſunt, in omnibus & per omnia permaneant ſemper ſalua; in eccleſia ſancti *Iacobi* apud fratres minores in ciuitate noſtra, Tirnauia, ſuper *magnum Altare*, praeſentibus uenerabilibus in Chriſto patribus, *Ladislao*, epiſcopo Ollom. Andreae, *praepoſito* Alben. eccleſiarum, *uicecancellario* noſtro; nec non ſpectabilibus & nobilibus viris *Wilhelmo*, comite *Viliacenſi* primogenito de metrio magiſtro Tarnacino, Conſiliariis noſtris, Loffrido, comite de Bynning, Miksch, Barone totius Slawoniae, Henrico, comite de Witnon, *teſtibus* ad hoc ſpecialiter uocatis; *iurauimus*, *teſtimonio ſacroſanctorum Euangeliorum, omni fraude & dolo ceſſantibus, irreuocabiliter & inuiolabiliter adimplere, rata & firma ſemper tenere & habere ac per-*

Protectio mutua regum regnorumque.

Fides coram altari & teſtibus a rege iurata.

perpetuo obſeruare, nec contra ea vel eorum aliquod ullo unquam tempore de iure vel de facto facere vel venire. Eſt autem inter caetera, quod tam ſaepe dicta *nata* praefati domini regis Boemiae, quam etiam memoratus *filius* noſter, dum ſibi fuerint, ut promittitur, transmittendi, ſani & immunes ab omnibus defectibus *mentis* & *corporis*, ſicut condecet, habeantur. In quorum *teſtimonium* praedictorum & robur, praeſentes fieri literas & ſigillo noſtro authentico fecimus roborari. *Datum* TIRNAVIAE, Idus Februarii anno domini M CCC XXVII.

Sint tamen ſponſi ac ſponſae ſanae mentis & corporis.

DATVM 1327.

DIPLOMA XXV.

Liga inter CAROLVM regem *Hungariae* & IOHANNEM regem *Boemiae* & utrorumque *filios* perpetua & quod nullus teneat profugos alterius CIↃ ÇCC XXV.

NOs CAROLVS, *dei gratia rex Hungariae*, memoriae commendantes, tenore praeſentium, ſignificamus, quibus expedit uniuerſis; quod *nos* & *filios noſtros* ac *heredes* heredumque noſtrorum ſucceſſores & *regna* cum inclito principe, domino IOHANNE, eadem gratia *rege Boemiae illuſtri & comite Lucemburgenſi*, *fratre noſtro* cariſſimo; ac *magnificis* dominis CAROLO, primogenito, marchione Morauiae; & IOHANNE, *duce Corinthiae*, *filiis* eiusdem, ipſorum heredibus, cupientes *fraternae dilectionis* uinculo uniri & cum ipſis in *ſinceritatis* affectu, indiſſolubilis amicitiae firma conſtantia, perpetuo & inuiolabiliter permanere abſque omni dolo & diſſimulationis fraude, pure & deuote, praeſentibus nos obligamus, ſimul cum LVDVICO noſtro primogenito, ad

CAROLI R. HVNGARIAE *eiusque liberorum* FOEDVS *cum* IOANNE R. BOEMIAE *eiusque liberis* 1325.

iuratum *a rege*

ſancta dei euangelia corporali praeſtito iuramento, promittentes, quod nos & *filii noſtri* eorumque heredes dictum dominum *Iohannem*, *regem Bohemiae*, *fratrem noſtrum* & *filios ſuos* praedictos eorumque heredes ac regnum ſuum *Boemiae* praedictum, cum terris eiusdem regni contiguis contra omnes & quoslibet homines, cuiusque conditionis, ſtatus & honoris exiſtant, exceptis inclitis principibus, dominis ROBERTO, IHERVSALEM *&* SICILIAE; *ac* CAZIMIRO, POLONIAE *regibus*, nec non *filiis* & *heredibus* eorundem & generaliter omnibus proximis, nobis in linea conſanguinitatis attinentibus, in *Italia* & in quibuslibet eius partibus conſtitutis, uolumus & tenemur perpetuo adiuuare, ita videlicet: quod, ſi ipſe *rex* & *ſui heredes* extra *metas regni* ſui Bohemiae hoſtilem proceſſum contra vicinos & confines eorum aduerſarios vel eorum alterum habuerint; ex tunc, ad petitionem ipſorum, gentis noſtrae *armigerae* & *ſagittariae* ſubſidio & auxilio, prout melius poterimus, ipſum, vel *filios ſuos*, aut eorundem *heredes*, cum tota noſtra regni *Hungariae potentia* adiuuare ſine fraude & dolo promittimus & debemus. Si autem *metas praedicti regni* ſui Boemiae quiſpiam eorundem aduerſariorum intrauerit; ipſum & *filios ſuos* ac eorundem heredes & regnum cum pertinentiis ſuis contiguis potenter & hoſtiliter inuaſurus; ex tunc nos & *filii noſtri* vel *filiorum noſtrorum heredes*, eundem regem *Boemiae*, *filios* ſuos aut *heredes* eorum, cum tota noſtra regni *Hungariae potentia*, ad requiſitionem ſuam, filiorum aut heredum ſuorum, promittimus perſonaliter & tenebimur adiuuare. Ex conuerſo idem *frater* noſter, *rex Boemiae*, ſiue in eodem ſtatu et *honore regio*, quo

aduerſus omnes

exceptis 1) *Roberto* Siciliae *R.* 2) C.ſimiro *R. Poloniae.*

Gentes 1) *armigera* 2) *ſagittaria auxilio promiſſae.*

& *tota* regni potentia.

quo nunc, extiterit, ſiue in quemcunque alium *eminentiorem* ſtatum & honorem feliciter *deuenı-at* & abundet cum *filiis* ſuis praedictis & heredibus eorum; *nos*, *filios* noſtros & filiorum noſtrorum *heredes* ac *regna noſtra*, contra omnes & quoslibet homines, cuiuscunque honoris & praeeminentiae *titulis* praefulgentes, nullo penitus excepto! teneantur & debeant, prout melius poterunt, perpetuo adiuuare; expreſſione ſimili mediante: quodſi extra *metas* regnorum noſtrorum proceſſum hoſtilem contra noſtros aduerſarios vicinos & confines, *nos* vel *filii* noſtri aut eorum *heredes* habuerimus; quod tunc nos, *filios* noſtros & eorum *heredes* ipſe *rex Boemiae*, *filii* ſui & *filiorum* ſuorum *heredes*, ad petitionem noſtram, gentis eorum *armigerae* & *ſagittariae* ſubſidio, ſine fraude & dolo, prout melius poterunt, adiuuabunt. Si autem *metas regnorum* noſtrorum quispiam vel quipiam intrauerint, nos uel filios noſtros aut eorum heredes ac regna noſtra hoſtiliter inuaſuri: ex tunc ipſe frater noſter, *rex Boemiae* & filii ſui ac eorum heredes, cum tota ipſorum potentia regni *Boemiae*, ad requiſitionem noſtram, filiorum ſeu heredum noſtrorum, ſiue fraude & dolo perſonaliter teneantur & debeant adiuuare. Praeterea promittimus, *fugitiuos* & *profugos*, ſeu quoslibet *proſcriptos*, de regno Boemiae ad regna noſtra venientes, nullatenus colligere, nec per quempiam noſtrorum ſeu ad nos pertinentium recolligi & aſſumi aliquatenus ſuſtinere. Et ſimiliter idem frater noſter, *rex Boemiae*, *filii* & *filiorum* heredes; *proſcriptos*, *profugos* & *fugitiuos* de regnis noſtris ad regnum Boemiae transeuntes, colligere aut per quempiam ad eos ſpectantium recolligi in re-

Etiamſi factus fuerit imperator.

De non ſuſcipiendis. 1). *profugis.* 2) *proſcriptis.* 3) *fugitiuis.*

gno Bohemiae & ſuis contiguis pertinenciis nullatenus patientur. Imo, *denunciatione* facta, hinc inde per nos, *reges*, *heredes* aut *officiales* regnorum utrorumque, PROSCRIPTOS *huiusmodi de regnis noſtris utrobique excludemus & excludi omnimode faciemus*. Praeterea, ſi inter nos, filios noſtros aut heredes eorum ex *una* parte; ac dominos ALBERTVM & OTTONEM, *duces* AVSTRIAE & STIRIAE ac eorum heredes, ex altera, quocunque tempore aliquam diſcordiam ſeu *guerram* contingeret ſuboriri; ex tunc ad *unionem pacis* & concordiae cum ipſo deuenire nolumus ſine ipſo *rege Boemiae* & filiis ſuis ac heredibus, ſub virtute praeſtiti ſacramenti, niſi primitus ad hoc dicti fratris noſtri, *regis Boemiae*, *filiorum* ſuorum, & *heredum* eorum, expreſſus conſenſus acceſſerit & voluntas. Caeterum quotienscunque nos *reges*, *filios* & *heredes* noſtros aut *gentes* noſtras, praeſtando ſubſidium aut modo alio quocunque, conuenire contigerit vel placuerit, ſemper tuti & illaeſi eſſe debeamus mutuo & penitus ſecuri. Haec omnia & ſingula, ſub virtute prius praeſtiti *ſacramenti*! pro *filiis* noſtris & *heredibus*, ſub *poena excommunicationis papalis* perpetuae! promittimus praeſentibus, inuiolabiliter obſeruare & ipſe etiam frater noſter, dominus *rex* BOEMIAE pro *ſe*, *filiis* ſuis & *heredibus*, eadem nobis, filiis noſtris & heredibus VICEVERSA, prout in praemiſſis declaratum *articulatim* exiſtit, debent & tenentur, ſub IVRAMENTO & poena praedictis! irrefragabiliter obſeruare. In quorum omnium & ſingulorum ſuperſcriptorum TESTIMONIVM & perpetuam firmitatem *Nos*, dictus *rex Hungariae* cum dicto LVDVICO, nato noſtro, praeſentes ſcribi fecimus literas, ſigillorum noſtrorum pendentium

Proſcripti in uno regno ſint etiam proſcripti in altero.

Pace cum Auſtriacis non ineunda, niſi utriusque conſenſu.

Fide iurata & ſub poena excommunicationis.

tium munimine roboratas. DATVM in *alto caſtro*, die dominica proxima ante feſtum natiuitatis beatae virginis, *anno* domini CIↃ CCCXX quinto. Datum 1325.

DIPLOMA XXVI.

Tertia LIGA inter praedictos REGES BOEMIAE & HVNGARIAE; & contractus MATRIMONII inter LVDOVICVM, filium regis Hungariae & MARGARETHAM, filiam *Caroli* marchionis *Morauiae* CIↃ CCCXXXVIII.

CAROLI Hungariae R 1338. *Quo repetit memoriam mutui foederis inter* HVNGARIAE R. & BOHEMIAE R. *eorumque filios inuit.*

NOs CAROLVS, *dei gratia rex Hungariae*, commendantes memoriae, tenore praeſentium, quibus expedit, ſignificamus, uniuerſis; quod, licet *inter* excellentes principes, IOANNEM videlicet, eadem gratia regem *Bohemiae*, comitem *Lucemburgenſem*, fratrem noſtrum cariſſimum; & CAROLVM primogenitum Marchionem *Morauiae* nec non IOHANNEM, ducem Carinthiae, comitem *Tirolis* & *filios ſuos*, ab una; & nos, dominum LVDOVICVM primogenitum & dominos, ANDREAM ſcilicet, ducem *Calabriae* nec non STEFFANVM, *natos* noſtros cariſſimos, parte ex *altera*; perpetuae *unionis* & *amicitiae foedera* validis inſtrumentis & literis mutuo *contracta* & firmata & unita iam pridem, prout fere dinoſcuntur ſufficienter, hinc inde inter nos *conſanguineos* quaeſita exiſtant: tamen, ut eo fortius, eo melius, ipſa compoſitionis foedera ac nouae parentelae contractus notis & *obligamentis* forcioribus ſuperuenientibus inter *nos* noſtrosque *filios* & praenotatum ac praememoratum dominum CAROLVM *marchionem*, utrorumque noſtrorum heredes, in

perpetuae ſtabilitatis memoriam, tanquam firmiora roborentur; *ordinationibus* ſuperioribus & *compoſitionibus*, tanquam praedictis prioribus *literis* proxime utrique initis, ſaluis & ſuis iuribus & vigoribus, quoad omnes & ſingulos ſuos *articulos*, *expreſſiones*, *promiſſiones* & ſponſiones MVTVORVM SVBSIDIORVM, IVRAMENTORVM firmationes, perſonarumque exceptiones, & vinculorum conditiones, perpetuo abſque omni deminutione & defectu permanſuris & perduraturis: etiam cum eodem domino CAROLO, *Marchione*, nos & dicti *filii* noſtri ad hanc nouae compoſitionis formam & ſpecialis *proximitatis* deuenimus *unionem*; qui, ultra praedictam mutuam *compoſitionem* & prioris *parentelae* ſanguinis connexionem, ſibi ſpecialiter aſtringi cupientes, *Nos*, & Sereniſſima *principiſſa*, domina ELIZABETH, *regina Hungariae*, *conſors noſtra* cariſſima, ſub virtute *iuramenti* ad *ſancta Dei euangelia praeſtiti*, *virginem* praecellentem, dominam MARGARETHAM, *filiam* domini *Caroli* marchionis Morauiae, nomine dicti domini *Ludouici*, primogeniti noſtri ac pro ipſo ex nunc *recepimus*, abſque omni fraude & dolo legitime, *in* VXOREM noſtri LVDOVICI, primogeniti noſtri, regis *Hungariae*. Sicut etiam nos, Ludouicus, primogenitus, praeſentibus proteſtamur, quod ex nunc *dominam* MARGARETHAM, filiam domini CAROLI, Marchionis *Morauiae*, *tactis ſacroſanctis euangelicis* corporali praeſtito *iuramento* ſponte & libere *recepimus* legitime in *uxorem*, quemadmodum ipſe dominus *genitor* noſter & domina *genitrix* noſtra ipſam *noſtro nomine* & *pro nobis* in *uxorem* legitime, autoritate praeſentium, noſcitur recepiſſe, dummodo *domina* dicta *Margaretha* nunc &, infra terminum *traductionis* & *traditionis*, talem *corporalem* non patiatur *defectum*, pro

Praeterea connubium initum.

Nam Rex & Regina Hungariae, *fide iurata*, *accipiunt in uxorem virginem principem* Morauiae, *nomine filii ſui*, Ludouici.

Qui pariter conſentit ducitque in uxorem.

Dummodo non habeat

pro quo non immerito a tanto *Principe* poſſet *refutari.* Quam a feſto beati *Michaelis Archangeli* proxime affuturo, currente anno incarnationis domini CIↃ CCC XXXVIII. in prima reuolutione eiusdem feſti pro dicto domino *Ludouico* primogenito noſtro in ciuitate *Brymm* aſſumi & recipi, ſincere & bona fide, quolibet dolo & fraude procul motis, *traducere* & *traduci* faciemus & procurabimus, DEO nobis comitante! hoc deliberato, quod idem dominus CAROLVS *Marchio* cum eadem domina, *Margaretha*, filia ſua, loco traditionis & traductionis eiusdem, pro TITVLO DOTIS & DOTALITII *decem millia marcarum* groſſorum, *Pragenſium bonorum*, *LXIIII. groſſos* pro *marca* qualibet computando, ex tunc ipſo domino LVDVICO, primogenito noſtro per ipſum danda, autoritate *literarum ſuarum*, deputauit, tali expreſſione mediante, quod *die traditionis* & *traductionis* ipſius *filiae ſuae* nos & dominum LVDOVICVM noſtrum primogenitum ſeu noſtros *nuncios*, quos ad hoc cum noſtris procuratoriis ſufficientibus *duximus transmittendos*, mediantibus ſufficientibus legitimis & idoneis *pignorum* obligationibus ſeu *perſonarum credibilium* & valentium *fideiuſſionibus*, de quibus *praelati* & *barones noſtri*, pro ipſa domina ſua filia transmittendi, merito contentari valeant & valebunt, aſſecurabit: quae praedictorum *decem millium marcarum* ſumma, a die *traductionis* ipſius *filiae*, *nobis* aut *domino Ludouico noſtro primogenito*, SPONSO ipſius *dominae* MARGARETHAE, infra *unius anni* ſpatium ſub poenis, articulis & conditionibus, coram praelatis & baronibus utriusque partis, tunc temporis ordinandis, integraliter & infallibiliter *perſoluenda*; ſi id facere poterit, quoque modo, pro- ut

corporalem defectum. Vt mereatur refutari.

DOS & DOTALITIVM *Marchioni Moraviae conſtitutum filiae 10000. marcar.*

Die traditionis & traductionis filiae.

Datis pignoribus & fideiuſſoribus.

ut ſe idem dominus Marchio ad haec, bona & ſincera fide, *obligauit.* Si autem ipſam totam ſummam *decem millium marcarum* intra reuolutionem praedicti *anni*, a die *traductionis* ipſius *dominae filiae ſuae* computandi, *caſu* aliquo non doloſo ſoluere *aliquatenus* non poſſet, ex tunc *medietatem ſummae praedictae* intra reuolutionem anni praedicti, nobis & ipſi praedicto domino *Ludouico* aut *procuratori* ſeu *procuratoribus noſtris*, per nos, ut praemittitur, deputandis, ſoluere promiſit ac ſoluet dolo & fraude quibuslibet procul motis. Pro reſidua quidem medietate ipſius ſummae, nobis & primogenito noſtro ſua *pignora* ſufficientia & valentia, in *Morauia* ſita, de quibus nos & ipſe dominus *Ludouicus* noſtrique procuratores praedicti contentari poterimus, intra finem *anni* ſaepe dicti & prius aſſignabit, tenenda & habenda per nos & primogenitum noſtrum, ſine dolo & fraude pacifice & quiete. Tamdiu, quousque medietas ſummae ſaepe dictae, puta *quinque millia marcarum* praedictarum, nobis & ipſi domino LVDOVICO per eundem dominum marchionem fuerit integraliter perſoluta. Nos e conuerſo aſſignamus pro parte eiusdem *primogeniti noſtri*, ratione DONATIONIS propter NVPTIAS, eidem dominae *Margarethae*, pecuniam cum augmento *tertiae partis quindecim millia marcarum* propter ſuam praedictam *dotem* eiusdem *rationis* & *paxamenti*, quorum ſumma *hinc inde* ad numerum *viginti quinque millium* marcarum ſe extendit, pro quibus ex nunc, prout ex tunc, caſtra noſtra, videlicet *Zegedienum* & *Hazinis*, alio nomine *Beche* nominatum, cum eorum pertinentiis & cum *pleno dominio*, iure eorundem & ſuarum *pertinentiarum* & ſpecialiter cum iuribus *patronatus* eccle-

Vt ſoluatur ſumma ſpatio anni unius.

DONATIO propter nuptias *uel dotem conſtituta 15000. marcarum atque una 25000.*

In cuius ſecuritatem ſummae

eccleſiarum, promittimus ſine dolo & fraude ipſi dominae MARGATETHAE, dare, tradere, & obligare, ſuo caſu occurrente, quod abſit! iuxta CONSVETVDINEM NVPTIALIS IVRIS REGNI BOHEMIAE, redimenda ab eadem. Inſuper ratione nouae proximitatis, qua utrinque mutuo ſe aſtrinxit ipſe dominus *Carolus* Marchio cum nobis & noſtris filiis; Nos e conuerſo eidem ex ſincerae dilectionis affectu contra cunctos inimicos tenemur mutuo adiuuare: ita quod & ipſius domini *marchionis* inimici noſtri erunt & ſimiliter noſtros inimicos ipſe pro ſuis inimicis habebit & reputabit. Noſque ex amore *paternali* & *fraternali* ipſorumque affectione filiali & ſimiliter fraternali, nos & utrorumque noſtrorum filios *mutua viciſſitudine* contra omnes inſidiantes ac rebellantes, adiuuabimus; compoſitionibus tamen, inter eundem *regem Boemiae* & ſuos filios praedictos, *nos*que & ſimiliter *noſtros filios*, proxime literis ut praedictum eſt ſupra, in ſuis vigoribus permanſuris. Haec igitur omnia & ſingula & quodlibet praemiſſorum, prout de *uerbo* ad *uerbum* praeſentibus ſunt inſerta, ſub virtute prius *praeſtiti ad ſancta dei euangelia iuramenti*, attendere & cuſtodire praemittimus ac firmiter ac inuiolabiliter obſeruare. In cuius geſtae rei *memoriam noſtrum* & praedictae *dominae reginae*, conſortis noſtrae, SIGILLA ac etiam ipſius domini *Ludouici ſigillum*, quo nunc utitur, duximus praeſentibus appendendum. ACTVM & *datum* in WISEGRAD, dominica Inuocauit, anno domini milleſimo ccc triceſimo octauo.

adſignantur caſtra.

iuxta conſuetudinem iuris nuptialis.

Mutua foedera defenſionis.

Omnium horum fides iurata *Regis & Reginae.*

Sigilla 1) regis. 2) reginae. 3) ſponſi.

ACTVM *Viſegrad* 1338.

DIPLOMA XXVII.

LVDVICVS rex HVNGARIAE promittit *ligas*

gas factas inter *patrem* ſuum, CAROLVM regem Hungariae & CAROLVM, marchionem MORAVIAE ; & MATRIMONII CONTRACTVM, ut praeſcribitur, ratas habere & feliciter conſummare CIↃ CCC XLII.

LVDOVICI *Hungariae R. an.* 1342. *Quo teſtatur, pacta connubialia inita a 1) patre. 2) matre.*

NOS LVDVICVS, *dei gratia rex Hungariae*, memoriae commendamus, &, tenore praeſentium, ſignificamus, quibus expedit, uniuerſis ; Qui licet, iuxta continentiam *literarum* quondam *excellentisſimi domini*, CAROLI *illuſtris regis Hungariae*, genitoris noſtri carisſimi, felicis memoriae ac *ſerenisſimae dominae* ELIZABETH, eadem gratia *reginae Hungariae*, *genitricis* noſtrae, nunc *dei clementia ſuperſtitis*, anno domini M CCC XXXVIII. in dominica inuocauit emanataram ; & iuxta intentionem & finem *ſimilium literarum*, uidelicet *Excellentis principis*, *domini* CAROLI eadem gratia, domini IOANNIS, *illuſtris regis* BOEMIAE *primogeniti*, *marchionis* MORAVIAE, *primarum* in eadem dominica Inuocauit, ſub ſuo & *duorum Baronum* & conſiliariorum ſuorum, uidelicet Simonis *de Codditz*, & Wilhelmi de *Landſtein* ; ac *ſecundarum* in dominica Laetare, ſimiliter ſub *ſuo* & *magnificae principiſſae*, dominae BLANCAE, conſortis ſuae, *ſigillis*, hinc inde confectarum ; in feſto beati Michaelis archangeli proxime affuturo ; cum ſpectabili *puella*, *domina* MARGARETHA, filia eiusdem domini *Caroli*, marchionis *morauiae*, quemadmodum idem *pater* noſter & *genitrix*, pro nobis & *nomine noſtro*, modis & conditionibus in iisdem literis ipſorum exinde confectis plenius expresſis & *iuramen-*

cum ſponſae 1) patre 2) matre.

de uxore ſibi habenda MARGARETHA, *nomine ſuo, ſponſi.*

ramentis hinc inde confirmatis, manu libera ordinauerant & compoſuerant; *matrimonium conſummare*, debuiſſemus: tamen quia praeclara eadem *puella* ad annos legitimos & *nubiles* minime *perueniſſe* dignoſcitur, propter hoc, iuxta *canonicas ſanctiones*, nec *ſponſalia de praeſenti* contrahere nec firmius conſummare potuimus cum eadem, quamuis nos, in *legitima aetate* conſtituti, REGNI HVNGARIAE PLENVM GVBERNACVLVM, diuina gratia ſuffragante, habeamus: &, matura habita deliberatione cum eadem domina *genitrice* noſtra, de *conſenſu* & conſilio praedicti *domini Marchionis* ac de conſilio *praelatorum & baronum*, *conſiliariorum* noſtrorum, *conſummationem* dicti matrimonii inter nos & dictam PVELLAM praeclaram, dominam MARGARETHAM, nondum *nubiles* & *legitimos annos attingentem*, perficiendam, ob eiusdem puellae *teneritatem*, a dato praeſentium & a feſto beati michaelis archangelii proxime futuro praedicto, ad *quartam reuolutionem feſti* eiusdem beati *Michaelis*, dictas literas parentum noſtrorum & ipſius domini *Marchionis*, quoad omnes ſuos *articulos*, *pactiones*, *ordinationes*, *ſponſiones de dote & dotalitio*, cum exceptionibus & conditionibus expreſſis, ratas, gratas, firmas per omnia habentes & uolentes inuiolabiliter obſeruare; absque omni dolo, fraude, differendam duximus atque porrogandam; firmiter promittentes ſub uirtute praeſtiti ſacramenti corporaliter, *manu ſacroſanctis euangeliis Chriſti* hodie, in eiusdem nomine, *tactis*, dictam dominam MARGARETHAM, adueniente praedicto termino, ſcilicet reuolutione *quarta* feſti beati *Michaelis* archangeli, ſecundum *ritum ſanctae Romanae eccle-*

Quae ſponſalia ob impubertatem eſſe non potuerunt de praeſenti.

Confirmantur tamen tabulae nuptiales *factae* parentibus.

Cum iuramento *corporali*. *Tactis SS. euangeliis.*

Conſummandi matrimonii poſt IV. annos.

eccleſiae, ***nobis matrimonio copulare*** & dictum *matrimonium* cum eadem, cum *dei audiutorio*, legittimo impedimento ceſſante, abſque dolo & fraude feliciter & effectualiter *conſummare*, dilatione qualibet ulteriori procul mota & dictas literas parentum *noſtrorum* & eiusdem domini *Marchionis*, quoad omnes ſuos articulos & modos ac conditiones expreſſos de *contrahendis ſponſalibus de praeſenti*, & matrimonio *conſumandis* inuiolabiter per omnia attendere atq; obſeruare, literas etiam alias *parentum* noſtrorum & dicti domini *Marchionis*, tempore, quo dicta *filia ſua in aulam* eorundem parentum noſtrorum, pro *informandis moribus & idiomate Hungarico, traducta* extitit, eas manſuras in ſuo pleno uigore volumus & relinquimus prorſus & per omnia permanere. *In cuius* rei memoriam & perſeuerans ſtabilimentum praemiſſorum praeſentes conceſſimus *literas* ſub appenſione *ſigilli* noſtri *parui*, quo *nunc utimur*, quia *ſigillum authenticum* nondum *ſculptum* & *fabricatum habemus*. Promittentes, quod quamprimum *authenticum ſigillum* noſtrum *ſculpetur & fabricabitur*, faciemus easdem appenſione ipſius communiri. Nos etiam ELIZABETH, regina *Hungariae*, ſub virtute eiusdem, una cum dicto *domino rege*, CONTHORALI noſtro, prout ſupra dictum eſt, *ſacramenti* praeſtiti & nunc inuocati! *promittimus* firmiter aſſumendo abſque omni dolo & fraude, quod ipſum dominum LVDOVICVM, *regem*, *filium* noſtrum cariſſimum, iuxta continentiam dicti domini *regis*, *conthoralis* noſtri, & noſtrarum, ſuper dicto matrimonio antea confectarum & praeſentium literarum, inducemus, conſulemus & ad-

Interim in moribus & LINGVA *Hungarica ſponſa informanda.*

Charta haec paruo SIGILLO *munita*

Quia maius ſeu authenticum nondum ſculptum. *Quod poſtea addendum.*

ELISABETH *Hungariae R.* MATER *officia pollicetur, adhibenda, ut filius, rex, ſtet promiſſis.*

& admonebimus, effectualiter & realiter operam dando, ut dictum matrimonium inter ipſam & puellam praeclaram; filiam domini marchionis, in ipſa *quarta* reuolutione feſti beati *Michaelis*, *Archangeli*, *qui ſuper lectum eſt*, debeat & velit feliciter & effectualiter conſumare. In huius rei certiorem cautelam, *ſigillum noſtrum reginale authenticum* praeſentibus duximus appendendum. *Datum* in WISEGRAD in feſto inuentionis corporis beati *Steffani*, Prothomartyris, *anno* domini CIↃ CCCXLII. SIGILLO *reginali authentico.* DATVM 1342.

DIPLOMA XXVIII.

Liga Regis HVNGARIAE nouiſſima cum CAROLO rege BOEMIAE CIↃ CCC LIII.

LVDOVICVS *Dei gratia Rex* HVNGARIAE. Notum facimus uniuerſis, quod, attendentes intimi amoris flagrantiam & purae deuotionis affectum, quo ſereniſſimum principem dominum CAROLVM, *regem Romanorum & Boemiae illuſtrem*, *fratrem noſtrum* praeclariſſimum, pia caritate complectimur, non immerito ſingulari quodam ardore ad hoc incitemur: ut inter *eum* & *nos* firmare poſſimus indiſſolubilis vinculi unionem. Ea propter animo deliberato, & ſano praecedente conſilio, promittimus pro nobis, *heredibus* & *ſucceſſoribus* noſtris, *regibus Hungariae* & eiusdem REGNI noſtri CORONA, bona noſtra fide, ſine omni *dolo* & ſub *iuramento corporali*, quod deſuper praeſtitimus, tactis *euangeliis ſacro ſanctis!* ſupra dicto regi *Carolo*, haeredibus & ſucceſſoribus ſuis regibus Boemiae & eiusdem regni coronae, in perpetuum cum ipſis in *perpetua liga* & indiſſolubili *unione* manere, ipſiſque aduerſus *unumquemque hominem*, *re-*

LVDOVICI R. HVNGARIAE *tabulae foederis mutui* 1353.

Cum CAROLO IV. IMPERATORE.

Fide iurata, tactis euangeliis.

Contra omnes hoſtes.

gem

gem, & *principem*, cuiuscunque *dignitatis*, gradus ſeu conditionis exiſtat, omni, qua valemus, potentiae frequentia aſſiſtere & fideliter ſubuenire auxiliis, & conſiliis opportunis: *illuſtribus* CAZIMIRO *Poloniae rege*, & ALBERTO *duce Auſtriae* amborumque haeredibus duntaxat *exceptis*, promittentes, fide, qua ſupra, quod ſi aliquando *filios* vel *filias* obtinuimus in futurum, quod illos vel illas MARITAGIO ſiue *nuptu* inuicem *copulare* volumus nec debemus quibuscunque *ſpondere perſonis*, absque praedictorum *regum Boemiae conſilio*, *fauore*, & *conſenſu*. Specialiter praeſentium ſub *noſtrae maieſtatis* ſigillo teſtimonio litterarum. *Datum* BVDAE anno domini MCCCLIII. indictione ſexta menſe Septembris die decimo quinto.

POLONIAE *rege & AVSTRIAE duce exceptis.* SPONSALIA *liberorum nondum natorum. Non contrahenda ſine conſenſu confoederati.* DATVM. 1353.

DIPLOMA XXIX.

Liga inter regem POLONIAE CAZIMIRVM, *quod Imperator debeat eum iuuare contra* CRVCIFEROS *&* BAVAROS *&* *quitat Imperatorem de debito, pro ut in litteris regis* HVNGARIAE *praecedendibus eſt expreſſatum* CIↃCCC LVI.

KASIMIRI *R.* POLONIAE *1356. renouatio* foederis.

KAZIMIRVS *Dei gratia rex Poloniae & Ruſſiae nec non Cracouiae, Sandomeris, Sundiae, Lanticiae, Ciuianiae & Pomeraniae terrarum & ducatuum dominus &* HAERES. Notum facimus univerſis, quod, quia *ſereniſſimo* ac *inuictiſſimo* principi & domino *Carolo, Romanorum Imperatori ſemper auguſto & Boemiae regi*, *fratri* noſtro cariſſimo, in tractatibus habitis inter *ſuam maieſtatem*, ab una; & *nos*, parte ab alia, in oppido ſuo, *Nampslauia*, ſub *anno* domini M CCC XLVIII, *indictione* prima,

olim 1348. initi

ma, decimo calendas *decembris regnorum* ipſius *cum* REGE anno tertio, ſub TITVLO ROMANI REGIS, quo illis Romano- temporibus utebatur, ſub *iuramento* rite promi- rum, *nunc* ſimus: ſic & nunc animo deliberato & maturo IMPERATO- *noſtrorum procerum* antecedente conſilio, ſub e- RE, *Carolo IV.* odem *iuramento*, promittimus, *perpetuam di- iurati.* *lectionem* & firmam *amicitiam* cunctis in antea futuris temporibus *inviolabiliter* obſeruare, ſicut ipſe vice verſa nobis, ſub iuramento ante praeſtito, ad obſeruationem eiusdem dilectionis & amicitiae teneatur, prout in *antiquis litteris* noſtrae *concordiae*, inter nos & eum aliquotiens celebratae, plenius continetur. Promiſit etiam dictus dominus *Imperator*, ſub *iuramento* ante praeſtito, bona fide & ſine dolo nobis aduerſus *quemlibet hominem* & nomina- *Aduerſus* tim contra CRVCIFEROS de *domo Teutonica* ſeu 1) cruciferos etiam contra BAVAROS vel quoscunque alios in 2) Bauaros, *Marchionatu* BRANDENBVRGICO manentes, vel 3) Brandeburgicos. in *propria perſona*, ſi commode fieri poterit, vel in perſona illuſtris principis domini IOHAN- IMPERATOR NIS, *Marchionis Moraviae*, *fratris ſui*, cum *in* perſona ſexingentis *hominibus galeatis*, aſſiſtere & a- *adiutor ueniet aut* micabiliter ſuffragari; illo praeſertim tempore, *eius frater*, cum *plantae* & *ſegetes* ſunt in campis. Et ſi *Morauiae* quiſpiam inimicorum ante tempus *meſſium*, *M.* quocunque tempore, terras noſtras invaſerit, *Praeſertim* ſub praemiſſo *iuramento* absque dolo promiſit, *in aeſtate.* contra inſultum inimicorum eorundem noſtrorum, toto ſuo poſſe, nos adiuvare. Et ſi prima via cum hominibus eisdem nos aduerſus inimicos noſtros *limites regni noſtri* non recuperaremus: tunc *ſecundario*, ad requiſitionem *Cum 500.* noſtram, *quadringentos* GALEATOS nobis deſti- *galeatis.* nare promiſit & tenebitur ſub *ſuis* damnis, ſum-

ptibus & expenſis. Ita tamen, quod nos ſuo exercitui praedicto, quam diu in *regno noſtro*

Quibus tamen alimenta dentur.

moram traxerit, de *eſculentis & potulentis* tenebimur & promittimus prouidere. Et ſi, quod non ſperamus, *prima* & *ſecunda* uia non recuperaremus limites eiusdem regni; tunc *tertia*

Idque prima, ſecunda, tertia, quarta uicibus.

& *quarta* vice & quotiens neceſſum fuerit, nobis, ſub *iuramento* & fide, iuxta ſuum poſſe, *ſine dolo ſuffragari* promiſit & tenetur tam diu, quousque, ut praedicitur, recuperemus limites regni noſtri; quibus recuperatis, praefato domino

Vsque dum recuperentur amiſſa a cruciferis in Poruſſia.

imperatori & regni *Boemiae* aſſiſtere & aſtare tenebimur aduerſus omnem hominem, excepto *rege* HVNGARIAE, prout in antiquis noſtris literis eſt expreſſum. Inſuper, quamdiu effectum adverſus inimicos noſtros aſſecuti non

Excepto Hungariae R.

fuerimus, ſibi non tenebimur *ſuffragari*. Hoc tamen adiecto, quod, in hoc medio & interim, ſuis inimicis per nos vel noſtros non cooperabimur, ut aſſiſtamus iisdem ope, conſilio vel fauore; & ſupradictos GALEATOS, quos in adiutorium nobis deſtinare tenetur, ſuis *ſumtibus* & *expenſis ac refuſione damnorum*, debeat ſine *dolo* reſpicere, donec dicti limites ad *dominium* noſtrum

Suffragari ſiue auxilio eſſe, non teneatur, ſi copiis ipſe indigeat.

fuerint reuerſi. Sique, limitibus regni POLONIAE, ſuffragio ſuo, obtentis aliqualiter, occupatores de bonis & dominiis ad regnum noſtrae POLONIAE non pertinentibus expugnati & expulſi fuerint;

Suffragio i. e. auxilio.

medietatem bonorum & dominiorum illorum praedicto domino *imperatori* & regi *Boemiae*; reſidua vero noſtris uſibus decernimus applicanda. Et omnia & ſingula, quae in hiſce noſtris literis contenta noſcuntur, de verbo ad verbum, ſicut ibidem exprimuntur, ad ſingulas literas inviolabiliter obſervare promittimus & tenemur

Dimidia pars terrae deuictae cedet imperatori.

ſub

ſub omnibus modis, & conditionibus, prout in eisdem litteris, ſub datis, loco & tempore praelibatis, inuenitur expreſſum. Eo duntaxat excepto, quod de PECVNIIS omnibus, de quibus eaedem literae mentionem conſtituunt, dictus dominus imperator, *Boemiae rex* ac fideiuſſores & compromiſſores ſui, liberi ſint totaliter & penitus abſoluti, ſicut *Sereniſſimus princeps, dominus* LVDVICVS, *rex* HVNGARIAE, *frater* noſter cariſſimus, praefatum dominum *imperatorem* & regem *Boemiae*, & nos FIDEIVSSORES ac COMPROMISSORES ipſius ad inſtar dicti regis *Hungariae*, ſpecialibus litteris noſtris rite *quitauimus & liberos* dimiſimus & penitus abſoluimus. Si vero, quod abſit! praedictum *ſuffragium*, per nos requiſitus, nobis facere uel mittere neglexerit; ex tunc pro eodem *ſuffragio*, quotiens neglexerit, ipſum vel *filios*, ſi quos habuerit, *domino* permittente, aut, eo abſque heredibus decedente, illuſtrem principem, dominum IOANNEM, *Marchionem Morauiae*, *fratrem* ſuum praedictum, in eum caſum, ubi ſibi in regno *Boemiae* ſucceſſerit, debebimus & poterimus amovere. *Praeſentium* ſub Noſtrae maieſtatis ſigillo teſtimonio litterarum. ACTVM & DATVM, PRAGAE, anno domini M CCC LVI. in die beatorum Philippi & Jacobi, Apoſtolorum.

De pecuniis earumque fideiuſſoribus & compromiſſoribus.

Clauſula; ſi neglexerit, ius belli adverſus filios & ſucceſſores indulgetur.

ACTVM Pragae 1356.

DIPLOMA XXX.

KAZIMIRVS *rex Poloniae recognoſcit, ſe habere* reſpectum *ad* imperatorem *pro* 2000. *ſexagenis pro* DOTALITIO *filiae* landgrauii HASSIAE CIↃ CCCLVI.

CASIMIRVS *R.* POLONIAE *an.* 1356. *teſtatur*

KAZIMIRVS *dei gratia rex Poloniae &c.* Notum facimus uniuerſis tenore praeſentium, quod *ſereniſſimus* ac *inuictiſſimus* princeps, dominus CAROLVS, *Romanorum Imperator ſemper auguſtus & Boemiae rex*, *frater* noſter cariſſimus, nobis litteras dedit infra ſcrti tenoris in haec verba:

CAROLVM IV. IMPERATOREM *eidem dediſſe* CHIROGRAPHVM, *quod vecitatur, in quo*

CAROLVS *quartus*, *diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Boemiae rex*, notum facimus uniuerſis, quod *magnifico* & *excellenti* principi domino KAZIMIRO, *regi Poloniae illuſtri*, fratri noſtro cariſſimo, in *duobus millibus ſexag. groſſorum Pragenſium* pro illuſtri *principe* domino, HENRICO *Landgrauio* HASSIAE, *conſanguineo* noſtro ac dilecti *regis ſocero* occaſione DOTALITIAE PECVNIAE in contractu matrimonii celebrati inter *regem* ab una, & *filiam* dicti *Landgrauii* parte ab altera, rationabiliter obligamus ſibique de antedictis pecuniis, prout expedit, *ſatis facere cupientes.* Promittentes eidem *fratri* noſtro, regi *Poloniae*, bona *fide* ſine *dolo* de *ſumma* praedictae pecuniae unum MILLE a dato praeſentium infra unius anni ſpatium & *mille ſexagenas* intra annum ſequentem continuo dare & ſoluere integraliter & complete Praeſentium ſub *imperialis maieſtatis ſigillo* teſtimonio litterarum. DATVM *Pragae* anno domini MCCCLVI; *indictione* nona, octauo die *Maii*, *regnorum* noſtrorum anno decimo, *imperii* vero ſecundo.

ſoluendas ſuſcipit

2000. *ſexagenas*

pro dote FILIAE HASSIAE *Landgrauii.*

Et quia praefatus dominus Imperator & Boemiae rex dictam pecuniam nobis pro ante dicto *ſocero noſtro*, LANDGRAVIO HASSIAE, pro cauſa DOTIS, ſicvt expreſſatur ſuperius, rite promiſit: id circo faciemus praefato LANDGRAVIO HASSIAE & noſtra uoluntas exiſtit, quod ipſe pecuniam hanc *praefato* domino *Imperatori* & regi *Boemiae*, quia pro

Idcirco maritum ſocerum dimittit e nexu.

eo

eo *promiſit*, ſoluat & *aſſignet* ad plenum. Quia de ſolutione dictae pecuniae nobis facienda non ad LANDGRAVIVM praedictum; ſed ad *Imperatorem* & *regem Boemiae* praefatum reſpectum habemus iuxta litterarum continentiam, ut praefertur. Promittimus etiam praefato domino *Imperatori* & *regi Boemiae*, ſimul atque praedictae *pecuniae* nobis ſolutae fuerint, in terminis ſuis, ut praefertur; quod tunc litteras obtentas deſuper *primas* & etiam *illas*, quae praeſentibus ſunt inſertae, *reſtituere* volumus & *debemus*. Vel ſi fortaſſe eaedem litterae & ſchaedae inueniri non poſſent aut reſtitui, quod tunc *litteras quittantias* dabimus & *abſolutiones* ſub forma debita, ſicut *iuris ordo* exigit, quod etiam tales litterae *irritae* ſunt, *inanes* &, ſi quandoque in lucem prodierint, nullius ſint penitus roboris & momenti. *Praeſentium* ſub noſtrae *maieſtatis ſigillo* teſtimonio litterarum. DATVM *Pragae* anno domini MCCCLVI. in die inuentionis ſanctae crucis.

Siqua ſumma ſoluta, promittit creditor Rex 1) reddere chirographum 2) quietantiam aut 3) ſchedulam mortificationis.

DATVM 1356.

DIPLOMA XXXI.

Innouatio LIGAE *regis* POLONIAE, *Kazimiri*, *excepto rege* HVNGARIAE CIϽ CCC XLI.

NOS KAZIMIRVS *dei gratia rex Poloniae &c.* Ad univerſorum notitiam, tenore praeſentium, volumus pervenire, qui, cum ſereniſſimus princeps, dominus IOHANNES *rex Boemiae*, *comes Luzenburgenſis* & dominus CAROLVS *primogenitus eius*, *Marchio* MORAVIAE, *fratres noſtri cariſſimi*, inclitam MARGARETAM *Comitiſſam Palatinatus Rheni*, *Duciſſam Bavarorum*, dicti domini regis *filiam* ac domini

CASIMIRVS R. POLONIAE 1341.

iuncta fide, teſtatur, ſe, ob connubium cum CAROLI IV.

ſorore, commiſſa Palatinatus *Rheni* *Marchionis ſororem* filio memoriae dudum *nomine iuramenti* tradere promiſerit *matrimonialiter* in *uxorem* ; nos quoque eodem nomine promiſerimus *vice verſa*, ipſos *fratres* noſtros ſemper & in omnibus tanquam *fratres* *inſtituendum*, *uterinos* tenere & ſicut nosmet ipſos proſequi contra omnem hominem & iuvare. Cumque, nobis tandem, iuxta vocationem & confoederationem ipſorum, pro conſumando *matrimonio* *foedus mutuum cum Boemiae principibus iniiſſe.* & *nuptiis* celebrandis venientibus, dicta domina MARGARETA SPONSA *noſtra* cariſſima *piae recordationis*, Deo volente, viam ſit univerſae *carnis* ingreſſa : propter hoc *ligam* ſeu vinculum *dilectionis* & *fidei* ipſorum, ex noſtro ingenti deſiderio initum, inter nos utrobique taliter & firmatum, deperire nolentes aliqualiter *Duraturum etiamſi ſponſa fuerit mortua.* ant corrumpi, quam, ut ipſum potius ampliori firmitate & *ſinceriori* foedere roboretur ac vigeat iugiter ac perſiſtat, praeſtito, *tactis* per nos *ſacro ſanctis evangeliis*, *iuramento corporali*, promiſimus & promittimus in his *ſcriptis* ; antedictum dominum *Marchionem*, fratrem noſtrum, adhuc ex nunc in antea, ſemper & ubique, quam diu, domino fauente, vixerimus, tanquam *fratrem uterinum* tenere, ſuumque ac terrarum ſuarum profectum, honorem, commodum, pro omni poſſe ac tota diligentia fideliter procurare & ſibi in *terris ſuis* cum noſtra perſona rebus ac *potentia noſtra* adeſſe & contra *Adverſus omnem hominem.* *omnem hominem viventem*, omni fraude & doli ſcrupulo procul motis, *nullo prorſus excluſo*, cuiuscunque *conditionis* aut *ſtatus* exiſtat, firmiter adhaerere. Eumque in ſingulis negotiis evenientibus & neceſſitatibus ſuis proſequi & iuvare conſiliis auxiliis & iuvaminibus oppor-

opportunis. Hoc ſolum expreſſo: quod niſi proceſſu ſolo temporis ipſum dominum *Marchionem cum excellentisſimo principe domino* CAROLO *rege Hungariae illuſtri, fratre noſtro, guerram* ſuſcitare & terras ipſius manu potenti intrare contingeret; ex tunc licebit nobis & poterimus ac tenebimur cum ipſo *domino*, REGE HVNGARIAE, *ſtare & eum in ſuis terris*, duntaxat ad defendendum easdem, contra praefatum dominum *Marchionem*, pro viribus adiuvare. Si vero idem dominus REX HVNGARIAE terras ipſius domini *Marchionis* ſimiliter devaſtaturus intraret; ex tunc, pro defenſione eiusdem Marchionis & terrarum ſuarum, cum ipſo, tanquam *fratre uterino*, ſtare & eum adiuvare tenebimur & ſpondemus toto virium noſtrarum omnium potentatu. In quorum omnium teſtimonium praeſentes literas fieri & *ſigillis* noſtris iuſſimus communiri. ACTVM PRAGAE praeſentibus venerabili domino Johanne *Olomucenſi* Epiſcopo & illuſtri principe, domino Nicolao *Ratiboris* duce; nec non nobilibus viris, Heymanno de *Duba*, domino in *Nochad*, Iohanne dicto Iuras, *ſubcancellario* Cracovienſi; Matzkone, barone, *Caſtellano* Lautenſi & Segnio praepoſito ſancti *Michaelis* in caſtro *Cracovienſi*, *vicecancellario* aulae noſtrae, teſtibus ad haec praemiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. *Quorum* etiam SIGILLA ad maiorem evidentiam & concordiae unionem praeſentibus ſunt appenſa. DATVM per manus eiusdem vicecancellarii noſtri *Segnii* Anno domini CIↃ CCC XLI. in die margarethae virginis.

Excepto Carolo R. Hungariae.

Si quidem a Bohemis fuerit inuaſus.

Non uero ſi ipſe inuaſerit Boemos.

ACTVM *Pragae coram teſtibus*

DATVM 1341.

DIPLOMA XXXII.

CASIMIRVS POLONIAE R. IOANNEM Boemiae Regem & filium eius, CAROLVM IV. poſt imperatorem, tum MORAVIAE Marchionem, adoptat in 1) PATREM, 2) FRATREM initque cum illis mutuum foedus CIↃCCCXLI.

CASIMIRVS R. POLONIAE an. 1341. teſtatur, ſe R. Bohemiae in PATREM & filium eius CAROLVM in FRATREM adoptauiſſe.

Nos KAZIMIRVS, *dei gratia* POLONIAE *rex*, ad univerſorum notitiam tenore praeſentium volumus pervenire, quod, cum dudum *magnificos* principes dominum IOHANNEM REGEM *Boemiae* & dominum CAROLVM eius *primogenitum Marchionem Moraviae illuſtrem in patrem & fratrem noſtros* aſſumſimus ac ipſi nobis inclitam *Margaretam* quoudam *Comitiſſam palatinatus Rheni duciſſam Bavariae filiam & ſororem* ſuam piae memoriae *ſpoponderint* tradere *matrimonialiter in uxorem*:

Ob FILIAM principem in uxorem promiſſam.

Nos quoque promiſerimus ipſos ſemper & in omnibus tanquam PATREM CARNALEM & FRATREM VTERINVM tenere & contra omnem hominem iuvare. Cumque nobis tandem iuxta vocationem & informationem ipſorum ad *conſummandum* matrimonium & *celebrandum nuptias* huius venientibus, dicta domina MAGARETHA SPONSA noſtra cariſſima,

Continuanda haec nomina & foedera, etiam demortua ſponſa.

ſicut domino placuit, via carnis univerſae ingreſſa, propter hoc *ligam* ſive vinculum dilectionis, unionis & fidei, conſiderato animo & ingenti deſiderio inter nos vtrumque initum totaliter & firmatum, diſſolui nolentes quouis modo aut corrumpi; ſed volentes id ipſum potius noviter *colligationibus* & ſincero foedere indiſſolubiliter *innouari* & perfectius roborari, praeſtito *tactis per nos ſacroſanctis euangeliis corporali*-

raliter iuramento promiſimus & promittimus in his ſcriptis ex nunc in antea ſemper in omnibus & ubique praedictum *regem Boemiae* tanquam PATREM CARNALEM & *dominum* Marchionem tanquam FRATREM *noſtrum* VTERINVM tenere eorumque & *regni terrarum ſuarum profectum*, honorem, commodum omni tempore tota diligentia fideliter procurare & eis in regno ac terris ſuis & extra in perſona propria & rebus ac potentia noſtra aſſiſtere & in omnibus vitae noſtrae temporibus *contra omnem hominem viuentem* cuiuslibet praeeminentiae, conditionis aut ſtatus exiſtat nullo penitus excluſo, praeter *magnificum dominum* BOLKONEM *ducem* SILESIAE & dominum de SVIDNIZ, *nepotem noſtrum* cariſſimum, fideliter adhaerere & ipſis in uniuerſis cauſis euidentibus & neceſſitatibus ſuis auxiliis & conſiliis noſtris bona fide & abſque omni doli ſcrupulo proſequi & iuuare. Etiam hoc *ſpecialiter* addito; quod, ſi princeps quicunque unus vel plures *regnum* ſiue *terras* eorum intrare vel inuadere, occupare vel deuaſtare vellet, contra illum vel illos & contra omnem aduerſarium ipſos defendere promittimus. Et, ſi ipſi domini *pater* & *frater noſtri* praedicti proceſſu temporum nobis deferrent, quod PRINCEPS aliquis aut BARO *regnum* vel *terras eorum* aut partem aliquam detineret & illicito occuparet; ex tunc ipſos ad *euincendum* & obtinendum bona talia uniuerſa & pacifice poſſidendum iuuare promittimus & tenemur. Si vero contra aliquem *principem* vaſallum, *baronem* vel *ſubditum* noſtrum cuiuscunque conditionis vel ſtatus, qui in limitibus ſiue finibus terrarum ſuarum ipſis aliquid detineret & indebite occuparet easdem, nobis deferrent

Fide corporalis iuramenti.

Aduerſus omnem hominem, excepto DVCE SVEINICENSI.

Si quis princeps *uel* Baro *inuaſerit* Boemiam.

Exulant ibi comites,

ferrent querelam; illum ad noſtram vocare *praeſentiam* & ad faciendum ſuper hoc, quod rationabile ſit & iuſtum, attinere & coarctare tenebimur praeuia *ſententia.* Qui ſi *princeps, vaſallus, baro* aut *ſubditus* noſter aliquis animo fortaſſis *rebellionis regiae maieſtatis* ductus iuſtitiam recipere ſuper huius bona & reddere non curaret, ex tunc limites taliter occupatos & ad ipſos dominum parentem & fratrem noſtros vel alterum ipſorum ſpectantes, euincere & ipſos ad conſecutionem eorum ac poſſeſſionem pacificam tenebimur adiuuare, ſicut & ipſi ſuum nobis praeſtabunt, ſi opus erit, auxilium, per nos requiſiti. Praeterea ſpecialiter duximus exprimendum: quod ſi dictos dominos *patrem* & *fratrem* noſtros cariſſimos aut alterum eorum in poſterum ullo tempore cum excellentiſſimo principe domino CAROLO rege *Hungariae* illuſtri *fratre* noſtro *guerram ſuſcitari* & in manu potenti terras eius intrare contingeret, ex tunc licebit nobis ac poterimus ac tenebimur cum ipſo *rege Hungariae ſtare* & eum in ſuis duntaxat terris, ad defendendum eaſdem contra praefatos *dominos* PATREM & FRATREM *noſtros*, pro viribus adiuuare. Si vero idem dominus rex Hungariae, terras ipſorum ſimiliter deuaſtaturus, intraret; ex tunc pro defenſione terrarum ſuarum cum ipſis, tanquam filius & frater, conſtanter ſtabimus & ipſos iuuabimus toto virium noſtrarum poſſe cum potentia. In quorum omnium teſtimonium praeſentes litteras fieri & ſigillorum noſtrorum munimine iuſſimus roborari. *Actum* PRAGAE praeſentibus venerabili domino Iohanne Epiſcopo *Olomucenſi* & illuſtribus principibus dominis Bernhardo, Duce *Sleſiae* & domino *Lignicen-*

Etiam adverſus rebelles auxilia.

Singularia de R. Hungariae CAROLO *adiuuando aduerſus* patrem *aut* fratrem, *inuaſores.*

ACTVM Pragae.

nicenſi, Bolkoni *Suidnizenſi* & Nicolao *Oppauiae* & *Ratiboris* ducibus, nec non fidelibus noſtris dilectis Heynmanno de *Duba*, domino in *Nachod*, dicto *Haze*, Hikone dicto *Halabaz*, dicto *Iuras ſubcancellario* Cracrouienſi, Geskone, *venatore* Cracouienſi, Mazkone Perckwiz *caſtellano* Lautenenſi & Segnio *praepoſito* ſancti Michaelis in caſtro Craconienſi vicecancellario curiae noſtrae, *teſtibus* ad praemiſſa vocatis pariter & aſſumtis (*). *Quorum* etiam ſigilla praeſentibus, ad maiorem euidentiam, ſunt appenſa. DATVM anno MCCCXLI. in die ſanctae MARGARETHAE virginis glorioſae.

DATVM 1341.

DIPLOMA XXXIII.

Declaratio inter POLONIAE & BOEMIAE reges, ſi principes eorum in CONFINIBVS *litigarent*, nihilominus *liga* inter eos permaneret.

CASIMIRI R. POLONIAE 1335. *edictum*. *Quod* tabulas pacis *rumpere non debeant lites*, *forte inter*

IN *nomini domini*, *amen! Nos* CAZIMIRVS *dei gratia rex* POLONIAE uniuerſornm notitiae deferimus per praeſentes, quod, terrarum *pacem* & tranquillitatem pro uiribus procurare cupientes, ordinamus & indiſſolubiliter obſervari debere uolumus & promittimus: quod, ſi aliquam *diſcordiae* materiam inſurgere contigerit inter *principes*, nobis *ſubiectos* & *capitaneos* noſtros, ex *una* parte; nec non *principes feudales* & ſubiectos *excellentisſimi domini* IOANNIS *regis* BOEMIAE, Poloniae

[*] Singularia ſunt, quae ſequuntur. I) *adoptiuus pater*, ſocer II) *frater adoptiuus* isque uterinus, adfinis III) Ducibus Sileſiae ius foederis atque adeo belli IV) Nulla mentio *comitum*: ſed tantummodo PRINCIPVM & BARONVM. Quoniam *Comitis* nomen uel exulat uel eſt tantummodo *muneris*, cetera.

limi-

& Bohemiae REGVM *ſubditos exortae, in finibus regundis*

limites noſtri regni attingentes & alios ſubiectos ipſius eosdem *limites* contingentes, parte ex *altera*, & ab hoc hinc inde damna aliqua perpetrari: non propter hoc *pacis unio*, inter nos & ipſum regem Bohemiae ordinata, debet aliqualiter uiolari: ſed in ſuo *robore firmiter perdurare*, *diſcordiae* autem materia taliter excitatae per CAPITANEOS, tam per *nos*, quam per ipſum *regem Boëmiae* deputandos, ſine procraſtinatione qualibet, prout conducibile fuerit, dirimatur, ſicut noſtram gratiam obſervare cupiunt & diminutionem honoris proprii evitare. Sin autem de *regno noſtrarum terrarum* aliquibus principis praefati domini *regis Bohemiae* ſubiectis per aliquos nobis ſubiectos, habentes *fortalitia* & *caſtra* vel non, aliqua ſpolia committi contingeret; mox ille *princeps* & *capitaneus*, ſub cuius *iurisdictione* talia comittuntur, ſuper eo requiſitus, eadem ſpolia committentes ad *ſatisfactionem* congruam compellere teneatur, quoniam, ſi, requiſitus, compellere ipſos non curaret, ad hoc ipſemet ad ſatisfactionem huius teneretur, poſtquam fuerit *ſuo regi querimonialiter* nominatus. Si vero talia *ſpolia* committentes *domino* ſuo temporali ſiue *duci* & *capitaneo* uel *epiſcopo*, temporale dominium habenti, in hoc ipſo inobedientes exiſterent & mandatis ipſorum, de ſpolio, a ſe commiſſo, ſatisfacere recuſarent, mox ipſorum dominus *temporalis*, ſub quo *caſtra*, *fortalitia* aut *poſſeſſiones* habebunt, ipſorum *caſtra*, *fortalitia* & poſſeſſiones *vallare* & *expugnare*, tenebitur. Et, ſi per ſe ipſos ad id ſufficere non valerent, hi, in quorum terris ſpolia ſunt commiſſa, ipſos ad eadem expugnanda, prout melius poterunt, invicem adiuvabuntur, habito ad hoc

Quin potius per capitaneos utriusque regni ſolita componantur.

Idem de caſtris *&* fortalitiis.

Immorigerorum autem caſtra deſtruantur

hoc etiam *regio adiutorio*, ſi fuerit opus. Quibus *caſtris* aut *fortalitiis* acquiſitis & expugnatis, penitus illa deſtruantur, niſi talia caſtra aut fortalitia terrarum confinia contingerent; tunc eorum dominorum temporalium *arbitrio* relinquitur, an magis *deſtrui* ipſa uelint, aut potius, locatis ipſis in homines *pacificos*, ea, pro ſe & terrarum defenſione, ſervare ac poſſesſiones, & bona eorundem *ſpoliatorum* ad dominos temporales, in quorum terris conſiſtunt, libere revertantur. Cum autem *ſpoliatores* quoscunque de *regno noſtro* in terras quorumcunque *principum feudalium domini regis Boemiae* memorati, quod abſit, tranſire contingeret; ſpolia commiſſuros, volumus & mandamus, per principes & *capitaneos regni noſtri*, efficaciter impediri &, ſi fieri poterit, detineri; alioquin damna, per ſpoliatores facta ipſimet laeſis de proprio reſarcire debebunt: ipſi autem *ſpoliatores* in regnis *Boemiae* & *Poloniae* & in omnibus terris omnium principum, regibus ſubiectis & adhaerentibus eisdem efficaciter ſint proſcripti. Ipſi quoque etiam per *ſanctam noſtram conſtitutionem* de ſpoliis memoratis, tanquam *degeneres* & *infames* in conſpectu omnium principum & bonorum hominum penitus ſint abiecti, *& vox eorum tanquam funeſta & reproba, contra neminem audiatur.* Illud etiam ſpecialiter ordinamus & promittimus inviolabiliter obſervare: quod quicunque notabiliter proſcripti fuerint, vel in regno *Hungariae*, *Poloniae* aut *Boemiae* ſeu terris aliquibus principum eiusdem ſubiectorum aut adhaerentium; iidem in omnibus dictis regnis & terris pro proſcriptis haberi debebunt. Sic quoque, cum in aliquo *locorum praenominatorum* aliquis repertus

Vt ſpoliatorum.

Proſcribanturque. Formula PROSCRIPTIONIS *& triſtes illius effectus.*

tus fuerit; mox in ipſum tanquam in hominem omni iure priuatum *ultio* ultima debeat exerceri. In quorum omnium teſtimonium praeſentes literas fieri & noſtri SIGILLI munimine iuſſimus corroborari. ACTVM & *datum* in *Wiſegrade* in Hungaria in die ſanctae Elizabeth, anno domini CIↃ CCC XXXV.

Actum 1335.

DIPLOMA XXXIV.

QVITANTIA regis POLONIAE data IMPERATORI ſuper decem millia marcarum XXXIII. ſexag. & XVI. gr. CIↃ CCC XLIII.

CASIMIRI R. POLONIAE apocha, *data* Carolo IV. *imperatori*, *tum* Morauiae M. *pro* chirographo *mutui*, *in immenſa neceſſitate contracti*,

N*Ouerint, quibus expedit, uniuerſi: quod nos* KAZIMIRVS, *dei gratia rex Poloniae*, recepimus a clariſſimo principe, domino CAROLO, *primogenito* domini IOANNIS *regis Boemiae*, *marchione Morauiae*, nuper *literas obligatorias*, ſub forma tali: *Nos* CAROLVS, *Marchio Morauiae, notum facimus uniuerſis praeſentes literas inſpecturis.* Quoniam *excellentiſſimus princeps* dominus CAZIMIRVS, *rex* POLONIAE, *frater* noſter cariſſimus, *ſolutionem* pecuniae, quam nobis *immenſae neceſſitatis* tempore mutuauit, motus *fraternali* affectu, huc usque beneuole *expectare* curauit; nos volentes eundem fratrem noſtrum de *ſolutione* infra ſertarum ſummarum certum reddere & *ſecurum*, promittimus & ſpondemus *ſincere*, ſub noſtri *honoris* & *fidei puritate* ſibi *quatuor millia ſexagenarum groſſorum Pragenſ.* tempore *proxime* venturo infra *tres ſeptimanas* immediate ſequentes in ciuitate *Pragenſi* dare & ſoluere ac integre in paratis *pecuniis* aſſignare, *pignora* etiam noſtra ad aeſtimationem proborum virorum, noſtrorum fide-

4000, ſexagenarum groſſ. Prag. ſpatio trium hebdomadum.

fidelium ac ſuorum, *quatuor millia marcarum Polon. paxamenti* valentia, in *tribus millibus marcarum* eiusdem numeri, tempore praefati termini in eiusdem regis *Poloniae*, *fratris* noſtri, dabimus praelatos, quae quidem *pignora*, ſi intra hinc & feſtum aſſumtionis *Mariae virginis* non exſoluimus, proxime nunc venturum, ipſe dominus *rex Poloniae*, dicta *pignora* pro ſe *retinendi*, ea *obligandi*, *vendendi* & de eisdem alias *diſponendi*, plenam facultatem habebit, prout ſuae placuerit voluntati. Permittimus inſuper *bona fide* Nicolao noſtro dicto *Herzing*, DAPIFERO *Sandomerenſi*, *duo millia* marcarum 3004. 33. marc. cum XVI. groſſ. numeri *Polon.* & *Hanckou.* dicto *Kempnitz* mille ſexag. ciuibus *Cracouienſibus* ibidem *Pragae* ſoluere, dilatione & impedimento quibuslibet procul motis. Quas quidem pecuniarum *ſummas* per nos tam domino regi *Poloniae* fratri noſtro, quam praedictis ciuibus *Cracouienſibus* aſſignandas, una cum *pignoribus* noſtris ipſi domino regi *Poloniae*, ut praemittitur, obligandis, ſub noſtris conducere promittimus in *Cracouiam* periculis & expenſis. Taliter tamen, quod idem *dominus* rex *Poloniae*, *frater noſter*, ad conducendum *pecunias* & *pignora* ſua praedicta in terris ſuis & dominio, ſine dolo praebebit ſuum fidele auxilium & iuuamen. Si vero, quod abſit, praemiſſa omnia ipſi domino *regi Poloniae*, fratri noſtro non teneremus; tunc ſub honoris noſtri & fidei puritate aſſumimus, & volumus expreſſe: ut *excellentiſſimus princeps* dominus LVDOVICVS *rex* HVNGARIAE, *frater* noſter cariſſimus, ſaepe dicto regi *Poloniae* tanquam iuſto aſſiſtat & eum *contra nos, tanquam iniuſtum* & promiſſa non tenentem! adiuuet, ut ſuper prae-

Datis inſuper pignoribus.

Quae liceat uendere aut retinere, ſolutione neglecta.

Et uim licetat inferre

auxilioque adeſſe rex Hungariae

aduerſus moroſum debitorem principem praemiſſis iuſtitiam a nobis aſſequatur. Pollicemur inſuper eidem *fratri* noſtro, domino *regi Poloniae*, omnia ſingula promiſſa, ſuper *ſolutionibus* aliarum *pecuniarum* debitarum ei per nos facta, ſuper quibus *alias* noſtras habet *litteras*, ſoluere, attendere & effectualiter adimplere. Harum teſtimonio litterarum. DATVM *Cracouiae* in die beati *Georgii Martyris* anno domini M CCC XLIII. De qua quidem littera & pecunia in ipſa contenta, videlicet *de quatuor millibus ſexagen. de tribus millibus marcarum & XVI. groſſis* ex parte Werzingii, & de *mille ſexagint.* ex parte *Hankouii Kampnizii*, ut praemittitur, ipſum dominum Marchionem *quittauimus* & quietum reddimus & mittimus *fraterne* & beneuole abſolutum, ſecum de eadem *pecunia ſoluta* amicabiliter concordante. Harum teſtimonio litterarum. DATVM *Neumburg*, in die pentecoſtes anno dominii M CCC XLIII.

Datum 1343. — *Inde quietantia.* — DATVM 1343.

DIPLOMA XXXV.

PROCVRATORIVM regis POLONIAE *Kazimiri* ad IMPERATOREM.

CASIMIRI *R. Poloniae* MANDATVM, *quo ſuos legatos inſtruxit*

IN nomine domini amen! Nos KAZIMIRVS *Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomeris, Lautiſiciae, Cinauiae, Siradiae, Pomeraniae dominus, & haeres terrae Ruſſiae*, notum facimus tenore praeſentium uniuerſis, quod cum *nos* propter diuerſa & multum ardua noſtra noſtrique regni negotia & ſpecialiter infidelium LITHVANORVM perfidiam, qui diu noctuque curas peruigili conatu intendunt, qualiter terras noſtras & homines *regni* noſtri praedicti inuadere poſſent hoſtiliter & perdere; hac vice cum

cum ſereniſſimo principe ac domino CAROLO, *Romanorum* & *Boemiae rege* fratre noſtro cariſſimo perſonaliter non poſſumus conuenire; licet tamen multa & ardua cum ipſo haberemus tractare & finaliter terminare. Quare, ſano dilectorum ac *fidelium noſtrorum dominorum procerum, baronum conſilio* habito ſuper eo & etiam deliberatione inter nos praehabita diligenti, nobiles ac ſtrenuos viros dominum *Chenconem* de RIPA, ſupremum *regni* Boemiae Burgg. & Geſconem, dictum Iuras *Sand. Palatin.* noſtros ſincere dilectos, de intentionibus & propoſito noſtris informatos fecimus & conſtituimus & ordinamus illos in noſtros noſtrique regni veros & legitimos procuratores & nuncios ſpeciales, omni iure, modo & forma meliori dantes & concedentes eisdem procuratoribus noſtris plenam, meram & liberam poteſtatem, litteras noſtras per praeſentes, facta noſtra ac etiam regni noſtri ante dicta negotia cum praedicto fratre noſtro cariſſimo domino CAROLO, *Romanorum & Boemiae regi illuſtriſſimo* tractandi, placitandi & procurandi & de his omnibus & ſingulis cum eodem *domino rege* in amicitia & in *vnum concordandi* de eisque deſpondendi, prout dictis *procuratoribus* noſtris aut eorum *alteri* videbitur, expedire & *generaliter* ad faciendum omnia & ſingula, quae veri & *legitimi procuratores* & *nuncii ſpeciales* in *utilibus* facere poſſunt & deberent & quae *noſmet* ipſi faceremus, ſi praemiſſis omnibus & ſingulis PERSONALITER adeſſemus. Etiam, ſi mandatum exigant *ſpeciale*, promittentes bona fide noſtra ſine dolo, omnia & ſingula per iam dictos dominos *Czenkonem* de *Ripa* & *Geſconem* dictum IVRAS tractata ordinata *rata* & *grata* habere perpetue & in-

ad CAROLVM IV. *imperatorem.*

Cum conſilio conſenſuque ORDINVM REGNI.

Clauſula: vnius, ſi abſit alter.

LEGATI *audiunt* PROCVRATORES.

Ratihabitio.

inuiolabiliter obſeruare. Inſuper nos KAZIMIRVS rex POLONIAE ante dictus praelibato *fratri* noſtro cariſſimo domino CAROLO, *Romanorum & Boemiae regi* promittimus & ſpondemus, quod omnes ac ſingulas *litteras*, cuiuscunque *conditionis* & *tenoris* & ſub quacunque forma verborum per ſaepe dictos dominos CZENKONEM & GESCONEM ſibi datae exiſtant, ſuper TRACTATIBVS quibuscunque *ratas* ac *gratas* habere, nec contra ipſas *verbo* vel *facto* rationeue aliqua ullo unquam tempore contraire, tanquam ipſae *litterae* noſtro *maieſtatis ſigillo* eſſent roboratae. In cuius euidens *teſtimonium* praeſentes litteras ſcribi fecimus & SIGILLI *noſtri maieſtatis* appenſione iuſſimus communiri.

ACTVM Cracouiae.

ACTVM & *datum* CRACOVIAE in die Simonis & Iudae, beatorum Apoſtolorum.

DIPLOMA XXXVI.

Gerlaci archiepiſcopi MOGVNTINI & reliquorum COLLECTORVM conſenſus ſuper PERMVTATIONE caſtri TVMSLAVFF epiſcopi *Ratisbon.* & *regis Boemiae* CIϽCCCLVI.

GERLACI *archiepiſcopi* MOGVNTINI *1356. conſenſus, ut Epiſcopus* RATISBON. *ob aes alienum, permutet caſtrum*

NOS GERLACVS *Dei gratia &c.* Notum facimus, tenore praeſentium, uniuerſis, quod, cum reuerendus in Chriſto pater, dominus *Fridericus*, epiſcopus RATISBONENSIS, neceſſitatibus quam multis preſſus & *oneribus debitorum*, ad releuationem ipſius & ut ſuam & eiusdem ſuae eccleſiae conditionem facere poſſet meliorem, animo *deliberato* & ſano *amicorum ſuorum & fidelium ſuorum* accedente conſilio, non compulſus; ſed bona ac libera voluntate & de certa ſcientia, propoſuiſſet; caſtrum ſuum TVMSLAVFF, cum *Canoni-*

nonica & pertinentiis ſuis pro bonis & poſſeſſionibus aliis *permutare;* Sereniſſimus princeps & dominus, dominus CAROLVS *quartus*, *diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper auguſtus & Boemiae rex, dominus noſter gratioſus*, habito reſpectu ad amorem & ſincerae dilectionis ſtudia, quibus eundem *Epiſcopum* & praefatam ſuam *eccleſiam* Celſitudo ſua fauoroſe proſequitur, ut eadem eccleſia de tot oneroſis incommodis, imperialis clementiae valeret ſub praeſidio reſpirare; pro ſe, haeredibus ac ſucceſſoribus ſuis regibus *Boemiae*, & *corona regni* eiusdem, *permutationem* huius pro eodem caſtro *Tumslauff* publice & ſolenniter celebrauit, ſub modis videlicet & conditionibus infra ſcriptis: Primo quidem ipſe dominus Imperator *caſtrum* praefatum de manibus *nobilis viri* domini *Friderici*, dicti *Auer* de *Bremenburg* & *Relich* ac haeredum quondam *Rudgeri*, diuitis ciuis *Ratisbonenſis*, quibus *pignori* fuerat obligatum pro *undecim millia floren. & VIII. Cent. XXXV. florenorum auri*, in parata pecunia, *deliberat* & dicto *Epiſcopo*, pro ſubleuandis certis ſuis *indigentiis* ceteriſque bonis, ipſius & praefatae eccleſiae ſuae, redimendis & aliis ipſorum utilitatibus procurandis, *quinque millia florenorum* auri *in parata* pecunia mutuauit. Eſtque interdictum dominum noſtrum *Imperatorem* ex *una*; & praedictum *Ratisbonenſem epiſcopum* parte ex *altera* rite decretum, quod, ultra ſolutionem dictarum ſummarum, quas ſibi ſolutas eſſe dominus Epiſcopus fatetur, & conſtat; iam dicto Epiſcopo pro ſe & ſuis ſucceſſoribus Epiſcopis ac eccleſiae Ratisbonenſis, *permutati* & *permutationis titulo* recipienti, pro reſiduo, certa bona, *poſſeſſiones* & *praedia* in *regno* ſuo *Boemiae* aſſignat.

cum aliis bonis in Boemia & pecunia contractu mixto.

Leges hae: I] CAROLVS IV. *imperator reluit caſtrum pro 11835. fl. deliberare pro, reluere.*

5000. fl. mutuo dat epiſcopo.

II) alia bona in regno Boemiae aſſignat.

miae debeant aſſignari ad exiſtimationem & tutationem reuerendi in Chriſto patris, domini *Ioannis* OLVMVCENSIS Epiſcopi & nobilis viri, domini *Buſconis* de *Welbardis*, quos pro parte ſua idem dominus Imperator elegit & reuerendi in Chriſto patris domini *Bertoldi* EISTETENSIS *Epiſcopi* ac SPECTABILIS viri domini IOHANNIS BVRGRAVII NVRENBVRGENSIS, *fratrum germanorum eiusdem Epiſcopi*, quos ipſe pro parte ſua *aeſtimatores* & *taxatores* bonorum talium duxit ſimiliter eligendos, qui, ſi fortaſſe ſuper *aeſtimationem* & *taxationem* praemiſſorum concordare non poſſunt; ex tunc ſanctiſſimus in Chriſto pater & dominus noſter, dominus *ſummus pontifex*, tam ad praedicti domini Imperatoris, quam ad epiſcopi praefati inſtantiam in caſu, ubi ſuper dicta permutatione conſentire voluerint; aliquem *virum idoneum* deputabit; qui conſiderata negotii qualitate, DEVM & *iuſtitiam* habendo prae oculis! computatis in ſortem ſummis *florenorum* praedictis, compenſationem debitam *taxet* & *aeſtimet* & debebit tam ipſe dominus noſter *Imperator* in aſſignatione, quam dictus *Epiſcopus* in ſuſceptione bonorum huius, praedicti domini noſtri ſummi *pontificis* definitionem, ſine contradictione qualibet, amplecti & effectualiter adimplere. Si vero ipſe dominus PAPA, praedictae permutationi intra *unius anni ſpatium* a dato litterarum, confectarum deſuper, computando, ſuum non praeberet aſſenſum & dictus dominus Imperator aut eo defuncto quod abſit! extantes haeredes & ſucceſſores ſui, reges *Boemiae* deliberarent, a contractu *permutationis* huius poſt lapſum dicti ſpatii quacunque hora recedere; ex tunc bona voluntate & expreſſo conſenſu dicti *Epiſcopi*, quos ex tunc

Iudicio arbitrorum aeſtimanda, qui epiſcopi & principes taxatores?

alias PONTIFEX *R.*

III) Si minus conuentum de taxa,

tunc ſponte & voluntarie adhibebit idem dominus noſter *Imperator* aut eius haeredes & ſucceſſores reges *Boemiae*, reſumtis pro ſe & corona regni *Boemiae* praefatis ſupra dictis omnibus bonis, quae in eodem regno Boemiae praefato *Epiſcopo* ob cauſam huius *permutationis* ipſe dominus noſter Imperator aſſignauit. ſaepe dictus Epiſcopus aut ſucceſſor ſuus, qui fuerit eo tempore; hoc caſu cedere, ſine omni contradictione, tenebitur & debebit praedictum caſtrum *Tumslauff* cum omnibus reditibus, dominiis, iuribus & pertinentiis quibuscunque ſpecialibus, quae pro antedictis florenorum ſeu pecuniarum ſummis, quas idem dominus Imperator impendit & pro omnibus aliis pecuniis quas, praedicto Epiſcopo & ſi quas ipſius ſucceſſoribus ſeu ad inſtantiam eiusdem vel eorundem Epiſcoporum impenderit in futurum; de quibus per litteras conſtare poterit, & doceri; nomine *titulo* & *veri pignoris* retinebit ſeu etiam retinebunt, donec ſibi aut eiusdem haeredibus & ſucceſſoribus Boemiae regibus & ipſius regni *Boemiae* coronae omnes & ſinguli huius pecuniae ad plenum fuerint & integraliter perſolutae; *fructus* vero & quaelibet emolumenta medii temporis in *ſorte* defalcari non debent. Nam huius obuentiones in *caſtri* & bonorum cuſtodia ruinarumque *reparatione* omnino conſumentur; iura vero *patronatus eccleſiarum* ad proprietatem & territorium ſaepe dicti caſtri ſpectantium & nominatim eccleſiam *parochialem*, & *Stauff*, *epiſcopali menſae* alias *incorporatum* ſibi ſuisque ſucceſſoribus praefatae ſuae eccleſiae idem Epiſcopus ſpecialiter & expreſſe perpetuo reſervavit & inſuper inter cetera per memoratum dominum *Imperatorem* ab *una*; & dictum *Ratisbonen-*

maneat pignus.

IV) ſub pacto antichretico.

V) excepto iure patronatus.

Bonum menſae epiſcopalis.

nenſem Epiſcopum ordinatum, parte ex *altera* eſt promiſſum: quodſi ante perfectam conſummationem *aeſtimationis* & *taxationis*, eorundem aliquem vel aliquos de ſupra dictis *aeſtimatoribus* ſeu *taxatoribus* mori, infirmari, abeſſe, vel quouis alio modo impediri contingeret vel eorum aliquis vel aliqui officium *aeſtimationis* aut *taxationis* praemiſſorum nollet aut nollent aſſumere, pars illa, cuius inter fuerit, ad requiſitionem partis alterius, alium vel alios ſubrogare debeat intra quindecim dies a tempore, quo ſibi id notificatum fuerit, computandos. Denique *dominus Epiſcopus* de certa ſua ſcientia non per errorem in præmiſſis renunciat expreſſe pro ſe & ſuis ſucceſſoribus ac eccleſia ſupra dicta omni *iuri*, *proprietati*, *dominio & titulo*, quae ſibi & ipſis competierunt, competunt ad praeſens & competere poſſent in quodlibet futurum, in *caſtro* territorio & eius pertinentiis ante dictis, omnique *iuris canonici* & *ciuilis* auxilio, quo contra huius PERMVTATIONIS contractum facere poſſet aut ipſi poſſent per ſe vel alios ac alium quemlibet quocunque tempore contrauenire. Et ſpecialiter renunciatur etiam *exceptioni non numeratae pecuniae*, *uel non ſecutae* cuiuscunque *ſolemnitatis* aut *formae* & alterius cuiuscunque, quae de iure vel facto aduerſus praemiſſa vel praemiſſorum aliquod, dicto *Epiſcopo* aut ipſius *ſucceſſoribus* & *eccleſiae praefatae* quocunque tempore in iudicio poſſent vel extra iudicium ſuffragari, ſicut in *litteris* eiusdem Epiſcopi, quas praefato domino noſtri Imperatori deſuper erogaſſe dignoſcitur, plenius continetur. Quapropter animo deliberato & *aliorum* COLLECTORVM principum *accedente conſilio*, ſupra dictae PERMVTATIONI ſi *conſenſus S. apoſtolicae*

Si arbitri *aliqui defuerint, eligendos alios.*

Renunciatio 1) exceptionis non numeratae pecuniae. 2) *omiſſae ſolennitatis.*

Conſenſu omnium electorum opus in alie-

licae ſedis acceſſerit, vt praefertur, noſtram adiicimus voluntatem. Si vero *conſenſus* praedictae ſedis *obtentus non fuerit*; tunc de noſtra voluntate & conſenſu pleno conſiſtit, quod praefatus dominus *imperator* pro ſe, heredibus & ſucceſſoribus ſuis, Boemiae regibus, regno Boemiae & eiusdem regni coronae dictum caſtrum, *Tumslauffen*, cum omnibus ſuis pertinentiis, ut praemittitur, nomine & titulo iuſti *pignoris* teneat eo modo, ſicut ſuperius eſt expreſſum. *Praeſentium* ſub noſtro SIGILLO teſtimonio litterarum. DATVM in *Nurembergk*, anno domini MCCC LVI. in die ſancti Thomae Cantuarienſis.

nando *uel* permutando.

DATVM. 1356.

DIPLOMA XXXVII.

Recognitio, quod IMPERATRICI imponitur DIADEMA in Aquisgrani CIↃ CCC LIV.

V*Niverſis ſacri Imperii Romani fidelibus & ſubditis* WILHELMVSS *Dei gratia ſanctae* COLONIENSIS *Eccleſiae Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archi-Cancellarius ſalutem in Rege omnis ſalutis.* Nuperis litteris sereniſſimi & invictisſimi Domini CAROLI, *Dei gratia Romanorum ſemper Auguſti & Boemiae Regis* decenter receptis, quibus nobis idem *Dominus* noſter demandare curavit, prout etiam nobis apud ipſius *regiam Maieſtatem* perſonaliter conſtitutis duxit vivae vocis oraculo committendum, quod nos *Sereniſſimam Dominam noſtram*, *Dominam* ANNAM, *ipſius Conthoralem Romanorum Reginam Auguſtam* IN VNGERE, conſecrare regiumque *Diadema* eidem imponere curaremus. Nos in ipſius *dominae noſtrae comita-*

WILHELMI COLONIENSIS *aepiſcopi 1354. litterae.*

in quibus teſtatur: ſe, iuſſu Caeſaris, uxorem *illius* ANNAM

Aquisgrani *in aede S. Mariae*

REGINAM ROMANORVM VNXISSE & CORONASSE.

mitatu ac obſequio, ut decebat, AQVISGRANVM perreximus, ac ibidem in eccleſia beatae *Mariae* Aquisgranenſi, in qua ex *more Domini Romanorum Reges & Reginae inungi*, conſecrari & coronari conſueverunt, intra *miſſarum* ſolemnia, cum ea, qua decuit, ſolemnitate per nos *officioſe* celebrata, eandem *Sereniſſimam Dominam noſtram in Romanorum Reginam* cum *ceremoniis ac ſolemnitatibus* debitis & conſuetis propenſius & obſeruatis *inunximus* & conſecravimus ipſamque in *Solio regio Maieſtatis collocatam* in reverendorum *Patrum & Dominorum Epiſcoporum*, Abbatum, & aliorum praelatorum, nec non *Procerum*, *Comitum*, *Nobilium*, *Baronum regni* fidelium, populique innumerae multitudinis *praeſentia* eidem *Dominae noſtrae Sacri Romani Imperii impoſuimus* DIADEMA. In quorum *teſtimonium* hanc paginam conſcribi noſtrique maioris *ſigilli* appenſione iuſſimus communiri. DATVM & *actum* in eccleſia beatae Mariae *Aquisgranenſi* hodis diſceſſis *Anno* DOMINI M CCC LIV. Dominica ſeptuageſima quae fuit Menſis *Februarii* die nona.

Et in ſolio maieſtatis *collocauiſſe.*

DATVM *& actum in aede S Mariae 1354.*

DIPLOMA XXXVIII.

Recognitio, quod Comiti, de *Witenſtein*, aſſignati ſunt III. arg. lib. ſuper Theoloneo *Bacharach*, quas diu percepit.

WILHELMI *archiepiſcop* COLONIENſis *1354.*

WILHELMVS *Dei gratia &c.* notum facimus univerſis, quod, cum sereniſſimus *Princeps* & Dominus noſter gratioſus, Dominus *Carolus*, *Romanorum Imperator Auguſtus & Boemiae*

miae Rex, ſpectabili *Siffrido*, *Comiti de* WITENSTEIN, conſanguineo & fideli noſtro dilecto in totalem & omnimodam realem ſolutionem *III. arg. lib. & viginti libr. Hallenſ.* in quibus eidem tenebatur *comiti*, aſſignaverit unum *gl. Turonenſ. levandi* & recipiendi in *theoloneo Bacharach* de conſenſu & voluntate Domini TREVIRENSIS Archiepiſcopi & Dominorum *ducum* BAVARIAE, quousque in ſolutionem totalem praedictae ſummae *III. arg. lib. Hallens* in dicto *theoloneo* recipiet & levabit. Quodque dictus Dominus noſter *Romanorum Rex* fidelibus noſtris dilectis Henrico de *Sinczige* Domino in *Arendel* & *Rulemanno* eius filio dimidium *grl.* levandi & recipiendi in noſtro *Andenacenſi theoloneo* ad ſummam *mille quinque* floren. conſtituit *regalibus literis* levandi & recipiendi dum tamen praedictus comes & *Rulemannus* literas, quas ſuper praedictis ſummis noſcuntur habere in *noſtram poteſtatem* primitus tradat & aſſignandas praefato Domino *Regi Romanorum* liberaliter aſſignet. Id circo bona fide promittimus, quod cum dicti *comes de* WITENSTEIN in *Bacharach* & Henricus & Rulemannus in noſtro *Andernacenſi* theoloneo praefatas *ſummas III. arg.* ac una & *mille quinque floren.* ab alia parte receperint, ſicut annis ſingulis per *quitancias* ipſorum Dominum *Regem certificare* debebimus, praedictas ORIGINALES *literas* aſſignare & reſtituere tenebimur ſine cuiuslibet difficultate praeſcripto Domino noſtro *Romanorum Regi*. In cuius rei *teſtimonium* SIGILLVM noſtrum praeſentibus eſt appenſum. DATVM *Moguntiae* Anno domini M CCCLIV. die X. menſis *Ianuarii*.

litterae, in quibus teſtatur, CAROLVM IV. R. Roman. *Comiti de* WITIGENSTEIN *theloneum* BACHERACENSE *oppigneraviſſe.*

Idemque Rulemanno ANDERNACENSE.

Vsque dum ſoluta debita.

Datum Moguntiae 1354.

DIPLOMA XXXIX.

Renunciatio omnis iuris ſuper COMITATV *Tirolis*, facta domino *Ioanni*, filio regis BOHEMIAE Ioannis CIↃCCC. XXXVI.

[ALBERTI & OTTONIS AVSTRIAE DD 1336. *renunciatio in fauorem Ioannis* BOEMIAE *regis* FILII & MARGARETHAE.]

NOS ALBERTVS & OTTO, *dei gratia duces* AVSTRIAE, *Stiriae & Carinthiae*, *domini Carniolae, marchiones portus Naonis*, *comites in Habsburg & in Kuyburg*, *nec non Landgrauii Alſatiae*, tenore praeſentium recognoſcimus & publice profitemur: Ex attenta conſideratione, oculis intuentes ac ponderantes ſollicite, quanto ſinceritatis & legalitatis vinculo, *magnifico principi*, *domino* IOANNI, BOEMIAE *Regi*, *comitique Lucemburgenſi*, *ſocero* noſtro chariſſimo, adſtringimur; cupientes quoque terrarum paci, tranquillitati & quietudini in poſterum providere, pro nobis ac omnibus ſucceſſoribus noſtris, RENVNCIAMVS expreſſe omni *iuri* & *actioni*, ſi quod vel ſi quae nobis aut dictis heredibus & ſucceſſoribus noſtris, vel eorum alteri in COMITATV TIROLIS vel ad eum, vel eius iuribus ſeu pertinentiis quibuscunque vel ad ea, ex *traditione magnifici principis*, *domini* HEINRICI, *quondam ducis Carinthiae & comitis* TIROLIS, avunculi noſtri cariſſimi, felicis memoriae! *collatione*, *infeodatione*, confirmatione quorumcunque *Imperatorum* vel *Regum*; aut ſucceſſione *iuris hereditarii* competebant, aut competere poſſent quovis modo. Dantes eiusdem Regis filio, domino *Ioanni* aut *conthorali* ſuae, dominae MARGARETHAE, ipſorumque heredibus caſtrum *Greiffenberg* & quicquid ultra *Sachſenburgk*, quod Eccleſiae *Saltzburgenſi* pertinet, habuimus ſurſum penes fluvium *Travam*, quod ad praedictum

[IVRIS *ſui in comitatum* TIROLENSEM]

du-

ducatum Carinthiae ſpectabat, cum omnibus ſuis pertinentiis, caſtris, bonis, diſtrictibus & omnibus iuribus, iurisdictionibus vaſallis, dominio & aliis uſufructibus quibuscunque; volentes, ut illud ad *comitatum Tirolis* in poſterum pertinere debeat, etiam *Kauffenſtein* & omnia ac ſingula dominia aut bona ſeu poſſeſſiones, quae vel quas fideles noſtri Conradi de *Libemberg*, in *comitatu Tirolis* & prope Accaſum usque nunc tenuerunt, praefati regis filio domino Ioanni ac conthorali ſuae ipſorumque heredibus in antea remanere; promittentes MANVALI FIDE, vice *iuramenti*, intra hinc & feſtum beati Georgii promae venturum, ſaepe dicto regis filio & eius heredibus & ſucceſſoribus nos reſtituere velle *litteras* & *inſtrumenta*, ſi quas vel ſi quae ſuper *comitatu*, *caſtris & dominio & bonis* praemiſſis vel eorum iuribus & pertinentiis ab *imperatoribus* vel *regibus* ſeu *duce*, *Carinthiae* memoratis aut aliis quibuscunque haberimus, quas & quae etiam ex nunc *caſſas* & *irritas* eſſe volumus ac deinceps nullius ſubſiſtere firmitatis; & contra *renunciationem*, traditionem ac ordinationem noſtras praemiſſas de iure vel de facto directe vel indirecte modo quolibet non venire. Renunciamus pro nobis heredibus & ſucceſſoribus noſtris etiam omnibus exemtionibus; actionibus ſiue modis, quibus contra ipſas veniri poſſet, & omni auxilio iuris *municipalis*, *canonici* vel *civilis*. Sic tamen; quod *ducatus Carinthiae* ac *Sachſenburg* pertinens Eccleſiae *Saltzburgenſi* praenotatae, deorſum & infra; nec non *dominia marchiae* & *Carniolae* cum omnibus ſuis diſtrictibus, caſtris, vaſallis & dominiis; iuribus, iurisdictionibus, omnibus ac ſingulis pertinentiis & uſufructibus

Fides manualis, handtreu.

Litteris initis.

Saluo CARINTIAE D.

ctibus nobis & heredibus noſtris ac ſucceſſoribus quiete & perpetuo remaneant. Debet etiam præfatus archiepiſcopus Saltzburgenſis in bonis ſuis & eorum iuribus, quae in comitiam Tirolis & iuxta Anaſum tenet & poſſidet; nihilominus & illuſtret BEATRIX comitiſſa *Soriciae* ac *Ioannes*, filius eius; nec non comes *Albertus Gorzenſis* ſuique fratres *avunculi noſtri* & ipſorum heredes in bonis ſuis hereditariis, videlicet theoloneis, mulis & aliis quibuscunque poſſeſſionibus ſeu bonis & eorum iuribus, quas vel quae in praedicta comitia *Tirolis* & iuxta Anaſum vel aliis, usque ad obitum dicti ducis Henrici de iure tenuerunt; in antea remanere. In quorum omnium teſtimonium atque robur perpetuo valiturum praeſentes conſcribi & ſigillorum noſtrorum munimine iuſ-

Datum 1336. ſimus communiri. ACTVM & datum in die beati Dioniſii anno domini MCCCXXXVI.

DIPLOMA XL.

Ceſſio AVSTRIAE ducum, caſtri Greiffenberg facta *regi* BOEMIAE CIↃ CCC XXXVI.

ALBERTI & OTTONIS AVSTRIAE *DD. ceſſio caſtrorum* Greiffenberg

NOS ALBERTVS & OTTO *Dei gratia duces Auſtriae, Stiriae & Carinthiae*, tenore praeſentium, profitemur, quod inter amicabilem compoſitionem inter excellentem principem Dominum IOANNEM *Boemiae regem* affinem noſtrum cariſſimum ex *una*; & *nos*, parte ex *altera* iam pridem factam & initam eidem Regi duximus promittendum, quod caſtrum in *Greiffenberg* & Caſtrum in *Stein* a ſpectabili comite *Alberto Goritiae*, avunculo noſtro, ea nunc in ſua detinente poteſtate, absbrigare tenebimur ſic, ut ad praedicta

dicti Regis filii, domini *Ioannis*, manum deveniat. Quod ſi comes ante dictus in hoc nobis parere noluerit & ſe nimis rigidum *in exemtione* dictorum *caſtrorum* oſtenderit, tenebimus una cum rege praedicto addicere *manum poteſtativam.* Et nihilominus ipſe dominus Ioannes parte *redituum*, *theoloneorum*, & *mularum*, in comitatu TYROLIS eundem comitem contingentium, de noſtro beneplacito uti ac frui debet, quousque praedicta caſtra ab ipſius extrahantur manibus & ad praedicti Regis filii, domini *Ioannis*, perveniant poteſtatem & ſi praedictum regem Boemiae, ſuper dictorum caſtrorum extractione aut exceptione, poteſtativam manum imponere continget & *actionem habere*, quicquid idem Rex ſub cuiusmodi litigioſis actionibus pecuniae rerumque ſuarum impenderit; hoc ipſum habere tenebitur ſuper mula & theoloneo ſupra dictis tam diu, quo usque eidem de impenſis eiusdem pecuniae ſatisfiat; non obſtante eo; quod omnia bona ſua, quae huc usque in comitatu Tirolis & iuxta Anaſum tenuit, pacifice poſſidere debet; prout in litteris renunciatoriis, inter nos mutuo datis, ſpecialiter eſt expreſſum. In quorum teſtimonium ac evidentiam praeſentes literas conſcribi ac ſigillorum noſtrorum munimine iuſſimus communiri. ACTVM & datum in Linſa in die beati Dyoniſi. M CCC XXXVI.

Boemiae Regi.

Si quis exemtionem noluerit, cogetur manu poteſtatiua.

ACTVM 1336.

DIPLOMA XLI.

ALBERTI & OTTONIS AVSTRIAE DD. promiſſio, caſtrum *Lucenburg* dandi in manus regis BOEMIAE CIↃ CCC XXXVI.

Nos

ALBERTVS D. AVSTRIAE *et* OTTO *unionis cum Ioanne* BOEMIAE *rege, Lützenburg disbrigare & tradere ei tenetur.*

NOs ALBERTVS & OTTO, *dei gratia duces Auſtriae &c.* tenore praeſentium profitemur: Quoniam inter *unionem* & amicabilem compoſitionem inter *magnificum principem, dominum* IOANNEM, *regem Boemiae, affinem* noſtrum cariſſimum, ex *una*; & *nos*, parte ex *altera* his diebus proxime praeteritis factam, eidem domino regi duximus firmiter promittendum, quod ſibi & heredibus ſuis caſtrum *Lucemberg* a nobili viro *Alberto de* RAVCENSTEIN, fideli noſtro, intra hinc & S. *Martini* feſtum, proxime affuturum, *disbrigare* tenebimur & in ipſius domini *regis* ac ſuorum heredum, cum pertinentiis liberam tradere poteſtatem. Quod ſi non fecerimus; ex tunc ipſe dominus *rex* & ſui heredes ad maiorem cautelam ex nunc prout ex tunc civitatem & caſtrum *Velſperg*, quae nunc tenet, tenere debebit in antea & etiam poſſidere. Et nihilominus praefatus *Albertus de* RAVCENSTEIN a praemiſſo *captivitatis ſuae* vinculo abſolvi non debebit, quousque praefatum caſtrum in *Lucemburg abſtrigatum* & in praefati *regis* & in heredum ſuorum *poteſtatem traditum.* Civitas cum caſtro *Velspurgk* praedicto ad manus dicti *Alberti de Rauenſtein* & ſuorum heredum redire debent penitus abſoluta. Et nihilominus ipſe dictus *Albertus de Raucenſtein*, a praemiſſo *captivitatis* vinculo liber debet eſſe penitus & abſolutus. In quorum omnium teſtimonium atque robur praemiſſorum valiturum, praeſentes literas conſcribi & *ſigillorum* noſtrorum munimine iuſſimus communiri. ACTVM & datum ut in proxime praecedentibus.

Abſtrigatum & traditum.

Actum 1336.

DIPLO-

DIPLOMA XLII.

Promiſſio. ducis AVSTRIAE FRIDERICI facta regi BOEMIAE IOANNI ſuper hoc, quod *marchionatum* obligatum per HENRICVM Romanorum regem velit reddere & literas praeſentare CIↃ CCC XI.

NOs FRIDERICVS *dei gratia dux* AVSTRIAE *&* *Stiriae & dominus Carinthiae*, *marchiae ac portus Naonis* recognoſcimus & publice profitemur: quod affectantes eum magnifico principe, domino IOANNE *Boemiae* & *Poloniae rege*, in amoris puritate & dilectionis vinculo ſolide ſolidari; tractatus inter ipſum *regem* ex *una*: & *nos* ac *fratres* noſtros, per ſtrenuos viros Ulricum de *Clingenberg* & Theodoricum de *Pillichdorff* conſiliarios noſtros ad haec plenum mandatum habentes noſtro nomine parte ex *altera* initos ac ordinationes hinc inde confectas *gratas* & *firmas* habere volentes pro nobis & dictis *fratribus* noſtris promittimus, & ad hoc nos praeſentibus firmiter obligamus & *marchionatum* MORAVIAE, nobis per ſereniſſimum Dominum, dominum noſtrum HENRICVM, *Romanorum regem illuſtrem* obligatum libere & abſolute reddimus & *literas obligatorias* dicti domini *regis Romanorum*, nobis ſuper eo traditas, repraeſentavimus *regi* BOEMIAE memorato. In cuius rei teſtimonium *Sigillum* noſtrum praeſentibus eſt appenſum. Datum PATAVIAE anno domini M CCC XI. tertio calend. April.

FRIDERICVS AVSTRIAE D.

Ioanni Boemiae regi

reddit MORAVIAE *marchionatum*, *ab Henrico imperatore ei oppignoratum.*

Datum 1311.

DIPLOMA XLIII.

Promiſſio *Alberti* ducis AVSTRIAE, ſi *mar-*

marchio MORAVIAE corripiat vaſallos ſuos, pro exceſſibus, quod nolit illos iuvare CIↃ CCC XLI.

ALBERTI AVSTRIAE D. 1341.

NOs ALBERTVS *dei gratia dux* AVSTRIAE, *Stiriae & Carinthiae, dominus Carniolae, marchiae, portus Naonis, comes in Habſpurg & Chiburg, nec non landgravius Alſatiae, dominus Pirrbetarum* ad univerſorum notitiam, quorum intereſſe fuerit, cupimus pervenire, quod ad firmiorem amicitiam inter nos & patrueles noſtros *Fridericum* & *Leopoldum* duces ac *magnificum principem, dominum* CAROLVM *marchionem Moraviae, affinem noſtrum dilectum* ex novo contractam, cupientes utrumque noſtris praecavere diſpendiis noſtrisque ac terrarum noſtrarum commodis & ſaluti ſalubrius providere, conſideratione ſana ac deliberato animo vicisſim nos adſtrinximus & adſtringimus per praeſentes MANVALI FIDE, vice iuramenti, firmiter promittendo, quod, ſi qua idem marchio terrarum ſuarum BARONES, MINISTERIALES, MILITES, MILITARIS *conditionis homines* NOBILES vel ignobiles quocunque nomine cenſeantur, ſeu cuiuscunque conditionis exiſtant pro ſuis *demeritis* ac *rebellionis* exceſſibus ſeu aliis cauſſis quibuscunque *poena* quacunque *corrigere* ſeu *emendare* contingeret: eidem vel eisdem corrigendo ſeu corrigendis nullius *iuvaminis* per nos vel noſtros debemus praebere *ſubſidium* nec ipſum vel ipſos in *terris* ſive *domiciliis noſtris fovere* vel in noſtros SERVITORES recipere ſeu alicuius *refugii* praeſidium exhibere: ſed potius una cum praedicto *marchione* vel ſibi ſubſtitutis per nos & noſtros, quandocunque ſeu quotiens-cunque per ipſum *requiſiti* fuerimus, contra eosdem *rebelles* & EXCESSORES ſaepe dicto marchio-

pactum cum Carolo IV. Morauiae *M.*

manuali fide *initum,*

de non recipiendis militaris *conditionis hominibus,*

caſtigatis aut proſcriptis e Morauia.

Seruitores.

Exceſſores.

ni vel ſibi *ſubſtitutis* MANV POTESTATIVA aſſiſtere, adhaerere & coadiuvare debebimus. Prout antedicti *marchionis* necesſitas exigit & requirit. Ad quod idem *marchio* vel ſibi ſubſtituti nobis vel patruelibus noſtris ſupra dictis vel a nobis ſubſtitutis ſub memorato promiſſo fidei tenebuntur vice verſa. In cuius rei *teſtimonium* praeſentes literas fieri & *ſigilli* noſtri munimine iuſſimus communiri. DATVM *Viennae* in dominica, qua cantatur gaudete, anno domini M CCC XLI. Datum 1341.

DIPLOMA XLIV.

ALBERTVS, AVSTRIAE dux, foedus init cum CAROLO Moraviae Marchione, poſt imperatore, *aduerſus Ludouicum IV. imperatorem* CIↃ CCC XLI.

Nos ALBERTVS, *dei gratia dux* AVSTRIAE, tenore praeſentium, publice, bona fide, *tactis* corporaliter *ſacroſanctis dei Evangeliis*, promittimus pro nobis & fratruelibus noſtris, *Friderico* & *Leopoldo*, ducibus & *heredibus* noſtris firmiter & ſpondemus, quod ſi dominum LVDOVICVM *imperatorem magnificum & excellentem principem*, *dominum* CAROLVM, MORAVIAE *marchionem* aut heredes ipſius intra metas & limites terrarum & dominiorum ſuorum & *patris* ſui, domini *regis Boemiae*, nunc habitorum & habendorum ſeu acquirendorum infuturum, hoſtiliter manu potenti impugnare, ſeu *exercitualiter* inuadere contingat; eundem ipſum dominum *Carolum* & *heredes* ipſius contra praenominatum *Ludovicum* adiuvare volumus & tenemur eisdem, perſonis & rebus noſtris adeſſe totis viribus & poſſe, omni dilatione, *protelatione* & *procraſti-*

ALBERTVS AVSTRIAE D. 1341. *tactis corporaliter euangeliis.* *auxilia promittit* CAROLO *Moraviae M.* *aduerſus ipſum imperatorem* LVDOVICVM IV. *exercitualiter.*

Non propriis impenſis.

natione penitus procul motis, quamprimum per eos aut aliquem eorum *requiſiti* fuerimus, ſub *expenſis panis* & *vini* eorum: ſed diſpendiis rerum noſtrarum atque propriis *damnis*. Ceterum hoc etiam adiectum volumus, promittentes, quod ſi ii vel hi, qui de nobis, pro ferendo ſubſidio praefato domino CAROLO, *marchioni* & heredibus ipſius, per ipſum aut aliquem ſuorum, *euocati* fuerint, & *euocati* certas terras, poſſeſſiones, caſtra, aut munitiones in huiusmodi *ſeruitiis* acquiſierint, acquiſita eius erunt, qui alios ſeu alium pro *praeſidio euocauit*. Res vero mobiles & ſeſe mouentes *& perſonae captiuatae*; ibidem acquiſitae, erunt *acquirentis libere, licite & in toto:* promittentes firmiter & ſpondentes, dolo vel ingenio malo, omni prorſus prauitate, excuſatione, ſubterfugiis, exemtione ſeu quaeſito colore, aut aliis praetextibus quibusuis procul ſemotis! praemiſſa omnia & ſingula & eorum quodlibet attendere, ſeruare & *inuiolabiliter cuſtodire*, nec ullo unquam tempore, contra ea aut eorum aliqua ſeu aliquod, aliquid operari, facere vel tolerare etiam conniuentia, per ſe aut alios, directe vel indirecte, de iure aut etiam de facto, qualitercunque. In quorum omnium teſtimonium atque robur perpetuo valiturum praeſentes conſcribi & *ſigilli* noſtri munimine iuſſimus communiri. *Datum* WIENNAE, ſabbatho proximo ante diem beati Thomae, apoſtoli, anno domini CIↃ CCC XLI.

Praedae cedant occupanti.

Datum 1341.

DIPLOMA XLV.

ALBERTVS, AVSTRIAE D. pro renuntiatione BOEMIAE REGIS in Carinthiae

thiae ducatum, certam pecuniae ſummam promittit CIↃ CCC XLI.

NOS ALBERTVS, *dei gratia dux Auſtriae &c.* tenore praeſentium profitemur, quod, iuxta tractatum & ordinationis ſeriem, quam cum *magnifico principe domino* IOANNE BOHEMIAE *rege*, ſuper renunciatione DVCATVS CARINTHIAE ac iurium, actionum & quaeſtionem, ſibi, filiis ſuis, *Carolo*, Marchioni Moraviae & *Ioanni*, *comiti Tirolis* & *uxori ſuae Margarethae* & *ſorori* eiusdem competentium, nunc nuper habuimus & pro literarum *ſigillatione*, per dictum dominum IOANNEM, REGEM *Boemiae* & filios ſuos, CAROLVM & IOHANNEM dictamque MARGARETHAM & ſororem ſuam facienda, ſuper dicti DVCATVS CARINTHIAE RENVNCIATIONE, nos, fratrueles & heredes noſtri, dictis domino REGI BOEMIAE filiis & *heredibus* ſuis, in *decem millibus Marcarum, groſſorum Pragenſium, denariorum, pro qualibet marca LXIIII. groſſos cumputando*, obligari deberemus & pro eadem pecuniae ſumma nos eidem *Regi Boemiae*, filiis, & heredibus ſuis pignora, videlicet: civitates, *Laa* & *VVeidhoffen*, cum caſtro *VVeidhoffen* adſignare promiſimus. Nos etiam cum illuſtri domino CAROLO, *Marchione* MORAVIAE, pro nobis, fratruelibus noſtris, *Friderico* & *Leopoldo*, ducibus & heredibus noſtris, concordavimus in hunc modum; quod idem Dominus CAROLVS, *marchio* & *heredes* ſui, pro dicta pecunia vel pignoribus praefatis videlicet ciuitatibus *Laa* & *Weidhoffen* & caſtro, ibidem ſoluendis & ipſis aſſignandis, nos, fratrueles noſtros praedictos & heredes noſtros non mouere vel impetere nec aliquam nobis vel alicui noſtrum quaeſtio-

ALBERTVS AVSTRIAE D. 1341. *pro* Regis Boemiae *filiorumque renuntiatione in* CARINTHIAE *ducatum ſummam* 10000. *marcarum promittit, pignoribus additis*

Ita tamen

 ſtio-

ſtionem ſeu actionem aliqualiter debeant intentare; donec *dictae renuntiationis literae* praedicti comitis *Ioannis* & *uxoris* ſuae, *Margarethae* ac ſororis eiusdem, *ſigillis* fuerint roboratae; nobisque, fratruelibus noſtris praedictis ac heredibus noſtris, per ipſos aſſignatae. Rata nihilominus *unionis ordinatione* inter dominum *Ioannem Boemiae regem* & praedictum dominum *Carolum marchionem* & heredes ipſorum, & inter nos, fratrueles & heredes noſtros in ſuo robore perpetue duratura. In quorum *teſtimonium* & robor praeſentes damus, noſtri ſigilli munimine roboratas. *Datum* VIENNAE, ſabbatho ante diem beati Thomae, apoſtoli anno M CCC XLI.

ut antea LITERAE *reſignationis* ſigillis *roborentur.*

DATVM *1341.*

DIPLOMA XLVI.

FRIDERICI AVSTRIAE D. foedus cum *Henrico VII.* imperatore 1) pro recuperatione regni *Boemiae*, 2) aduerſus *Thuringiae* Landgrauium, 3) expeditione in ITALIAM CIↃ CCC IX.

FRIDERICI D AVSTRIAE *1309.*

NOS FRIDERICVS & LEOPOLDVS, *dei gratia duces Auſtriae & Stiriae, domini Carniolae, marchiae & portus Naonis; comites de Habspurg & de Chiburg, nec non Alſatiae Landgrauii*, notum eſſe volumus praeſentium inſpectoribus uniuerſis, quod *ſerenisſimus* dominus noſter, dominus HENRICVS, *Romanorum rex*, *triginta millia marcarum argenti*, *LVI. groſſ. Pragenſes pro marca* qualibet computando, nobis & fratribus noſtris *promiſit*; pro quibus promiſimus nos & tenemur, eundem dominum noſtrum, dominum HENRICVM, *Romanorum regem*, *iuuare*

quo ab Henr. VII. imperatore accipit 30000. marcarum

pro auxilio praeſtando

iuuare & eidem aſſiſtere & cum omni potentia noſtra, in *expenſis noſtris propriis*, eodem in *regno Boemiae*, in perſona propria, aut per alium, eidem ſeruire, pro facienda ACQVISITIONE *eiusdem* REGNI; quousque idem dominus noſter HENRICVS, *Romanorum rex*, dictum regnum BOEMIAE aſſecutus fuerit, cum omnibus iuribus & pertinentiis eiusdem, fraude & dolo penitus excluſis. Itaque, monitione *trium menſium* praemiſſa, nos, FRIDERICVS, *dux* AVSTRIAE, huiusmodi *ſeruitia* ſibi faciemus in *perſona propria*, vel unus de *fratribus* noſtris eadem ſeruitia faciet, ſi non legitime fuerimus impediti; promittimus etiam & tenemur praefato domino noſtro, domino *Henrico*, *regi Romanorum*, in parata pecunia mutuare *viginti millia marcarum argenti*, *LVI. groſſos Pragenſes*, pro marca qualibet computando; quam ſummam perſolvere tenebimur in civitate *Ratisbonenſi* plene & integraliter, in terminis infra ſcriptis, videlicet: in *dominica*, qua canitur *Invocavit*, proxime nuper futura, *tria millia marcarum*; in feſto *pentecoſtes* deinde, proxime ſecuturo, tria millia marcarum; in feſto vero beati *Iacobi*, immediate ſequenti, quatuor millia marcarum & abinde poſt annum decem millia marcarum, argenti; pro quibus MARCHIONATVM MORAVIAE cum omnibus iuribus, utilitatibus & pertinentiis ſuis nobis fratribus & heredibus noſtris *obligauit tenendum* tamdiu & poſſidendum, quousque dicta ſumma pecuniae, videlicet *quingentorum marcarum argenti*, per dictum dominum noſtrum, dominum HENRICVM, *Romanorum regem* vel ſucceſſores ſuos in *imperio* nobis vel heredibus noſtris integraliter fuerit perſoluta, perceptis fructibus

in acquiſitione R. Boemiae.

Et mutuo dando 20000. marc.

Pro quibus oppignoratur MORAVIAE *marchionatus.*

 bus

bus in ſortem minime computandis. Inſuper ex debito fidei, quo eidem domino noſtro *Henrico*, *Romanorum regi*, adſtringimur; promittimus pro nobis & fratribus noſtris: quod ſibi, contra dominum FRIDERICVM, *illuſtris principis*, *domini* LANDGRAVII *Thuringiae filium* & ſuos fautores, cum *ducentis equis & equitibus armatis*, praemiſſa monitione trium menſium! per dicti domini noſtri, *Henrici*, *Romanorum regis*, literas, ſerviemus, ipſum iuvabimus per *unam aeſtatem integram*, *propriis in expenſis* ita: quod frater noſter Senior, propter perſonam noſtram, *perſonaliter* iam dictum ſeruitium faciet praedicto domino noſtro, *Henrico*, *Romanorum regi*, procedenti ad partes praedictas propria in perſona. Ad hoc nihilominus praefato domino noſtro, domino *Henrico*, *Romanorum regi*, cum centum armatis *indextrariis* & cum centum *baliſtariis equitibus*, ipſo eunte in ITALIAM! praemiſſa monitione *quatuor menſium*, ultra *montes per ſex menſes ſeruitium in expenſis propriis* faciemus. Ita quod frater noſter *ſenior*, poſt nos, *Fridericus*, perſonaliter huiusmodi ſeruitium faciet ipſo domino noſtro, domino *Henrico*, *Romanorum regi* in propria *perſona*. Hoc adiecto: quod, ſeruitiorum uno durante praedictorum, nos vel fratres noſtri ad aliud ſeruitium vel ad alia ſeruitia minime teneamur. Praeterea promittimus pro nobis & fratribus noſtris & tenemur, reſtituere *Morauiam* ipſi domino noſtro regi vel ſuis ſucceſſoribus in *imperio*, poſtquam nobis vel noſtris heredibus de *quinquaginta millibus marcarum* plene & integraliter fuerit ſatisfactum. Et nos *Fridericus* & *Leopoldus*, duces, pro nobis & *fratribus* noſtris, IVRAVIMVS: quod

Aduerſus Landgrauium Thuringiae.

Cum centum 1) dextrariis 2) baliſtariis. in expeditione in ITALIAM *in perſona.*

quod omnia praemiſſa, fraude & dolo ſemotis, debeamus fideliter adimplere. Inſuper nobilis vir, *Burcardus*, comes de *Hoemberg*, Ditter. de *Pillingdorff*, *Marſcalcus*, Eberhardus *Heinricus* & *Fridericus*, procurabunt, pro poſſe ſuo, per nos promiſſa omnia adimpleri. In cuius rei teſtimonium praeſentes literas *ſigillis* noſtris pro nobis & fratribus noſtris duximus communiri. *Datum* SPEIER XV. Calend. Octobr. anno domini MCCCIX.

Internuntii.

Datum 1309.

DIPLOMA XLVII.

Quitancia mille ſexagen. groſſ. ↀ CCC XLV.

NOs FRIDERICVS, *dei gratia* THVRINGIAE *landgrauius*, *Miſnenſis & orientalis marchio*, *comes in* ORLAMVNDA *ac dominus terrae* PLISNENSIS, recognoſcimus, tenore praeſentium, *excellenti* & *magnifico* principi, domino IOANNI, *regi Boemiae & comiti Lucenburgenſi*, ſororio noſtro cariſſimo, in *mille ſexagen. groſſ. denar. Pragenſium*, quos idem Dominus rex, ob ſpecialem *amicitiam*, nobis benevole *mutuavit* & in parata pecunia numeravit & tradidit *rationabiliter* teneri; quam quidem pecuniae ſummam dicto domino regi aut heredibus ſuis, pro nobis & heredibus noſtris a feſto purificationis beatae Mariae virginis, proxime nunc venturo, ad *duos annos mutuandos*, bona fide, dolo & fraude excluſis, absque libatione quacunque, reddere & ſolvere totaliter promittimus & ſpondemus. Harum, quas *ſigillo noſtro* MAIORI communiri fecimus, teſtimonio *literarum*. DATVM *Wiſſenfels*, oppido noſtro, in vigiliis epiphaniae domini anno eiusdem M CCC XLV.

CHIROGRAPHVM THVRINGIAE *Landgrauii*, *de mutuo a Ioanne Boemiae rege accepto in biennium.*

Datum. *VVeiſſenfels* 1345.

DIPLOMA XLIIX.

HENRICVS, dux SILESIAE, renunciat iuri ſuo in *Marchiam* BVDISSINENSEM M CCC XIIX.

HENRICI D. *de* IAVER *1318.* *compoſitio* BRIGAE *cum* IOANNE R. BOEMIAE.

NOs HENRICVS, *dei gratia dux* SLESIAE, *dominus de Iauer & Furſtenberg ad* notitiam univerſorum volumus pervenire; quod *briga* ſive *diſcordiam*, quae inter nos ex una; & inter illuſtrem principem, dominum IOANNEM *Boemiae & Poloniae regem*, *comitem Lucemburgenſem*, *MarchionemqueBudiſſinenſem & Gorlicenſem*, parte ex altera, ſuborta fuerat, eo modo duximus complanandam & componendam. Quod provincia ſive *Marchia Budisſinenſis*, cum omnibus & ſingulis civitatibus, oppidis, munitionibus, hominibus, miniſterialibus, baronibus, vaſallis, inquilinis & incolis, & cum omnibus & ſingulis poſſeſſoribus, iurisdictionibus, dominiis ac honoribus, ceterisque omnibus & ſingulis, iuribus & pertinentiis univerſis, ad ipſam terram, provinciam ſive MARCHIAM BVDISSINENSEM de *iure* & *conſuetudine* ſpectantibus, absque *dimembratione* qualibet, prout magnae & felicis recordationis dominus WALDEMARVS, nuper *Marchio Brandenburgenſis*, poſſedit & tenuit, ſibi, domino praedicto, heredibus & ſucceſſoribus ſuis remaneat. Terra quoque GORLICENSIS & civitas, cum omnibus & ſingulis iuribus & pertinentiis univerſis una cum omnibus conditionibus ſuperius expresſatis, nobis heredibus & ſucceſſoribus noſtris nihilominus debeat remanere. In cuius rei teſtimonium praeſentes literas fieri & SIGILLO noſtro *maiori* iusſimus cummuniri. *Datum* in caſtro prope OLSNIZ anno domini M CCC XIIX.

Nuntium mittit BVDISSENSI *marchiae,* *quae fuerat* BRANDENBVRGICI *marchionis & GORLICENSIS.*

Sigillo maiori datum *1318.*

DIPLO-

DIPLOMA XLIX.

Renunciatio terrarum LVSICENSIS, LVBACENSIS, BVDISSINENSIS *& ciuitatis* FRANCKFVRT *ſuper odera & Gorlitz* M CCC XIX.

SErenißimo principi, domino ſuo generoſo, domino ROMANORVM IMPERATORI, *vel Romano regi*, *qui* pro parte ſua ſemper fuit *Auguſto*, HENRICVS DEI gratia *Sleſiae* dux, dominus in *Furſtenberg*, debita fidelitatis ſeruitia ad quaelibet genera mandatorum! Cum, matura deliberatione praehabita & *communicato conſilio noſtrorum fidelium*, illuſtri principi domino IOANNI *Boemiae & Poloniae regi Lucemburgenſi comiti*, *Marchionique Budisſinenſi*, heredibus & ſucceſſoribus eius, reſignauimus, dedimus & donauimus omnia & ſingula iura, quae ſiue ex noſtrae natiuitatis proximitate & ſanguinis quorumcunque progenitorum noſtrorum vel ex ſucceſſione legitima quacunque ſiue feodali titulo a nobis vel a quocunque alio domino dependentia, in Marchiis, prouinziis & terris LVSICENSI, LVBACENSI, BVDISSINENSI & ciuitate FRANCKFVRT prope ripam fluminis, dicti *Odera*, ſita, cum omnibus & ſingulis iuribus ac pertinentiis vniuerſis, vel ad eas vel ad alteram earum ſpectantibus, nobis & praedeceſſoribus noſtris unquam competierunt, competunt nunc, ſeu competere poterunt in futurum: *veſtrae* MAIESTATI omnes *marchias*, prouinzias, terras & poſſeſſiones praedictas & iura earundem cum omni debita reuerentia praeſentibus reſignamus, nec non, ut easdem & quamlibet earum cum ſuis iuribus & pertinentiis vniuerſis eidem illuſtri principi, *domino* IOANNI, *Boemiae & Poloniae regi*, *Lucemburgenſi*

Formula RENVNTIATIONIS

IOANNI R. BOEMIAE

Marchiarum 1) LVSATIAE 2) LVBBEN, 3) BVDISSENS. 4) FRANCFVRT, *ciuitatis*,

in manus imperatoris

ut reddantur R Boemiae IOANNI.

burgenſi comiti, Marchiaeque Budiſſinenſis domino conferatis, ipſumque heredes & ſucceſſores eius ad easdem & quamlibet earum *inveſtiatis*, ſincere & affectuoſe ſupplicamus. Renunciamus quoque omnibus beneficiis & iuribus quibuscunque circa huiusmodi *reſignationem*, *dationem* & *donationem*, prout in literis noſtris, ſuper huiusmodi confectis, plenius continetur. Per *veſtrae maieſtatis* decretum de certa fiducia nihilominus poterimus confirmari. *Datum* in caſtro prope OLSNIZ anno domini MCCCXIX.

DATVM 1319.

DIPLOMA L.

Permutatio civitatis GORLICENSIS pro aliis bonis CIↃ CCC XIX.

Formula contractus EMTI *&* PERMVTATIONIS *inter* Sileſiae *ducem & Ioannem R.* BOEMIAE, *quo cedit primus ultimo.* GORLIZ, *feudum imperii*,

SErenisſimo principi ac domino ſuo, domino imperatori ac Romanorum regi ſemper auguſto* HENRICVS *dei gratia dux* SLESIAE, *dominus de Furſtenberg & in Iauer*, debitae ſubiectionis reverentiam cum parato vbilibet famulatu! *Serenitatis* veſtrae *celſitudini* praeſentibus indicamus expreſſe confitentes: quod nos, incitati quadam ex cauſa rationabili, civitatem noſtram GORLIZ, quam cum aliis bonis noſtris a VOBIS *in* FEODVM recipere conſuevimus cum toto ſuo TERRITORIO ac appendentiis *magnifico principi*, domino IOANNI *Boemiae & Poloniae Regi ac Lucemburgenſi comiti*, SORORIO noſtro cariſſimo, pro certis bonis aliis, per ipſum nobis in *Regno Boemiae* coram multis aſſignatis principibus, vendidimus ipſam ſibi, heredibus & ſucceſſoribus ſuis iure hereditario, ſponte & libere reſignantes ac renunciantes, noſtro, heredum ac ſucceſſorum noſtrorum nomine, omni dominio, actioni, impetitioni, liti,

ſiti, iuri, literis & adminiculis, quae nobis aut heredibus ſeu ſucceſſoribus noſtris, modo quovis, vel ex cauſis quibuscunque competunt, vel competere poſſent in eisdem. Quapropter *celſitudinis* veſtrae apicem exoramus, quatenus dictam *venditionem* noſtram dignemini approbare, *ciuitatem* ipſam cum bonis ſuis & appendentiis, ut praedicitur, omnibus ipſi regi, heredibus & ſucceſſoribus ſuis ac regno *Boemiae* perpetuo, de certa noſtra ſcientia, confirmantes. DATVM VRATISLAVIAE anno domini M CCC XIX. in die inventionis ſanctae crucis. In ſignum teſtimonii, noſtro ſub ſigillo.

rogatque, ut ea ciuitatem inauguret.

Datum 1319.

DIPLOMA LI.

Recognitio, quod Ducatum & terras ſuas LIGNIZ *aliaque Duces Sileſiae obtineant iure feudi a Rege & corona* BOEMIAE CIↃ CCC XLIII.

IN nomine Domini, Amen. Nos WENCESLAVS & LVDOVICVS *fratres, gratia Dei Duces Sileſiae, Domini* LIGNICENSES, *recognoſcimus* & ad univerſorum notitiam volumus pervenire, quod cum liquido conſtet, *magnificum & illuſtrem principem*, BOGISLAVM, *ducem Sileſiae*, *dominum* BREGENSEM, genitorem noſtrum cariſſimum, *dudum ſuas terras*, caſtra, ciuitates, munitiones & oppida cum ſuis territoriis, diſtrictibus, villis, hominibus, nobilibus, militibus, clientibus & vaſallis; nec non aliis appendenciis & pertinentiis univerſis, ab *excellentiſſimo & magnifico principe*, domino noſtro chariſſimo, domino IOANNE, *Rege & a corona* REGNI BOEMIAE in perpetuum *feudum*, ſuo ac noſtro nomine, cum ſolemnita-

LIGNICENSIS DVCIS 1353. *confeſſio nexus feudalis a corona regni* Boemiae.

te

te debita ſuſcepiſſe; praeſtito ſibi, de ſervando perpetuae *fidelitatis homagio*, ſolito *iuramento*, ut ipſe genitor noſter ac nos, qui ſumus ipſius *heredes* legitimi, effici & fieri mereamur Regis & Regni Boemiae principes & *vaſalli*; ob inde recognoſcimus atque ſponte & beneuole tenore praeſentium profitemur, *nos eſſe debere ac uelle, prout tenemur merito, memorati domini Regis, nec non ſucceſſorum ſuorum, regum ac regni Boemiae principes & vaſallos;* & ab eis omnes noſtras terras, caſtra civitates, munitiones & poſſeſſiones quaſcunque videlicet civitates *Lignitz, Goldberg, Haſnau, Cocenou, Lobin, Brega, Olavia, Gotkow, Nimptz, Namoslavia, Bartoldiſtadt, Creutzburg, Bietſchin, Landisberg, Cuntzenſtadt & Geltz*, cum caſtris, *territoriis*, provintiis, diſtrictibus, & oppidis, villis, hominibus, nobilibus, militibus, clientibus & vaſallis nec non aliis appendenciis, honoribus & pertinentiis in *vero feodo* & IVRE FEVDI obtinere, promittentes in ſolidum bona fide, vice & nomine *iuramenti*, praedictas terras & poſſeſſiones noſtras univerſas & ſingulas, quas pro nunc & ex ſucceſſione ſeu *deuolutione* poſſidebimus & obtinebimus, & alias, Deo nobis favente, quas, ſub ipſius domini Regis & regni Boemiae dominio, quae *feodales* fuerint, adipiſci poterimus in futurum, ab eodem domino noſtro *rege* & *a corona regni Boemiae*, quandocunque *mandatum & intimatum* nobis fuerit, in feodum perſonis propriis ſuſcipere & *praeſtare*, de ſeruando *fidelitatis perpetuae* HOMAGIO, ſolitum *iuramentum*, volentes nihilominus ex nunc, prout ex tunc, praefato domino regi, nec non ſucceſſoribus ſuis regibus & Coronae regni Boemia, tanquam *naturali* & *legitimo domino*

Intuitu urbium & locorum.

Cum oblatione ad fidelitatis homagium.

no noſtro in omnibus exhibere reuerentiam & honorem ac ubilibet intendere fideliter & parere, ipſisque toto poſſe & omni noſtra potentia in neceſſitate qualibet aſſiſtere, prout ueri principes & vaſalli ſuo domino ſunt obnoxii & adſtricti. Et ad praemiſſa ſingula adimplenda fideliter nos, & heredes ac ſucceſſores noſtros in ſolidum, non vi, nec metu coacti; ſed ſpontanea voluntate maturoque conſilio & bona deliberatione praehabitis, tenore praeſentium obligamus, renunciantes de certa ſcientia pro nobis, heredibus & ſucceſſoribus noſtris, omni beneficio *iuris* cuiuslibet, nec non exceptioni, ſuffragio, & adminiculo, quibus contra praemiſſa vel eorum aliquod de iure vel de facto, ullis temporibus, contraire poſſemus quolibet modo vel venire, ſeu per quod praedictorum omnium executio poſſet & deberet aliquatenus impediri. TESTES autem omnium ac ſingulorum praedictorum ſunt excellentes principes domini *Boleslaus*, Sleſiae, *genitor* noſter praedictus; Nicolaus *Oppauiae* & *Ratiboris* duces; ac venerabilis in Chriſto dominus epiſcopus *Olomucenſis*, auunculus noſter cariſſimus, nec non nobiles & potentes domini *Hincko*, dictus *Berka de Duba*; Henricus de *Leuchtenberg*, Hincko de *Nachad*, Smilo de *Ledewiz*, Smilo de *Veſouia*, & alii, fide digni. In cuius *rei teſtimonium* praeſentes fieri & noſtrorum ac praedictorum teſtium *ſigillorum* appenſione volumus communiri. ACTVM & *datum* in caſtro PRAGENSI 30. Kalendas Auguſti, anno domini MCCCXLIII.

Exceptionibus reiectis.

Teſtes.

Duces *ante* epiſcopos.

Actum 1343.

DIPLOMA LII.

Dux GLOGOVIAE, *Henricus*, *promittit regi Boe-*

Boemiae, tanquam domino ſuo naturali; obedire & adſiſtere CIↃ CCC LI.

GLOGOVIENSIS & SAGANENSIS D *confeſſio nexus feudalis a* CAROLO IV. *imperatore, qua Boemiae R. in ducatu* GLACENTIAE *aperto*

NOS HENRICVS, *dei gratia dux Glogouiae* & dominus *Saganenſis*, notum facimus tenore praeſentium uniuerſis; quod, quia *ſereniſſimus ac inuictiſſimus princeps & dominus, dominus* CAROLVS, *Romanorum ſemper auguſtus & Boemiae rex, dominus noſter generoſus*, nobis nec non illuſtri *dominae* ANNAE, *confratrueli noſtrae legitimae, heredibus & ſucceſſoribus* noſtris, *ducatum* GLACENTIAE, qui per mortem illuſtris principis, domini BOLKONIS, *olim ducis ibidem, ſoceri* noſtri dilecti, vacavit & ad *coronam* regni *Boemiae* noſcitur devolutus: de ſingulari ſuae *maieſtatis* gratia cum ſuis dominiis & pertinentiis omnibus duxit liberaliter conferendum, prout in literis eius regalibus, deſuper editis, plenius & lucidius eſt expreſſum. Idcirco animo deliberato & noſtrorum *fidelium* accedente conſilio ſuſcepto præfato *ducatu* ſiue *principatu* in *feudum* inſigne, dicto domino noſtro regi, heredibus & ſucceſſoribus ſuis regibus *Boemiae* & *coronae regni eiusdem* in perpetuum, *fidelitatis*, *homagii*, *obedientiae* ac *ſubiectionis ſolitae*, praeſtitimus & praeſtamus, virtute praeſentium, *corporalia iuramenta*. Promittimus etiam pro *nobis*, heredibus ac ſucceſſoribus noſtris, regibus Boemiae & eiusdem regni coronae, fideliter *aſſiſtere* & *parere* & *obedire*, ſicut *vaſalli principes* naturalibus & ordinariis ſuis dominis noſcuntur ex debito obligari. Praeſentium, ſub noſtro SIGILLO, teſtimonio literarum.

DATVM 1351. *Datum* PIERNIS anno domini MCCCLI. in vigilia nativitatis beatae Mariae virginis glorioſae.

DIPLO-

DIPLOMA LIII.

Reſignatio & uenditio ducatus STINAVIAE & LVBIN regi Boemiae perpetuo poſſidendi CIↃCCCXXXIX.

DD. SILESIAE GLOGAV, SAGAN OLSNIZ 1339.

NOS HENRICVS *&* CONRADVS *dei gratia duces* SLESIAE, *domini* GLOVOVIAE, *Sagan & Olsniz* uniuerſis praeſentes literas inſpecturis harum ſerie volumus eſſe notum, quod cum *magnificus* princeps & dominus noſter cariſſimus, dominus IOANNES, *dei gratia Boemiae rex, ac Lucemburgenſis comes* nobis, noſtrisque heredibus contractum *ordinationis, venditionis* & *emtionis* initum & celebratum inter nos & dominum *Ioannem ducem* STINAVIAE, *fratrem* noſtrum, ſuper terram & ducatum STINAVIAE, quae ab ipſo domino rege in *feudum* dependet, per ſuas efficaces *literas* & *priuigelia* nobis generoſius confirmaſſet, prout haec in ſuis literis, deſuper confectis, plenius continentur. Nos itaque glorioſum huiusmodi fauoris affectum grata viciſſitudine *cumpenſare* cupientes *nos* pro *nobis* & *fratribus* noſtris, matura *deliberatione* & *diligenti* conſilio noſtro *& fidelium noſtrorum* ſuper eo habitis, non compulſi, non coacti, ſed ſponte & libere praefato *domino regi*, *heredibus* & *ſucceſſoribus* ſuis ceſſimus perpetuo & cedimus totaliter civitatem & caſtrum LVBIN cum toto ſuo *territorio* & diſtrictu, nec non concedentes ipſis *iura* nobis in eis *competentia* ex promiſſo *homagio* ſeu *iuramento* nobis & heredibus noſtris per *cives*, *vaſallos* & *incolas* ibidem praeſtito, vel per *devolutionem* morte fratris noſtri, ducis *Ioannis* STINAVIAE ad nos *fiendam*, vel quacunque alia de cauſa, vel iure & cum ſuis *fortaliciis*, *villis*, *vaſallis*, *feodalibus*, *nobilibus*, *militibus*, *clientibus*, *ſervitoribus*, civi-

teſtantur: Quod IOANNES R. BOEMIAE *conſenſerit in emto* ducatu STEINAVIENSI

Ad hoc compenſandum,

cum conſilio fidelium, TERRITORIVM LVBIN *ciuitatisceditur*

Cum ſuis pertinentiis & acceſſoriis, recenſitis plene,

ciuibus, IVDAEIS, *iuribus*, *iurisdictionibus*, *honoribus*, *dominiis*, *cenſibus*, *reditibus*, *uſibus*, *prouentibus*, *exactionibus*, *monetalibus & anonalibus*, *iudiciis*, *iuribus patronatus eccleſiarum*, *campis*, *allodiis*, *agris*, *cultis & incultis*, *montibus*, *ſyluis*, *rubetis*, *pratis*, *paſcuis*, *piſcationibus*, *molendinis*, *venationibus*, *aquis aquarumve decurſionibus* & generaliter cum omnibus ſuis *appendiis*, *iuribus & pertinentiis*, in quibuscunque rebus conſiſtant, vel quocunque cenſeantur nomine per ipſum dominum *regem* & *heredes* ſuos habendum, tenendum, utifruendum, poſſidendum hereditarie, pacifice & quiete: & *renunciavimus* & abdicauimus pro nobis & *heredibus* noſtris omni iuri, omnique actioni, impetitioni & quaeſtioni, quod vel quae in toto vel in parte in dicta ciuitate, caſtro & terra LVBICENSI & pertinentiis ſuis praedictis ex quacunque cauſa, quocunque iure, vel titulo & modo nobis & heredibus noſtris competebant hactenus, competunt in praeſenti vel competere poſſunt per deuolutionem ſeu mortem & quemcunque alium caſum & modum in futurum & nihil iuris vel actionis in dictis *caſtro*, *ciuitate* & TERRITORIO LVBIN cum pertinentiis ſuis fatemur & recognoſcimus nos habere. Et quid iuris, vel actionis habuiſſemus hactenus in praeſenti, vel habere poſſumus in eisdem DEVOLVTIONE vel per mortem, ut praedicitur, in futurum, hoc libera & ſpontanea voluntate noſtra dicto domino regi & heredibus ſuis totaliter ceſſimus & cedimus, ita, quod nunquam ipſis de hoc aliquam brigam movebimus vel quaeſtionem; imo potius ipſum dominum regem & heredes ſuos in dicta ciuitate, caſtro & pertinentiis ſuis ſemper quietos ſtare & pacificos, promittentes

Addita renuntiatione in LVBIN

eiusque de uolutione.

tes bona fide ſine dolo ipſi domino regi omnes *literas*, *priuilegia* ſeu *inſtrumenta*, quas & quae habemus & habere dignoſcimur ſub quibuscunque formis uerborum, ſuper dictas ciuitates & caſtra cum pertinentiis ſuis nobis & heredibus noſtris communiter uel diuiſim a dicto fratre noſtro, duce *Ioanne* STINAVIAE & a quibuscunque aliis perſonis, cuiuscunque ſtatus vel praeeminentiae extiterint, etiam ſi *imperiali* vel *regali* praefulſerint dignitate, conceſſas, protinus *reddere* & *aſſignare* ac in ſuam & heredum ſuorum tradere poteſtatem; ſic quoque nullam de ipſis literis, priuilegiis ſeu inſtrumentis nobis *retinebimus* quoquo modo; ſed nihilominus caſſantes, annulantes, irritantes ac caſſa & nulla eſſe decernentes huiusmodi priuilegia & inſtrumenta ita, quod nunquam nobis aut heredibus noſtris aliquid iuris, utilitatis, commodi uel honoris afferant ſeu afferre & conferre poſſint, nec ullo tempore in iudicio & extra iudicium alicuius roboris obtineant firmitatem; nec etiam nobis & heredibus noſtris poſſint aliqualiter ſuffragari, nec non abſoluentes omnes & ſingulos *nobiles & feodales*, *vaſallos*, *milites*, *clientes*, *ſeruitores*, *ciues ciuitatis praedictae* & alios quoscunque de ipſa terra & ciuitate LVBIN a praemiſſio ipſorum iuramento, *homagio* & promiſſo, quibus nobis & heredibus noſtris obnoxii erant & aſtricti, aſtringunturque in praeſenti, uel per deuolutionem & mortem dicti fratris noſtri, ducis *Ioannis* STINAVIAE, uel quacunque alia de cauſa *iure* uel *titulo* aſtringentur in futurum, ad praefatum *dominum* noſtrum REGEM *Boemiae* aut ipſius heredes & ſucceſſores tanquam ad eorum dominos ueros, legitimos & naturales & hereditarios remittimus & facimus ha-

Reddito ſimul ARCHIVO *uniuerſo.*

Et iure priuilegiorum tranſlato.

Abſolutio ſubditorum ab homagio.

Et additio regno Boemiae.

habere reſpectum taliter, quod ipſi eundem iuris reſpectum, quem ad nos & heredes noſtros habent uel habuerunt hactenus & habere poſſent per deuolutionem ex morte dicti ducis, Ioannis fratris noſtri, ut praedicitur, in futurum ex nunc in antea ad praedictum dominum regem *Boemiae* & heredes ſuos perpetuis temporibus habere teneantur. Et nihilominus ad dictam ciuitatem LVBIN *perſonaliter* nos vel alterum noſtrum cum alterius mandato accedere absque mora, absque diſpendio & dilatione promittimus. Et praedictos *uaſallos*, ciues, regnicolas iuramento & homagio & promiſſo eorum, nobis praefata facere, uerbotenus abſoluimus, abſolutos ſtatim remittere & facere habere reſpectum ad ipſum dominum regem & heredes ſuos, ut praedicitur, tanquam eorum dominos legitimos, ueros & naturales; promittentes etiam, quod ſi dictus *dominus* noſter rex uel ſui heredes ſuper praedicta ciuitate & terra LVBIN, per ducem *Ioannem* STINAVIÆ & quemcunque alium hominem & perſonam aliquas *trigas*, *impetitiones* ſeu quaeſtiones ſuſtinere quolibet modo contingeret, quod ex tunc nos & heredes noſtri eundem dominum noſtrum regem & heredes ſuos ad retinendum, poſſidendum & conſeruandum pacifice ſaepe dictam terram LVBIN *iuuare* debeamus totis uiribus & ipſis aſſiſtere fideliter & ſeruire. Omnia igitur & ſingula ſupra dicta pro nobis & heredibus noſtris promittimus ſeruare, cuſtodire & attendere conſtanter, nec contra ea uel ipſorum aliquod facere uel uenire per nos alium uel alios de *iure*, *conſuetudine* uel de *facto*, renunciantes in his omnibus & ſingulis ſupra ſcriptis EXCEPTIONI, doli mali, in factum actioni, beneficio reſtitutionis in inte-

Sublatis brigis ac diſſolutis.

Praeſtandaque euictio.

Renuntiatio beneficiorum

integrum, exceptioni, conſtitutioni, conſuetudini, literis & *indulgentiis Apoſtolicis*, *imperialibus* uel a Romanorum regibus impetratis uel impetrandis & omnibus aliis tam IVRIS CANONICI, quam CIVILIS auxilio, per quod nobis & heredibus noſtris ſuffragium & dicto domino regi & heredibus ſuis praeiudicium poſſet quodlibet generari. In quorum omnium *teſtimonium* atque fidem praeſentes ſcribi & ſigillorum noſtrorum appenſione iuſſimus communiri. *Datum* & actum in ciuitate ALDENAR, anno domini M CCC XXXIIX. in feſto annunciationis Mariae.

iuris canonici & ciuilis.

Datum 1338.

DIPLOMA LIV.

Quia IOANNES *rex* conſentit in uenditionem ſuper *ducatu* STINAVIAE; ideo abſoluunt eum ipſi duces de omnibus debitis, in quibus *reges Boemiae* poſſent ipſis aliqualiter obligari.

NOs HENRICVS, *dux Sleſiae & dominus* GLOGOVIENSIS & SAGANENSES, notum eſſe uolumus tenore praeſentium uniuerſis, quod, quia magnificus princeps & dominus noſter, dominus IOANNES, *dei gratia* BOEMIAE REX *ac Lucemburgenſis comes* ad noſtras affectiuas inſtantias & ſupplicationes, ex inſigni & ſpeciali gratia & fauore, contractam *uenditionem*, *ordinationem* & *emtionem* inter nos *fratrem* noſtrum ducem *Conradum de* OLSNA ex una; & *ducem Iohannem* STINAVIAE, etiam fratrem noſtrum, parte ex *altera*, ſuper terra & ducatu STINAVIAE initum & celebratum, per ſuas literas & priuilegia generoſius ratificando CONFIRMAVIT: nos huius gratioſo fauori, nobis impenſo, gratae uiciſſitudinis exhi-

HENRICVS D. GLOGOVIAE

ob conſenſum Regis Bohemiae

n emtione STINAVIAE *ducatus*

bitione occurrere ſtudentes, praefatum dominum *regem* ac ipſius heredes ac alios quoslibet, quorum intereſt; de omnibus *debitis* & PECVNIARVM QVANTITATIBVS, in quibus ipſe dominus REX *nobis* & *heredibus* noſtris, RATIONE HOMAGII & VASALLATVS, ſibi de terris noſtris per nos *facti*, usque in praeſentem diem *obligari* & *teneri dinoſcitur*; noſtro & noſtrorum heredum nomine, totaliter *abſoluimus*, *liberamus* & *quitamus*, & abſolutum, *quitum* & *liberum* dicimus, facimus & fatemur, de dicta ſumma *pecuniae* ſeu debitis ipſis recognoſcentes nos per hoc ſufficienter eſſe pacatos & ſolutos & nobis integre eſſe ſatisfactum; ita, quod de huiusmodi ſatisfactione per omnia contentamur, promittentes nihilominus bona fide: omnes literas & inſtrumenta, quas & quae a praefato domino rege & heredibus ſuis & quibuscunque aliis perſonis habemus aut habere dignoſcimur ſupra dictis debitis & ſumma pecuniarum, dicto domino regi & heredibus ſuis, & ei uel eis, cui uel quibus ipſe commiſerit, reſtituere & aſſignare, nullam de eisdem literis nobis quocunque modo retinentes; caſſantes nihilominus easdem literas & annulantes & eas omnibus iuribus uacuamus taliter, quod nullo unquam tempore in iudicio uel extra iudicium ullius roboris obtineant firmitatem, promittentes ſincere, quod dictus dominus rex uel ſui heredes per nos ac noſtros heredes & quoscunque alios ex parte noſtri, nunquam aliquas monitiones, impetitiones ſeu brigas pro dictis debitis ſuſtinebunt; renunciantes illis ſcriptis, exceptioni doli mali, non numeratae aut paxatae pecuniae, conſtitutioni, conſuetudini & omni iuris canonici uel ciuilis auxilio, per quod nobis & heredibus noſtris

remittit pecuniam, debitam a RR. Boemiae ob feuda ducatuum oblata.

ſtris in praemiſſis debitis poſſemus aliqualiter ſuffragari, in cuius rei teſtimonium praeſentes fieri & noſtri ſigilli munimine iuſſimus communiri. ACTVM & *datum* in Aldinaris dominica iudica anno domini M CCC XXXVIII. DATVM 1338.

DIPLOMA LV.

CVNRADI OLSNENSIS Ducis litterae, quibus Regni Boemiae chirographum reddit ob conſenſum datum in emtine STINAVIAE ducatus CIↃ CCCXXXIIX.

NOs CONRADVS *dei gratia dux Sleſiae*, *dux Olsnocenſis*, notum facimus tenore praeſentium uniuerſis, quod, quia magnificus princeps, dominus noſter ac princeps, dominus IOANNES, *dei gratia* BOEMIAE *rex ac Lucemburgenſis comes*, ad noſtras affectiuas inſtantias ac ſupplicationes ex inſigni & ſpeciali fauore & gratia contractum *uenditionis*, ordinationis & emtionis inter nos & fratrem noſtrum, ducem *Henricum de* SAGANO ex una, & ducem *Ioannem Stinauiae*, etiam fratrem noſtrum, ſuper terra & ducatu *Stinauiae* parte ex altera initum & celebratum per ſuas literas & priuilegia generoſius *ratificando* confirmauit. Nos huiusmodi gratioſo fauori nobis impenſo gratae uiciſſitudinis exhibitione occurrere diſpoſiti, per praefatum dominum regem ac ipſius heredes ac alios quoslibet, quorum intereſt uel intereſſe poteſt, omnibus debitis & *pecuniarum* quantitatibus, in quibus ipſe dominus rex praedicto fratri noſtro, duci Henrico *Saganenſi*, ratione *homagii* & *uaſallatus* ſibi de terris ſuis facti obligari & teneri dignoſcitur usque in praeſentem diem, noſtro & praedicti fratris noſtri nomine abſoluimus, libera-

CVNRADI D. OLSNICENSIS, 1338. litterae, quibus teſtatur, Boemiae Regem conſenſiſſe contractui de uendito ducatu STINAVIAE.

Inde quittantia *de pecunia debita a R. Boemiae.*

beramus & quittamus, ac abſolutum, *quittum*, ac *liberum* penitus dicimus, facimus & fatemur de dicta *ſumma pecuniae* ſeu debitis ipſis recognoſcentes fratri noſtro eſſe taliter bene ſatisfactum, promittentes nihilominus bona fide ordinare cum

Sub ſpe reddendi chirographi. effectu, quod idem dux *Henricus*, frater noſter intra hinc & feſtum natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtae proxime uenturum omnes literas & inſtrumenta, quas & quae a praefato domino noſtro rege uel heredibus ſuis & quibuscunque aliis perſonis habet & habere dignoſcitur, ſuper dictis debitis & ſumma pecuniarum dicto domino regi uel heredibus ſuis & ei uel eis, cui uel quibus ipſe hoc commiſerit, reſtituet & aſſignet. In huius rei teſtimonium ſigillum noſtrum praeſentibus eſt appenſum. DATVM ALDINAR Fe-

Datum 1338. ria ante dominica Iudica anno domini MCCC XXXVIII.

DIPLOMA LVI.

Pactum ſucceſſorium *ducis* STINAVIAE cum *rege Boemiae*, interueniente pecunia. Ea lege, ut, *uiuo duce*, rex acquirat *poſſeſſionem* reddatque eandem *duci* ad dies uitae. Inſtar *donationis* m. c. retento uſufructu CIↃ CCC XXX.

IOANNIS D. Stinauiae 1330. *ſucceſſorium pactum cum* IOANNE R. Boemiae

NOS IOANNES, *Dei gratia dux* SLESIAE *&* *dominus* STINAVIAE praeſentibus publice recognoſcimus & fatemur: quod nos cum magnifico & excellente principe domino noſtro IOANNE *rege* BOEMIAE & cum inclito domino CAROLO *primogenito* dicti domini regis, *Marchione* MORAVIAE, conuenimus amicabiliter & per ſingulas

cauſas

cauſas concordauimus in hunc modum, uidelicet: quod ipſi ciuitatem *Frauenſtadt* & *diſtrictum* cum omnibus ſuis NOBILIBVS, BVRGENSIBVS & *iuribus*, *dominio*, *oppidis*, *caſtris*, VASALLIS *& pertinentiis*, cum quibus eam prius poſſidebamus, & qui duci, *Conrado*, fratri noſtro, *homagium* praeſtiterunt, ab eodem fratre noſtro tenentur iterato DISBRIGARE & hoc facere intra hinc & feſtum ſancti Michaelis proxime affuturum. Et quoniam ipſe *rex* & *marchio Morauiae* praedictam ciuitatem FRAVENSTADT, cum pertinentiis ſuis praedictis, ab homagio facto, ut dictum eſt, nobis *disbrigauerint* & etiam poteſtati noſtrae aſſignauerint; nec non *quadringentas* marcas *Polon.* ponderis *XLIIX.* *groſſos* pro *marca* qualibet computando, intra hinc & dictum feſtum ſancti Michaelis nobis ſatisfecerint. Tunc nos ſtatim praefato *domino regi Boemiae*, heredibus & ſucceſſoribus ſuis ordinabimus & faciemus & effectualiter procurabimus fieri *homagium* & fidelitatis iuramentum perpetuo per *uaſallos* & *burgenſes* ciuitatum *Stinauiae*; *Frauenſtadt*; *Gora*; *Lobin*; *Linda*; *Polckowitz*, *Kolowen* cum caſtris & pertinentiis uniuerſis; & alias incolas terrarum noſtrarum uniuerſas & praedicta *homagia* ſeu *fidelitatis iuramenta* ipſe *rex Boemiae* heredes & ſucceſſores ſui pro ſe perpetuo debebunt retinere; tali adiecta conditione, quod frater, dux, *Henricus Saganenſis* & ſui heredes iuſtam ipſorum *portionem*, *poſt mortem noſtram* in praedictis terris noſtris *exſpectabunt*. Exceptis duntaxat FRAVENSTADT & LVBIN, cum uniuerſis diſtrictibus & *dominio* ipſorum, quae dicto domino noſtro *regi*, heredibus & ſucceſſoribus ſuis abſolute & libere remanebunt. Poſtquam autem uaſalli, homines

& eius PRIMOGENITO *de* FRAVENSTADIO *expugnando*

& disbrigando

acquirendoque & ſoluendo etiam 400. marcas, a 46. groſſis.

Poſtea dedendis Steinauia *& aliis ciuitatibus* R. Boemiae.

Succeſſio fratris limitata.

Qui duci illas reddat ad dies uitae.

& *burgenſes* praefati fidelitatis *homagium* ſeu *iuramentum* dicto *regi* & ſuis heredibus fecerunt, ex tunc ipſe ſtatim *Dominus rex* & ſui heredes omnes praedictos uaſallos, *burgenſes* ſeu *homines* vel *incolas ad nos remittere* debet, eisdem praecipere & mandare, ut *nobis obediant*, pareant & intendant tanquam ipſorum dominum iuſtum, temporibus uitae noſtrae, nec a nobis unquam recedere ſeu deuiare, propter aliquam cauſſam, quam ipſe dominus *rex* aut ſui heredes nobis adinuenire poſſint, modo quouis. Promittimus etiam firmiter & tenemur dicto domino *regi* & ſuis *heredibus*, quod praefatos *uaſallos*, homines & *burgenſes* circa ipſorum iura debeamus fauorabiliter conſeruare. Praeterea dictus dominus *rex* pro ſe & heredibus ſuis nobis ſincere promiſit, quod pro poſſeſſionibus noſtris ſeu terris nunquam laborabit, ſed potius easdem terras ac *uiolentiis* & *iniuriis quibuscunque uitae noſtrae* temporibus tenebitur magnifice defendere & tueri.

tueaturque

Inſuper ſi aliqui *nobiles*, *burgenſes* aut *incolae* terrarum noſtrarum *homagium* & fidelitatis iuramentum dicto *domino regi Boemiae* aut heredibus ſuis facere recuſarent & ipſo praeſtito *homagio*, nobis obedire nec promittere *iterato* nollent, ex tunc ipſe *rex Boemiae* aut heredes ſui & nos eosdem *renitentes* ſeu *rebelles* ui compellere tenebimur ad praedictam *homagii fidelitatem* dicto domino regi & nobis obedientiam faciendam.

aduerſus negantes priſtina obſequia ad dies uitae.

Et ſi nos praedictam ciuitatem *Lubin* infra *quadriennium* continuum exſoluere potuerimus, in huiusmodi *exſolutionis* ſubſidium, ipſe *rex* TERTIVM *denarium* nobis dare tenetur, ſi autem ipſe *rex* ac ſui heredes ipſam prius exſoluerent, ex tunc datis ſibi per nos *duabus partibus* ciuitatem eandem nobis

Tertius denarius duci.

Duae partes regi.

biſ tenebitur aſſignare, ita tamen, quod ipſa ſemper ciuitas *Lubin* cum caſtro & territorio ſuo, poſt *noſtrum obitum*, ad eundem *regem* BOEMIAE & heredes ſuos eſſe debebunt illico & libere deuoluta. Deinde ipſe *rex* denuo per literas ſuas, tractatus pridem in *Vratislauia* nobiſcum habitos *ratificare* tenebitur, praeter *Lubin* & *quingentas marcas* ponderis & numeri praedictorum; de quibus ipſe *rex* & heredes ſui ſoluti erunt & liberi ex eo, quod praedictus noſter frater dux *Henricus* SAGANENSIS & heredes ſui ſucceſſionis in *media parte* terrarum noſtrarum, prout ſuperius exprimitur, reſpectum obtinebunt. Promittimus etiam omnia & ſingula praedicta bona fide, loco praeſtiti *corporaliter iuramenti*, cuſtodire, attendere & intra hinc & feſtum beati *Martini* proxime futurum obſeruare & *effectualiter adimplere*, nec contra ea uenire uel facere per nos, alium uel alios de *iure*, *conſuetudine* uel de *facto*; alioquin praefatae *terrae noſtrae* ipſo facto ad *dictum dominum regem* & heredes ſuos debebunt eſſe deuolutae, de quibus terris noſtris ipſe *rex* aut heredes ſui ſe tunc intromittere poterunt & debebunt, *recuſatione*, *contradictione* & *impedimentis* ceſſantibus quibuscunque Renunciantes in his omnibus & ſingulis ſupradictis *exceptioni doli mali*, *actioni in factum*, *beneficio reſtitutionis in integrum*, conſtitutioni, conſuetudini, literis & indulgentiis *apoſtolicis*, *imperialibus* uel *a Romanorum regibus impetratis uel impetrandis* vel omnibus aliis tam *iuris* CANONICI quam CIVILIS auxilio, per quae nobis ſuffragium ac dicto domino *regi* & heredibus ſuis praeiudicium poſſet quodlibet generari. In quorum teſtimonium & fidem praeſentes ſcribi fecimus & *ſigillo* noſtro ordinauimus

Poſt ducis mortem deuoluta regi B.

Media pars terrae reſeruata fratri.

Fides loco iuramenti.

Cum renunciatione

exceptionum ſingularium.

Datum Pragae 1330. uimus communiri. ACTVM & *datum Pragae* anno domini MCCCXXX. ſeptimo die Iunii.

DIPLOMA LVII.

Recognitio, quod *uendidit* medietatem caſtri & ciuitatem GORAV *regi Boemiae*, ſi autem rex non daret *pecunias*, tunc praedictum caſtrum & ciuitas ad *ducem* reuertatur. CIↃ CCC XLI.

IOANNIS D. STINAVIAE 1341. *Ioanni Boemiae regi facta uenditio, poſt ſucceſſoria cum fratre, partem* GORAV, *ciuitatis, cum NB.* SVPERIORITATIS DOMINIO, *der Landesboheit. Pro 1500. marcis.*

IOANNES *dei gratia dux & dominus* STINAVIENSIS notum facimus uniuerſis, quod quamuis pridem *ſereniſſimus princeps & dominus noſter*, *dominus* IOANNES BOEMIAE *rex ac Lucenburgenſis comes* ab illuſtri principe duce *Conrado Olsnenſi* fratre noſtro ſucceſsionem ſiue *deuolutionem* medietatis caſtri & ciuitatis GORAV cum toto diſtrictu, exactionibus, iuribus, iurisdictionibus, utilitatibus & pertinentiis, ſuis *uaſallis*, *ciuibus*, *ſcultetis*, *ruſticis*, *feudis*, *metis & terris* ſuis & toto SVPERIORITATIS DOMINIO, nullo penitus excepto, rite & rationabiliter *emerit*: nihilominus a nobis eandem *medietatem caſtri* ciuitatis territorii & *appendiorum* cum ſuis *pertinentiis*, ut praefertur, in *uita noſtra* iuſto *emtionis* titulo *pro mille quingentis marcis groſſorum Pragenſium* dignoſcitur comparaſſe, quorum nobis *quingentas marcas* in parato perſoluit & pro quingentis promiſit nobis ex mediatione domini *Henrici de* BYBERSTEIN, qui *Ritzen* dicitur, ſi poterit ordinare & eas nobis ſoluere in feſto beatae *Walburgis* proxime nunc uenturo, nec non ultimas quingentas marcas promiſit nobis ſoluere in termino ab inſtanti feſto beatae Walburgis *ad unum annum conti-*

continuo computando. Quod ſi praedictas *pecunias non ſolueret* nobis, ut praedicitur in quolibet terminorum, ex tunc CAPITANEVS eius, quem ibidem pro parte ſua duxerit ſtatuendum, nobis *caſtrum*, ciuitatem, uaſallos, ciues & alios quoscunque cum ſuis adherentiis praefatis *reſtituet*, donec nobis per eum, heredes & ſucceſſores eius de praedictis *pecuniis*, in quolibet termino ſatisfactum fuerit, ſine praeſentis tamen contractus *praeiudicio* ex utraque *parte*, quem in omni caſu praedicto uolumus *utrobique* in ſuis clauſulis firmiter obſeruari, ut quotiens & quando nobis ipſe *dominus rex* heredes & ſucceſſores ſui dictam pecuniam ſoluerent, praedicta caſtrum, ciuitas, territorium, uaſalli, ciues, ſculteti, & ruſtici cum omnibus, quae ſuperius exprimuntur & ad ipſos uel ipſorum alterum ſine quauis difficultate libere *reuertantur* pro *medietate partis* ipſorum, ut ſuperius eſt expreſſum, *praeſentium* ſub noſtro SIGILLO teſtimonio literarum.

Niſi ſolutio facta, reddatur ciuitas, uſque dum nomen liberetur.

Sigillum.

DIPLOMA LVIII.

Promiſſio fidelitatis & obedientiae CIƆ CCC XLI.

NOS IOHANNES *dei gratia dux* SLESIAE *& dominus* STINAVIAE recognoſcimus pro nobis & noſtris heredibus: receptis ſereniſſimi principis & domini noſtri cariſſimi domini IOANNIS *regis* BOEMIAE PATENTIBVS *literis* quibus nobis firmiter mandauit, nos ſub debito *iuramenti* noſtri ſibi praeſtiti *ſerioſius requirendo*, ut ſtatim viſis praedictis ſuis literis, magnifico principi, *domino* CAROLO *ipſius domini regis primogenito*

IOANNIS D. Sileſiae *euentuale homagium, filio regis praeſtandum.*

to, *marchioni Morauiae* & ſuis heredibus, ipſo non exiſtente, promiſſum facere debeamus in eum caſum: quod ſi, quod abſit, ipſum dominum noſtrum *regem* praedictum *decedere* contingere ab hac uita, quod tunc praedictum dominum CAROLVM & non alium, & ipſo non exiſtente ſuos *heredes* habere debeamus pro noſtris dominis naturalibus & legitimis, eisque ex tunc fidelitatis homagium praeſtare debitum & conſuetum: nos itaque ea qua decet reuerentia, praedicti *domini noſtri* regis mandatis & requiſitionibus nobis factis, ut praemittitur, promtius inclinati, omnia & ſingula *facere*, prout ſuperius ſunt expreſſa, *tempore* ſe adhoc offerente nos & noſtros heredes ſub bona noſtra fide *ſinceriter obligamus*, ſub teſtimonio praeſentium LITERARVM, quibus noſtrum SIGILLVM in maiorem euidentiam duximus appendendum. DATVM & actum *Poznauiae* feria ſecunda proxima poſt feſtum Michaelis Archangeli anno domini MCCC XLI.

In ſecuritatem obſequii poſt mortem regis.

Datum 1341.

DIPLOMA LIX.

DVX *Sileſiae* NICOLAVS promittit, ſi contingat eum uendere ciuitatem uel caſtrum, quod uelit REGI BOEMIAE uel *uendere* uel intimare CIↃ CCC XLIII.

NICOLAI D. de MUNSTERBERG 1343.

NOS NICOLAVS *dei gratia dux* SILESIAE & *dominus in* MONSTERBERG noſtro & *heredum* noſtrorum nomine, ſi quos fuerimus habituri, promittimus bona noſtra *fide* & ſine omnia dolo *excellentisſimis principibus & dominis noſtris* IOANNI BOEMIAE *regi* nec non *illuſtri* CAROLO *marchioni Morauiae*, primogenito, heredibus & ſucceſſoribus ipſorum regibus Boemiae *nullas ciuita-*

promiſſio de non alienandis terris,

uitates noſtras, munitiones, oppida, caſtra ſeu terras, niſi *captiuitate*, debito magno ſeu ingenti *paupertate* aut alia quauis ineuitabili neceſſitate nos publice & notorie occupante! *uendere & obligare* quouis modo. Sique in caſu *neceſſitatis ineuitabilis*, ut praemittitur, unam uel plures ex noſtris munitionibus ſeu ciuitatibus aliis obligare & fortaſſis uendere, quod *Deus auortat*, praemiſſis conditionibus *cogeremur*, ipſam & ipſas primitus *ſereniſſimis dominis noſtris & ipſorum heredibus Boemiae regibus* ſuperius *expreſſatis* uenalem & uenales exhibebimus per ipſos, ſi decreuerint, pretio comparandas, quam uel quas ſi forte per nos & *heredes* noſtros requiſiti a die requiſitionis, ipſis de certa ſcientia ſuorum atque noſtrorum nobilium facienda poſt terminum *XIII. ſeptimanarum non emerent* & emere non curarent, liceat nobis ac heredibus, ſi quos fauente domino haberemus, munitiones, caſtra, ciuitates ſeu terras noſtras *alteri perſonae* in dignitate, *nobilitate nobis aequali uel maiori* uendere (*) uel etiam obligare. Qui tamen easdem a praedictis *dominis noſtris* & eorum altero in *feodum* accipiet neque prius ipſum emtorem antequam ipſas terras ciuitates uel ca-

niſi in caſu neceſſitatis.

Iure protimiſeos *tum ſaluo* Boemiae *regibus.*

ſed non niſi ad ſpatium XIII. ſeptiman.

Poſt enim feudum ſit alienabile.

(*) Intelligitur ex his pactis: FEVDA *ducatuum* SILESIAE *fuiſſe* ALIENABILIA *iure*; ſed *pactis* reſtrictam facultatem alienandi, in *uendendo*. Vbi *Boemiae* rex ius *protimiſeos*; ſed non ultra *trimeſtre*. Et firmant haec pacta regulam liberae *alienationis*; ubi rex *pactis* ſibi non proſpexit. Quae *facti* ſunt requiruntque *probationem*. Porro nullus ab *emtione* ad *donationem* uel *inſtitutionem hereditariam* nexus. Vbi *liberae* ultimis ducibus manus Quod clare etiam aliunde conſtat. Sit tamen *inſtitutus* heres aut *donatarius* inſtructus *principali dignitate gentilitia*. Ne quis crediderit, poſſeſſionem ſolam principatus euehere aliquem ad honorem principalem. Aut conferri feuda *nobilia hominibus ignobilibus*.

ſtrum

ſtrum ac alterum ipſorum a praedictis dominis noſtris in *feudum* accipiet, in *poſſesſionem* tenebimur mittere *corporalem*, praeſentium ſub noſtro MAIORI SIGILLO teſtimonio literarum. Datum MONSTERBERG feria proxima ante diem ſancti Galli, anno domini MCCCXLIII.

cum poſſeſſione corporali.

Datum 1343.

DIPLOMA LX.

BOLKO, MONSTERBERGENSIS, recognoſcit *ducatum* & terras ſuas ſe a *rege* BOEMIAE in *feudum* recepiſſe & tenere CIↃCCCXXXVI.

Cauſa OBLATI *feudi* BOEMIAE R. *a Ducibus* SILESIAE

mutua baylia *ſeu auxilium.*

Inde BOLKO *de* Munſterberg *offert in feudum* IOANNI R. *Boemiae*

hilari conſilio & conſenſu ſuorum ordinum

IN *dei nomine amen*. Antiqua patrum ueterum ſanxere decreta, ſcilicet *iurisdictiones procerum* & *poteſtates orbis* principum mutua coadiuuari *baylia*, uiciſſimque unamquamque alterius debere *baiulare* onera & labores, ut tanto magis ſubditorum creſcant commoda, quanto maior inter principes *dilectionis* & *unionis* concordia generatur. Hinc eſt, quod, cum nos BOLKO, *dei gratia dux Sleſiae dominus in Monſterberg*, gratia & dilectione *uniri* cupientes perpetua, cum *ſereniſſimo domino principe noſtro domino* IOANNE, *eadem! Boemiae rege, illuſtri Lucemburgenſi comite*; ducatumque noſtrum *regno ipſi Boemiae* SVBALTERNARI uolentes, ſi ſe & noſtra ipſius domini regis ſuppoſuerimus ditioni animo *hilari* & *ſincero*, *maturo* CONSILIO NOSTRORVM VASALLORVM, *ciuitatum conſulum* infra ſcriptorum noſtrorum prouiſo *conſilio* ſponte & libere non compulſi ac coacti; uerum telo *dilectionis* & *amoris* ueri accenſi flammine, adſtantibus nonnullis proceribus & magnatibus in *praeſentia* & TESTIMONIO *dominorum* & TESTI-

VM

VM, infra ſcriptorum noſtrorum, *hodie ducatum noſtrum praefatum, cum terris & pertinentiis ſuis ciuitatibus* MONSTERBERGK, *Reichenbach, Franckenſtein, Strelin, Cantz, Sobothka, oppidum Sonothka & caſtrum Patzkau, cum caſtris, fortalitiis, municionibus, uillis, dominiis, libertatibus, iurisdictionibus, baylia, feodis, feodalibus, uaſallagiis, cenſitis* & ad glebam adſtrictis & cum omnibus & ſingulis iuribus quibuſcunque, qualiacunque ſint & in quibus rebus cunque conſiſtant; ipſi domino regi & ſucceſſoribus ſuis BOEMIAE REGIBVS; ab eoque domino rege, per OSCVLVM inter nos hinc inde PRAELIBATVM & reaſſumtione BIRETI, ipſum DVCATVM noſtrum cum terris & pertinentiis ipſius in FEODVM HONORABILE RECIPIMVS pariter & habemus, decernentes: quod ſi nos de hac luce migrare contingeret, legitimis *liberis* non relictis, ipſe ducatus noſter cum terris & pertinentiis ſuis uniuerſis omni eo iure & forma, quibus nos habemus, ad ipſum *regnum Boemiae* & *coronam* ipſius perpetuo protinus debet deuolui. Si autem *liberos ligitimos* relinquere nos continget; INFEODALES regni Boemiae perpetuis eſſe temporibus cenſebuntur, quibus, *legitimam aetatem* nondum habentibus! praefatus dominus rex Boemiae eorum TVTOR erit LEGITIMVS & CVRATOR. Renunciantes in praemiſſis & quolibet praemiſſorum, tactis corporaliter *ſacroſanctis euangeliis*! pro nobis & praedictis uaſallis & ciuitatibus noſtris, omni actioni, exceptioni, obiectioni, replicationi & impetitioni doli mali & alii cuiuis ſuffragio tam CANONICI, quam IMPERIALIS & CIVILIS iuris, municipalis, reformationis & ſtatuti localis ſeu CONSVETVDINIS, optime legum in-

ducatum MVNSTERBERGENSEM

Cum acceſſoriis *enumeratis ſigillatim.*

Sub ſymbolis 1) OSCVLI *mutui* 2) *pilei ſ.* BIRETI *prehenſione.*

Cum ſpe aperturae.

TVTELA *domini* FEVDI FRVCTVARIA, *minorennium uaſallorum.*

Tactu euangeliis DEI.

RENVNTIATIO *omnium exceptionum iuris* 1] *canonici.*

1) imperialis 3) ciuilis. 4) municipalis. 5) ſtatutarii 6) conſuetudinarii.

interpretis, ſub quacunque forma & conceptione uerborum adhibitorum. Etiam ſi talia forent, de quibus de uerbo ad uerbum in genere ac etiam, in ſpecie mentionem oporteret fieri ſpecialem, quibus omnibus & ſingulis & cuilibet eorum ex certa noſtra ſcientia eſſe & intelligi uolumus per omnia praeſentibus derogatum.

Promiſſione fidei & officiorum.

Promittentes bona fide & ſincero ſenſu contra praedicta & eorum quodlibet & quauis occaſione & cauſa de *iure* & de *facto* ullo unquam tempore non uenire.

CONSENSV *ordinum* VASALLORVM & CIVITATVM

Ad maiorem autem *cautelam* & euidentiam firmiorem & ſpecialem uoluntatem & *conſenſum* praedictorum uaſallorum noſtrorum & *ciuitatum* noſtrarum *conſulum*; qui omnes & ſinguli ſuum in praedictis & in quolibet eorum adhibuere conſilium, uoluntatem & aſſenſum pariter & conſenſum, nemine penitus diſcrepante.

Quorum ideo legati iurant noui feudi domino

Nos uero praefati domini ducis uaſalli, puta *Henricus de* HVGOWITZ, *Hermannus de* PETIRSWALDTEN, *Henricus de* SCHERZ, *Reinherus de* BISCHOWSCHEYN, *Iohannes de* BYDOW; & *Ioannes* BVDOSSOWE ac ciuitatum conſules puta MONSTERBERGK, Reichenbach, Franckenſtein, Strelin & Canth ad requiſitionem dicti domini noſtri ducis illuſtris promittimus & uolumus pro NOBIS & COMITATIBVS noſtris omnia & ſingula praemiſſa & quodlibet praemiſſorum per noſtrum dominum BOLKONEM facta grata, rata & firma & immutabilia attendere, obſeruare & irrefragabiliter cuſtodire; promittentes etiam bona fide & manu tactis *dei euangeliis!* praedictis & eorum alicui ex quauis occaſione ac caſu, de *iure* aut de *facto* nullo unquam tempore contraire.

tactis euangeliis DEI.

Renunciantes inſuper pro nobis & ſucceſſoribus noſtris in praemiſſis omnibus & ſingulis omni actioni,

cauil-

cauillationi, exceptioni, obiectioni, replicationi & impetitioni, doli mali, aut alicui ſuffragio tam CANONICI & IMPERIALIS; quam CIVILIS iuris & municipalis, reformationis, ac ſtatuti localis ſeu conſuetudinis ſub quacunque forma & conceptione uerborum, etiam ſi talia forent, de quibus de uerbo ad uerbum in genere ac etiam in ſpecie mentionem oporteret fieri ſpecialiter; quibus omnibus & ſingulis & cuilibet eorum ex certa noſtra ſcientia eſſe & intelligi uolumus per omnia praeſentibus derogatum; promittentes bona fide & ſincero ſenſu: contra praedicta & eorum quodlibet, ex quauis occaſione & cauſa de iure ac de facto nullo unquam tempore non uenire. In quorum omnium teſtimonium atque robur perpetuo ualiturum praeſentes conſcribi & ſigilli noſtri munimine; una cum uaſallorum & ciuitatum noſtrarum praedictarum ac teſtium inferius notatorum ſigillis fecimus roborari. ACTVM & datum STRVBINGE in prouincia & ſub teſtimonio dominorum ad hoc ſpecialiter rogatorum, ſcilicet: BOLESLAI ducis SLESIAE & domini LIGNICENSIS; Hinckonis Berche de DVBA, Conrado de OSLAYTA; Thmionis de ROLDITZ, & Ottonis de BERKOW & aliorum nonnullorum fide dignorum in feſto *decollationis* ſancti *Ioannis* baptiſtae anno domini MCCCXXXVI.

Renuntiatione addita exceptionum & effugiorum.

ACTVM & Datum 1336.

DIPLOMA LXI.

Nicolaus OPPAVIAE dux promittit regi *Boemiae* uaſallos oppauienſes penes *libertatem* antiquam conſeruare, ſicut *uaſallus regni Boemiae*, ſi autem quaerelarentur, poterint ad *regem* appellare CIↃ CCC XXXIX.

NICOLAI D. OPPAVIENSIS *litterae, quibus* 1339. *ſe obligat, pro gratiis* REGIS BOEMIAE.

Nos NICOLAVS, *dei gratia* OPPAVIAE *dux* ad uniuerſos uolumus peruenire, quod nos contenti ſtare uolentes noſtris terminis, *libertatibus* & *gratiis datis* & impenſis nobis a domino noſtro, domino IOANNE, *Boemiae rege* ſereniſſimo cum gratiarum actionibus debitis & deuotis; uolentesque proinde IVS SVVM VNICVIQVE ſubditorum noſtrorum tribuere & *nobiles*, *barones* & *uaſallos* penes libertates & iuſtitiam habitas eorum inuiolabiliter conſeruare; promittimus præfato *domino* noſtro & *heredibus* & *ſucceſſoribus* eius BOEMIAE REGIBVS pro nobis & heredibus noſtris firmiter & fideliter ſpondemus, omnes & ſingulos *barones*, *uaſallos* & *nobiles* terrae OPPAVIAE, prout nos ipſi noſtras dedimus & tradidimus peculiares literas, quarum tenor talis eſt:

Vaſallorum ac ſubditor. tueri PRIVILEGIA.

Formula quae ſequitur.

Nos NICOLAVS *dei gratia dux* OPPAVIAE ad uniuerſorum notitiam uoluimus peruenire, quod uolentes dilectos *fideles* noſtros *barones* & *nobiles* ipſius ducatus noſtri OPPAVIAE, quos pleno generoſo fauoris applauſu amplectimur, ad *debita* & *gratuita ſeruitia* procurare. Pollicemur eisdem, quod eos in illis omnibus *iuribus* & bonis *conſuetudinibus*, quae & quas *barones*, *nobiles regni* BOEMIAE & *marchionatus* MORAVIAE habent & obtinent, quibus & eos uti & gaudere uolumus, promittimus obſeruare, dantes eis has noſtras *literas*, noſtro *ſigillo* & *ſereniſſimi domini noſtri*, *domini* IOANNIS BOEMIAE & POLONIAE REGIS & comitis LVCENBVRGENSIS SIGILLIS SIGILLATAS, in teſtimonium praemiſſorum ſuper eo. Datum Brunnae anno domini M CCC XXXVIII. XIV. Calendas Auguſti. Et IOANNES *Dei gratia* BOEMIAE & POLONIAE REX ac LVCENBVRGENSIS comes ad inſtantiam & petitionem

Concepta 1338. *munitaque* ſigillis ſigillatis *litteris*, *tam* ducis, *quam regis.*

nem illuſtris *Nicolai*, *ducis oppauiae*, principis noſtri dilecti noſtra *ſigilla* ad maiorem praemiſſorum certitudinem duximus appendenda. Datum anno loco & die praedictis. Secundae uero literae talis eſt: Nos NICOLAVS dei gratia dux OPPAVIAE promittimus bona fide, quod dilectis fidelibus noſtris baronibus & nobilibus ducatus noſtri OPPAVIENSIS, quos gratia conſequimur ſpeciali, omnia priuilegia per *reges Boemiae* ipſis conceſſa, cum quibus iure apud nos iuuari debent & cum quibus apud ſereniſſimum dominum noſtrum dominum *Ioannem Boemiae & Poloniae regem* ac *Lucenburgenſem* comitem ſe iuuari debuiſſent & etiam potuiſſent; rata & grata habere uolumus & inconuulſa ſeruare ſub litterarum, quas ſub ſigillo noſtro una cum *ſigillis* ſereniſſimi domini noſtri, domini IOANNIS, *Boemiae & Poloniea regis* ac *Lucenburgenſis* comitis ſigillari curauimus, teſtimonio literarum. Datum *Brunnae* anno domini MCCCXXXVIII. XIII. Calendas auguſti, & nos IOANNES dei gratia BOEMIAE & POLONIAE rex ac *Lucenburg*. comes, ad inſtantiam & petitionem illuſtris NICOLAI ducis OPPAVIAE principis noſtri dilecti noſtra ſigilla ad maiorem praemiſſorum certitudinem praeſentibus duximus appendenda. Datum anno, die, loco praedictis; in eorum iuribus libertatibus PRIVILEGIIS & gratiis antiquitus & regibus Boemiae habitis & obtentis manutenere, ſeruare & inuiolabiliter cuſtodire eosque eisdem gratiis & iuribus uti facere & promittere plane uolumus & gaudere, adiicientes ad maiorem declarationem & euidentiam facti clariorem, quod ſi nos alicui uel aliquibus de terrigenis, nobilibus uel uaſallis *iuſtitiam* iuxta terrae conſuetudinem facere *recuſaremus*,

FORMVLA confirmationis regalis & D. OPPAVIAE promiſſionis.

Conceptae 1338.

Cum clauſula APPELLATIONIS *liberae ad regem.*

ex tunc licite & ſine noſtra laeſione & offenſa ad dominum regem poterunt APPELLARE, ipſe autem dominus rex nos per ſuum nuntium ADMONERE debet de iuſtitia adhibenda & ſi nos tunc demum paſſi grauamen & iniuriam facere non curaremus, ex tunc ipſe dominus rex ſecundum TERRAE CONSVETVDINEM iuſtitiam eis facere tenebitur & debebit. In cuius rei *teſtimonium* praeſentes fieri & SIGILLI noſtri munimine iuſſimus communire. *Datum* in OLOMVZ die VIII. menſis Iulii anno domini MCCCXXXIX.

Qui tamen ducem ante admoneat.

Datum 1339.

DIPLOMA LXII.

Reſignatio oppidi ZVCKMANTEL, *Hermanſtadt*, uilla ARNOLDSDORFF, caſtrum EDELSTEIN cum AVRIFODINIS ibidem CIↃ CCCXXXIX.

NOS NICOLAVS *dei gratia* OPPAVIAE *dux* uniuerſis & ſingulis uolumus fore notum, quod nos recognoſcentes inobedientiam noſtram, qua *offendimus* oculos MAIESTATIS REGIAE domini noſtri regis BOEMIAE sereniſſimi volenteſque gratiam cum humanitate debita ſatisfactione condigna in *conſpectu regis* inuenire; praefato domino *regi* & heredibus ſuis in hereditatem perpetuam & hereditarie ſponte & libere, non compulſi, non coacti, nec aliquo ingenio ſeu dolo inducti ſeu deducti, oppidum ZVCKMANTEL cum Hermanſtad oppido & ARNOLDSDORFF, uilla & cum caſtro EDELSTEIN nec non aliis pertinentiis & AVRIFODINIS ſuis ibidem exiſtentibus & quae fieri poterunt in futurum, damus, tradimus & aſſignamus cum omnibus & ſingulis aliis iuribus nec non TERRITORIO ibidem & pertinentiis ſuis & cum pleno MERO & MIXTO DOMI-

NICOLAVS D Oppauiae 1339.

quod offenderit maieſtatem R. Boemiae

in ſatiſfactionem libere dat oppida & aurifodinas

cum territorio,

DOMINIO libertatibus iurisdictionibus BAYLIA & bayliа,
omnibus & ſingulis nobilibus & uaſallis homini- iudaeis
bus & IVDAEIS, aduocatia & iure patronatus *ec-*
cleſiarum & omnibus aliis uſibus utilitatibus, ob- *iuribusque*
uentionibus, fructibus, uſufructibus & afflictibus *aliis.*
ſuis, qui & quales ſunt, in quibusue rebus conſi-
ſtant uel conſiſtere poterunt in futurum, & pro-
ut nos tenuimus & poſſedimus quouis *titulo* &
modo per ipſum *dominum regem* ac heredes &
ſucceſſores ipſius hereditaria poſſidenda utenda
& perpetuo tenenda, de eisque diſpoſitionem ple-
nam damus & relinquimus eidem *domino regi* *Cum liber-*
heredibus & ſucceſſoribus ſuis BOEMIAE REGIBVS *tate alie-*
uendendi, donandi, permutandi & quouis mo- *nandi.*
do alio uel forma tanquam de rebus *propriis* &
hereditariis faciendi pro ipſius & eorum lubitu *Vti alia*
& uoluntate, promittentes pro nobis & heredibus *hereditatia.*
noſtris firmiter fideliter & pure contra praefatam
donationem & traditionem noſtram de bonis an-
te dictis & eorum pertinentiis, iuribus & fructi-
bus praenominatis omnibus ratam, gratam & fir-
mam perpetuis tenere & manere temporibus nec
unquam contrauenire per nos ac alium ſeu alios
quoquo modo; renunciantes in praemiſſis omni-
bus & ad omnia & eorum cuilibet omni actioni,
exceptioni, doli mali, nonnumeratae, non ſolu-
tae pecuniae, impetitioni, reſtitutioni in integrum
& alio quouis ſuffragio iuris canonici uel ciuilis
ac etiam conſuetudinarii, per quae uel eorum al-
terum uel aliquod nobis ac heredibus no-
ſtris poſſit aliquod ſuffragium tempore quolibet
afferri, etiam ſi de eis uel eorum aliquo ſit, de-
quo in genere uel in ſpecie de uerbo ad uerbum
eſſe & fieri ſpecialem oporteat mentionem; qui-
bus omnibus & ſingulis eorum eſſe & intelligi

Nn 3 uolu-

Datum Olmuz 1339.

uolumus per omnia ſpecialiter derogatum, harum noſtrarum teſtimonio literarum. *Datum* in *Olomuz* VIII. die menſis Iulii anno domini M CCCXXXIX.

DIPLOMA LXIII.

Archiepiſcopus TREVIRENSIS permittit regi Romanorum CAROLO comitatum RVPENENSEM & oppida MARCIAE & BASCONIAE pro *nouem millibus marcarum* argenti reddere CIↃCCCXLVIII.

BALDVINI aepiſcopi TREVIRENSIS 1348. *litterae, quibus teſtatur, ſe a* CAROLO IV. *Caeſare recemiſſe* COMITATVM, DVCATVM, ADVOCATIAM *pro* 19000. *marcis* *& ad* 50000 *marcas pro Caeſare expendiſſe.* *Quapropter ipſe* Lucenburgenſem *comitatum*

BALDEVINVS *dei gratia ſanctae* TREVIRENSIS *eccleſiae archiepiſcopus, ſacri imperii per* GALLIAM *archicancellarius*, notum facimus uniuerſis, quod, licet de uoluntate libera excellentiſſimi principis & domini noſtri CAROLI *Romanorum ac Boemiae regis* pro nobis ac noſtra eccleſia *Treuirenſi* comitatum de ROCHE cum *aduocatia* monaſteriorum STABVLENSIS & MALMVNDARIENSIS & oppidis MARCHIAE & HOTTONIAE & ducatu ſeu dominio DVRBVY & in RVLAND a manibus extraneorum, tanquam heres proximior, pro *decem nouem millibus marcarum argenti* boni & puri *LXIV. groſſos Pragenſes* pro marca qualibet computando reemimus & *recuperauimus*, pro quibus & aliis uariis pecuniarum ſummis, quae usque ad ſummam *quinquaginta millia marcarum* argenti praedictarum aſcendunt, pro praedicto domino noſtro a nobis & ab eccleſia noſtra *Treuirenſi* expoſitis in parato: idem dominus noſter *comitatum* LVCENBVRGENSEM, *marchionatum de* ARLVNO iure tamen DOTIS ſiue DONATIONIS propter *nuptias* inclitae BEATRICIS felicis recordationis IOANNIS olim *Boemiae regis* geni-

genitoris ipſius relictae, quae ſuper dicto *marchionatu* & rebus adſpectantibus obtinet ad uitae ſuae tempora duntaxat exceptis & ſibi ſemper ſaluis, *bona praedicta* cum omnibus oppidis, caſtris, fortalitiis, territoriis, munitionibus, uillis, redditibus, prouentibus, utilitatibus, obuentionibus, diſtrictibus, bonis, iuribus, dominiis, iurisdictionibus *altis* & *baſſis*, uaſallis fidelibus, caſtrenſibus, oppidanis & aliis hominibus, nobilibus & ignobilibus cum HVLDIS & *homogiis* & *attinentiis* & *pertinentiis* eorundem aliis uniuerſis, quae ab antiquo ad praemiſſa uel eorum aliquod ſeu ad ipſum *dominum noſtrum* pertinuerunt hactenus & iam pertinent uel quae in poſterum poterunt pertinere. Et ultra haec omnia caſtra, fortalitia, dominia, bona, *uallos* & *uillas* cum ſuis attinentiis, quae circa *Rhenum* ab illa parte, ubi oppidum *Popardienſe* ſitum exiſtit, habet & habebit *nobis* & *eccleſiae noſtrae* TREVIRENSI praepoſituris *Lucenburgenſi* & *Arlunienſi* absque uillis *Romiche* & MARCHARIN iuſto *uenditionis titulo* nos ac eccleſia noſtra TREVIRENSIS a dicto domino noſtro rege *obtinemus*, exceptis, quas praepoſituras dicto domino noſtro usque ad uoluntatem & *bene placitum* dimiſimus, *gubernatione* tamen eorundem nobis ut prius reſeruata, *ſubportauit* & *uendidit* & in nos plenarie transtulit, ita uidelicet, ut nobis dicta noſtra eccleſia cautionem uel has *literas* de nobis habens uel habentes pro dictis *pecuniarum ſummis nobis perſoluendis* praedicta *comitatus*, *marchionatum* & *dominia* munitiones & caſtra, iurisdictiones & omnia praedicta in toto uel pro parte communiter uel diuiſim, prout nobis magis placuerit, quibuscunque

Cum huldis & homagiis

uallis & uillis.

Popard.

uendiderit TREVIRENSI *eccleſiae.*

Cum pacto de reluendo.

Saluo iure alias cedendi. perſonis eccleſiaſticis uel ſecularibus, cuiuscunque ſtatus uel praeeminentiae fuerint, *obligare, impignorare* uel alias in perpetuum vel ad tempus diſtrahere & alienare libere ualeamus, prout haec omnia in *literis memorati domini*, deſuper confectis, latius & plenius continetur. Nos uero

Ob ſanguinis tamen proximitatem eidem domino noſtro, ob *ſanguinis* proximitatem, qua eidem coniungimur, ac ſuis heredibus ſpecialiter in praemiſſis proſpicere cupientes, ipſis promiſimus & promittimus in his ſcriptis, ut ipſi *dictos comitatus, marchionatum, aduocatiam, ducatus ſeu dominia & omnia oppida & bona* praedicta, his duntaxat exceptis, quae per *nos*

concesso iure protoemtionis, eccleſia *Treuirenſis*, cautionem uel has literas a nobis habens uel habentes, pro dictis pecuniarum ſummis nobis perſoluendis, obligari, impignorari, uendi uel alias in perpetuum uel ad tempus diſtrahi uel alienari contigerit, pro *quinquaginta millibus marcarum argenti* praedictis: nobis eccleſiae noſtrae praedictae, cautionem uel has literas a nobis habenti uel habentibus, ſimul & ſemel primitus perſoluendis, niſi nos eccleſia noſtra Treuirenſis cautionem uel has literas a nobis uel habentes ex aliqua obligatione *impignoratione, uenditione, diſtractione* uel *alienatione* certas pecuniarum ſummas, quae tamen ipſe dominus noſter *rex* & ſui heredes praedicti mani-

Pecuniam leuare, geld haben. feſte probare poterunt & debebunt, *leuaremus*, quas ſummas ſic *leuatas* in dictis *quinquaginta millibus* uolumus defalcari a nobis & noſtra *Treuirenſi* eccleſia cautionem uel has literas a nobis habenti uel habentibus retinere & ad ſe, quandocunque eis *placuerit, recuperare* & tandem omnia praemiſſa, ſicut ipſorum *ueri domini*, poſſidere, tenere & iuxta propriae uoluntatis arbi-

trium

trium de ipſis diſponere libere poſſint & ualeant, ſicuti prius dictū,& prout ipſis uiſū fuerit expedire. In cuius rei *teſtimonium ſigillum* noſtrum praeſentibus eſt appenſum. Datum *Coloniae* anno domini M CCC XLVIII. d. XVII. menſes Februar. Datum *Coloniae* 1348.

DIPLOMA LXIV.

Archiepiſcopus TREVIRENSIS recognoſcit: ſe uidiſſe literas LVDOVICI IV. *Romanorum imperatoris*, conceſſas IOANNI regi *Boemiae* ſuper infeudatione regni *Boemiae* CIↃ CCC XXXV.

BALDEVINVS *dei gratia &c. recognoſcimus* nos *literas* infra *ſcriptas* omni carentes ſuſpicione, uero *ſigillo pendente* eius, de quo in ipſis literis ſit mentio, prout prima facie apparebat *ſigillatas* uidiſſe ac de uerbo ad uerbum prolegi feciſſe tenoris & continentiae in haec uerba: BALDVINI *aepiſcopi* TREVIRENSIS *teſtimonium lecti authentici*. LVDVICVS *dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus* uniuerſis praeſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum ad uniuerſitatis noſtrae notitiam uolumus peruenire; quod nos, attendentes grata & fructoſa obſequia, quae nobis & imperio illuſtris IOANNES *Boemiae* & *Poloniae rex*, princeps noſter dilectus, iam dudum exhibuit & impendit ac impendere poterit in futurum nec non graues *expenſas & labores* uarios, quos ſuſtinuit circa noſtram perſonam & *regnum Romanum*; promittimus eidem bona fide, tenore praeſentium, quod nos, toto poſſe noſtro, contra omnes homines *aſſiſtemus* in ſuis *regnis*, *dominiis aliis*, *honoribus*, *iuribus* quibuſcunque habitis ac iuſte ac rationabiliter habendis in futurum, ultra *Rhenum & circa*, quandocunque & quoti- Diplomatis LVDOV. IV. imperatoris. *In quo Regi* Boemiae IOANNI, *ob auxilia praeſtita in promotione ad imperium polliceti[?] dur[?] a[?] mutuum auxilium.*

 ens-

enſcunque fuerit, maſcule retinendis & etiam his recuperandis & adipiſcendis, quae ad ipſum & dicta regna & dominia debent & conſueuerunt pertinere, ac ſpecialiter omnia caſtra, terras, poſſesſiones, dominia & iura quaecunque, quae *unquam* poſſedit diuae memoriae *rex* WENCESLAVS, ſocer ſuus, ubicunque fuerint, dum uixit in partibus POLONIAE CRACOWIAE, MISCENSI terra & alibi ac promittimus & efficiemus pro poſſe noſteo, quod idem rex *Boemiae* eisdem pacifice gaudere ualeat & eum in iisdem tuebimur ac etiam ſibi concedemus in *feudum* ac *defendemus* inſuper omnia *priuilegia* ſibi & ſuis praedeceſſoribus in *regnis*, dominiis antedictis, coniunctim uel diuiſim conceſſa & indulta, omnes *gratias & libertates & donationes a regibus Romanorum* ſeu *imperatoribus* factas innouamus & praeſentibus confirmamus; promittimus etiam, ſi contingat, *ducem* LOTHARINGIAE, BRABANTIAE & LIMBVRGI, & conſanguineos dicti regis decedere, liberis proprii corporis non relictis; quod nos eidem domino *regi Boemiae* in *ducatibus* anantedictis, cum eorum iuribus & pertinentiis adipiſcendis & retinendis, ſicut proximiori *duci*! toto poſſe noſtro; *contra omnes homines aſſiſtemus* & in omni alio dominio, in quo ſucceſſor ſuus legitimus deberet ſuccedere & de iisdem ipſum *regem infeodabimus* ac omne ius, quod *nos*, ratione *imperii*, poſſemus petere in *dicta ſucceſſione* eidem *regi Boemiae* libere remittemus. Item promittimus, quod nos ipſum *regem* nec *ultra montes* nec *citra* ad *parlamentum* uel EXPEDITIONEM noſtram, PRIVATAM uel PVBLICAM, ſine eius uoluntate! irrogemur ultra *priuilegia* ſibi uel ſuis praedeceſſoribus a diuis *Romanorum regibus ſeu impe-*

Sigillatim pro conſecutione regnorum Boemiae *&* Poloniae *terrae* Miſnenſis.

II) horum inueſtituram.

III) Spem ſuccedendi in Lotharingiam, Brabantiam Limburg.

IV) immunitatem ab expeditione *Romana.*

imperatoribus conceſſa, nec propter hoc offenſam noſtram incurret uel indignationem. Item promittimus, quod ipſum regem Boemiae, *nobiles*, *uaſallos*, *caſtrenſes*, *miniſteriales*, *ciues*, *oppidanos* & quoscunque ſubditos, eccleſiaſticos uel ſeculares, ſuorum regnorum & dominiorum, ſeruabimus & tuebimur per *ſacrum imperium in libertatibus*, *bonis*, *conſuetudinibus & ſtatutis* ſuis huc uſque per eos habitis & uſitatis, & quod nullum ex praemiſſis ad IVDICIVM CVRIAE NOSTRAE EVOCABIMVS nec euocari permittemus, quamdiu idem *rex* querelantibus de eis paratus fuerit, facere iuſtitiae complementum. Item promittimus procurare & efficere pro poſſe noſtro, quod DVX AVSTRIAE omnes literas, quas habet, uirtute quarum aliquod ius ſibi poſſet uindicare in REGNO BOEMIAE uel eius appendentiis & in nobilibus, ciuibus & incolis dicti regni reſtituet, quas etiam uiuente *domino* HENRICO ROMANORVM IMPERATORE, bonae memoriae! reddere promiſit. Item promittimus, procurare & efficere pro poſſe noſtro, quod RVDOLPHVS, *dux Bauariae*, *germanus noſter* omnes literas *obligationum* & *promiſſionum*, quae habet & habuit ab eodem *rege* & *uenerabili* BALDEVINO, *Treuirenſi archiepiſcopo*, principe noſtro dilecto, ſigillis eorum *ſigillatas*, occaſione PROMOTIONIS facienda de eodem *regno Boemiae in regnum Romanorum*, per ipſum ducem reſtituet. Item cum DVX AVSTRIAE tenet in *Morauiae* quaſdam terras, uidelicet *Snoymam* caſtrum & oppidum, *Boerlitz* oppidum, cum eorum pertinentiis pro certa pecuniae ſumma obligatas; & quidem pars dictae pecuniae ſit ſoluta; promittimus dictum ducem ad hoc inducere, ut dictas terras caſtrum & oppida cum eorum uniuer-

V) Tutelam ſubditorum.

VI) de non adpellando *ad curiam imperialem.*

VII) reſtitutionem litterarum *ab* Auſtriacis *in Boemiam.*

VIII) reſtitutionem chirographi, *in ſpem* IMPERII.

IX) Auſtriaci ducum reſtitutionem Morauiae *locorum.*

X) reſtitutionem pecuniae effuſae in ſpem conſequendi imperii.

niuerſis *attinentiis eidem regi reſtituet*, mediante ſumma pecuniae, ut tenetur. Item promittimus, quod ſummas *pecuniarum* promiſſas & adhuc ſoluendas nobilibus uiris *Gorriciae comiti*, *Iuliacenſi*, Adolpho comiti de *monte* & Ottoni de *Kuk*, a dicto *rege Bohemiae* occaſione ſuae PROMOTIONIS in REGEM ROMANORVM e isdem perſoluemus, iuxta ſuarum continentiam literarum a dicto rege Boemiae ipſis conceſſarum & eidem dictas literas ſuas obligatorias ſuper dictis pecuniarum ſummis datas liberas reſtitui procurabimus & faciemus.

XI) Egrenſis terrae oppignorationem.

Item obligamus ſibi pro *decem millibus marcarum* argenti terram EGRENSEM & caſtra *Flozz* & *Parckſtein* cum omnibus regalibus, dominiis, mero & mixto imperio, fructibus, reditibus, iuribus & aliis quibuscunque pertinentiis pro EXPENSIS factis, per eundem *occaſione* PROMOTIONIS NOSTRAE in ROMANORVM REGEM, quousque ſibi ac ſuis heredibus de dicta ſumma integre fuerit ſatisfactum percipiendis ſibi & heredibus ſuis in ſortem minime computandis. In quorum omnium teſtimonium has literas SIGILLO MAIESTATIS *noſtrae regiae* (†) iuſſimus communiri. DATVM *Carolinae* ſecunda nonas Decembris, an-

XII) compenſationem eorum, quae expendit in promotione ad imperium.

Datum 1335.

(†) Eſt hoc diploma rerum iuriumque ualde inſignium. 1) quod mortuo *Henr. VII.* imperatore, *regis Boemiae*, *filius* habuerit ſpem, ut eligeretur in Romanorum regem, 2) ideo plures ordines corruperit nummis, 3) nuntium miſerit iuri ſuo in gratiam candidati imperii *Ludouici IV. Bauari*, 4) ab hoc fuerit pretio corruptus, 5) in ius uocauerit *Poloniae* regnum & 6) *Miſnenſia* aliqua, 6) *expectatiuam* conſecutus ſit in *Lotharingiam*; *Brabantiam*; *Limburgum*, 8) iam tum priuilegio de *non euocando* tuta Boemia, niſi in caſu denegatae iuſtitiae, 9) *Boemia* teneatur ad *expeditionem Romanam* mereaturque nomen in *matricula imperii*, 10) Auſtriacos ius ſibi ſumpſiſſe in Boemiam, 11) *Egrenſia* a Germaniae limitibus auulſa, 12) authentici lecti teſtimonium ſingulare & quae ſunt eiusmodi.

NO-

no domini M CCC XXXV. die XVIII. menſis Auguſti.

DIPLOMA LXV.

Patriarcha AQVILEGIENSIS recognoſcit duos *quaternos* euangeliis, per *ſanctum* MARCVM ſcriptos, imperatori tradidiſſe CIↃ CCC LVII.

NICOLAVS *dei gratia ſanctae ſedis* AQVILEGIENSIS *patriarcha* notum facimus, tenore preſentium uniuerſis: quod cum ſereniſſimus & inuictisſimus princeps & dominus, dominus CAROLVS *Romanorum ſemper auguſtus & BOEMIAE rex* illuſtris dominus noſter generoſus ante *ſuſceptam imperialem dignitatem* ſub titulo *Romani regis* terras & dominium *patriarchatus* accederet ad *orbem Romanam* pro adipiſcendis *imperialibus inſulis* profecturus ac ad *oppidum noſtrum* uenit, cum *principibus*, *baronum* & *procerum* copia declinaret nosque ſibi cum *epiſcoporum*, *abbatum*, *praelatorum*, *cleri ac populi copioſa multitudine* obuiam' *processionaliter* ueniſſemus, intra alias RELIQVIAS, quae pro *honore Dei* & ad *reuerentiam tanti principis* uidebantur ibidem, ipſe EVANGELIVM SCRIPTVM MANV BEATI MARCI EVANGELISTAE OCVLIS ſuae deuotionis aſpexit & ſibi oblatum OSCVLIS & HMPLEXIBVS ſub omni honore ſuſcipiens, deſiderauit: ut ALIQVA PARS eiusdem EVANGELII donaretur eidem, quo FELIX RECNVM SVVM BOEMIAE EXVLTATARET in domino & eius *regnicolae* inde deuotionis ſuſcepta conſolationis ſpiritualis grato ſubſidio in ſalutis ſuae compendia laetaretur: nos igitur, *deuotione* intima tanti principis rite pen-

NICOLAI *patriarchae* AQVILEGIENSIS *teſtimonium*, 1357.

quod CAROLVS IV. *imperator*

uenerit Aquileiam & proceſſionaliter exceptus ſit, oſtenſo ei S. MARCI EVANGELIO AVTHENTICO.

Rogaſſe imperatorem, ut paginas aliquot illi donarentur.

Tandem conſenſum eſſe in DONATIONEM *duorum* QVATERNIORVM.

Quos in aureis tabulis ſecum ſumpſerit in Boemiam. Verba LATINE *ſcripta.*

Datum 1357.

penſata, CONVOCATO nihilominus raptim EPISCOPORVM PRAELATORVM & aliorum noſtrorum SAPIENTVM CONSILIO ſano, rei ipſius conditione examine diligenti *cribata* & deliberatione prouide diſcuſſionis adducta, animo deliberato & ibidem praeſentium uoto communi praefatorum dominorum noſtrorum DVOS QVATERNOS eiusdem EVANGELII VLTIMOS IPSIVS MAIESTATI LIBERALITER duximus, EROGANDOS, quos ipſe cum *Dei timore* reuerenter accipiens in TABVLIS certis, auro, gemis & margaritis pretioſis mirabiliter & magnifice *ornatas* repoſuit & ſub magno *celebritatis honore* intra *officii ſolemnia* huiusmodi gratus ſibi & deſideranter quaeſitas RELIQVIAS QVOTIDIANAE DEVOTIONIS ſolertia ueretur. Principium autem QVATERNORVM eſt in haec uerba: ET SICVTVS INCEPIT EAM ET MORTVVS EST: finis autem talis eſt: ILLI AVTEM PROFECTI PRAEDICAVERVNT VBIQVE, COOPERANTE ET SERMONEM CONFIRMANTE *ſequentibus ſignis Amen.* In cuius rei *teſtimonium* (*) praeſentes fieri & noſtri ſigilli robore iuſſimus communiri. Datum in noſtro caſtro *Vtin.* die XV. Menſis Nouembris anno domini M CCC LVII. indictione decima.

(*) Eſt hoc teſtimonium faciendum maximi. Nam VENETI hodieque oſtendunt *authenticum* idem *S. Marci*, exaratum in uerbis, ob temporis uetuſtatem, uix *legibilibus* Neque enim uideri poteſt, utrum ſcriptura *Graeca* ſit, an *Latina*. Sed porro dubitandum non eſt: hoc exemplum ſiue authenticum eſſe Latinum. Quod nos in ex· e rptis docet PATRIARCHA. Veneti igitur posſident huius euangelii partem. Pars autem Carolina haud dubie periit in Boemiae regno Huſſitarum improbo furore. Quo etiam innumera SS. RELIQVIARVM genera alia, quibus gauiſus *Carolus IV.* perdita & combuſta ſunt.

DIPLO·

DIPLOMA LXVI.

Confirmatio infeudationis oppidi PLAVEN ad *regnum* BOEMIAE & quod nulli REGVM liceat dimembrare CIϽ CCC LVI.

RVPERTVS *dei gratia comes* PALATINVS *Rheni ſacri imperii Romanorum architapifer & Bauariae dux* ad perpetuam rei memoriam. Inter multiplices imperialium ſolicitudinum meditationes, quibus *ſerenisſimi* ac *inuictisſimi* principis & domini, domini CAROLI QVARTI diuina fauente clementia *Romanorum imperatoris ſemper auguſti & Boemiae regis illuſtris*, *domini noſtri generoſi*, generoſus animus pro grata ſubditorum quiete hinc inde diſtrahitur ad deſideratum & felix *augmentum* inſignis ſui *regni Boemiae* oculos deliberationis ſuae, ſicuti dignum eſt ſua generoſitate, conuertit tantoque ſolertius de ipſius meditatur augmento, quanto ex ſuarum dilatione propaginum uel a membro nobili *ſacrum romanum imperium* non ambigitur laudabilius honorari. Nam ſicut ex *diuiſione regnorum* calamitates odioſae conſurgunt & horrenda *ſeditionis* ſcandula, fidelium regnicularum quies tranquilla confunditur: ſic *multiplicatis* & adiuuatis regni *iuribus* in pacis pulchritudine fiduciae tabernaculis & opulenta requie fidelis populus conquieſcit gratisque gratulatur commode ſub grato reregimine principis generoſi. Sane ſicut notorium eſſe dignoſcitur, qualiter *nobilis uir* quondam HENRICVS *ſenior de* PLAVEN oppidum ſuum PLAVEN cum *uillis territoriis*, *diſtrictibus*, *montibus*, *collibus*, *uallibus*, *planis*, *cenſibus*, *reditibus*, *prouentibus*, *utilitatibus*, *agris*, *cultis*

RVPERTI *electoris* PALATINI 1356. *litterae*, *quibus teſtatur conſentiſſe* CAROLVM IV *imperatorem*, *pro incremento regni* Boemiae, *adeoque S. R. I. ipſius* *ab* HENRICO *domino de* PLAVEN

hoc oppidum cum territorio & acceſſoriis, *tis & indultis*, *ſyluis*, *rubetis*, *nemoribus*, *aquis*, *aquarum decurſionibus*, *piſcationibus*, *uenationibus*, *aucupationibus*, *nec non* VASALLIS, FEVDIS, FEVDATARIIS MILITIBVS, *clientibus ciuibus*, *iudicibus*, *ſcultetis*, *ruſticis*, *emphiotis & ad glebam adſtrictis*, uiis, inuiis, uirgultis, paſcuis, pratis, ſtagnis, lacubus, molendinis, honorantiis emolumentis, tallis, poenis, mulctis iudicialibus atque undecunque prouenientibus & cum omnibus & ſingulis metis, gadibus, iuribus, iurisdictionibus, dominiis, utilitatibus & directis greniciis, circumferentiis & limitibus, quibus a circumiacentibus undique bonis aliis *circumferentialiter* praedicta & eorum ſingula ſunt diſtincta, nec non cum uniuerſis & ſingulis dictorum oppidi & bonorum *iuribus* & *pertinentiis* habitis & habendis, praeſentibus & futuris, in quibuscunque rebus conſiſtent uel quocunque modo in poſterum orirentur, retroa-

uti olim fecerit IOANNES R. BOEMIAE. ctis temporibus ab *inſignis memoriae sereniſſimo principe domino* IOANNE, *quondam rege* BOEMIAE genitore praedicti sereniſſimi domini noſtri domini *imperatoris* & a *corona regni Boemiae ſuſcepit* in *feudum* ſeque de ipſis *inueſtire* petiit & ſicut *corporaliter inueſtitus* de eodem, quae omnia ab antiquo & ex *legitima ſucceſſione* a parentibus & progenitoribus ipſius ſuae

in praeſentia & cum conſenſu S. R. I. COELECTORVM, uera hereditatis proprietas extiterunt, prout *nobilis* HENRICVS de PLAVEN, a quo, in praeſentia principum COELECTORVM noſtrorum, ſpontanea & aperta *recognitione* & confeſſione, percepimus in *iure* uel *onere* VASALLAGICO ſeu feudali; eidem quondam IOANNI domino BOEMIAE REGI & CORONAE praedictae expreſſe *ſubmiſit* ex certa ſcientia & *ſubiecit* ac de praedicto oppido PLAVEN,

uillis

uillis & bonis & ceteris omnibus & ſingulis ſupra ſcriptis, tanquam de uero NOBILI FEVDO antedicto quondam domino IOANNI *regi* & *coronae Boemiae* FIDELITATIS & HOMAGII debitum & conſuetum praeſtitit iuramentum. *Iura* quoque ac *obſequia* ſubiectionis ac fidelitatis huiusmodi *regi* & *coronae* praefatis usque ad finem uitae ſuae tenuit & conſtanter excoluit. Ita poſt eiusdem quondam HENRICI *obitum nobiles uiri*, HENRICVS praedictus & *Henricus* frater ipſius, de PLAVEN, dicti quondam *Henrici ſenioris filii*, in ſupradicti domini noſtri *imperatoris* & *regis Boemiae* praeſentia conſtituti, ad inſtar eiusdem quondam *Henrici patris* ſui, oppidum PLAVEN uniuerſaliter cum omnibus & ſingulis ſuis iuribus & pertinentiis ſupradictis ab ipſo domino noſtro *imperatore*, ut a REGE BOEMIAE & a CORONA REGNI Boemiae, receperunt in *feudum* ſeque a maieſtate ſua, tanquam a rege Boemiae uero & *legitimo domino* ſuo, de praemiſſis *infeudari* ac INVESTIRI, ſicuti tenebantur ex debito, cum humilitate & reuerentia debite *petierunt* & ſibi, heredibus & ſucceſſoribus ſuis *Boemiae* regibus & eiusdem regni corona pro ſe, heredibus & ſucceſſoribus Boemiae regibus & eiusdem regni corona praeſtiterunt *homagii*, *obedientiae*, *ſubiectionis* & *debitae fidelitatis ſolita iuramenta*, deſiderans ergo magnopere idem dominus ſerenisſimus dominus noſter *imperator*, ut praedicti *regni* ſui *Boemiae* diutius optata *multiplicetur* felicitas & ubertatibus, commodis, *uaſallorumque nobilium* augmento felici proficiat, quibus quidem tam naturae proceritas quadam ſingulari influentia, quam *illuſtrisſimorum principum*, dominorum quondam *regum Boemiae*, praeclarae memoriae, laudabilia

in FEVDVM NOBILE *ſuſcepiſſe*.

Atque uaſallum

a corona Boemiae ſub nexu feudali iterum recepiſſe.

Praeſtitis
1] homagio,
2] obedientia,
3] ſubiectione,
4] fidelitate iurato.

dem & ueneranda ſtudia prouiderunt. Ad hoc praecipue aciem mentis ſuae conuertens, qualiter ſupra *ſcriptum feudum*, uidelicet oppidum PLAVEN cum *uillis*, & bonis ac *territoriis*, diſtri-ctibus & aliis omnibus ac ſingulis *expreſſatis* ſuperius, quae cum eodem *regno* ſuo immediate copulantur; pro illuſtrisſimorum principum, dominorum *regum Boemiae* & eiusdem regni coronae commodis & profectibus, ad *honorem ſacri imperii Romani* multum expediat, imo facere uideatur; tum quia oppidi, uillarum & bonorum eorundem *ſpatia*, dicti regni *Boemiae*, uelut inſignis *membri* & *maieſtatis Caeſareae* praecelſa requirit nobilitas; tum quia oppidum & bona iam dicta & loca ipſorum poſt *rapinas*, ſpolia, ſtrages ac ſeditiones innumeras & periculoſa diſcrimina, quibus *peregrinis* & *uiatoribus* tranſitus uetabatur; nunc, diuino propitiationis munere, in ſecuritate conſtituta & prouinciae, amoena *proſperitate* gaudentes, quibuslibet *mercatoribus*, *peregrinis* & perſonis aliis, iter agentibus, tutum acceſſum, ſtatum & progreſſum pollicentur, ut nunc ex hoc non ſolum dicti *regni Boemiae*, uerum aliarum terrarum & reipublicae commoda continuatis proſperitatibus augeantur: animo deliberato dirigente nihilominus & maturo NOSTRO & *aliorum* COMPRINCIPVM COELECTORVM noſtrorum, *ſpiritualium* & *ſecularium* & ALIORVM PRINCIPVM, COMITVM, PROCERVM, BARONVM & FIDELIVM ſacri IMPERII & ſuorum accedente conſilio, de certa ſcientia, habito reſpectu ad cauſſas euidentes, ſuperius iam expreſſas & ad alia motiua, quae *imperialem* eius *celſitudinem* ad hoc proſequendum rationabiliter inducebant, recepto ab eisdem *Henrico* & *Henrici fratribus fidelitatis* & *homagii*, ut prae-

Cuius nexus feudalis indicantur cauſae, etiam tangentes maieſtatem S. R. I.

Sigillatim ob ſecuritatem publicam in itineribus.

Conſenſu 1) coelectorum, 2) principum, 3) comitum, 4) procerum, 5) baronum, 6) fidelium *S. R. I.*

praemittitur, *iuramento* ſolito & ſolenni, *tactis* per eos *ſacroſanctis euangeliis*, ipſi domino noſtro, domino IMPERATORI, ut *regi Boemiae*, corporaliter praeſtito. Idem dominus noſter inuictiſſimus, ut *rex Boemiae*, ipſos de memorato feudo, adhibitis debitis & conſuetis *ſolemnitatibus*, inueſtiuit, imperiali perpetuis ualituro temporibus decernens edicto: ut praedicti HENRICVS & Henricus, *fratres* & *eorum*, in *feudo* ſeu oppido & bonis ſupra ſcriptis, HEREDES & SVCCESSORES, ex nunc in antea ſui, tanquam *regis Boemiae* & *coronae* regni ac ſucceſſorum regni Boemiae, *uaſalli* & *feudales* cenſeantur & ſint; oppidum quoque & bona omnia ſupra dicta per ipſos ab eodem domino noſtro, domino *imperatore*, ut a rege *Boemiae* & *corona* & ſucceſſoribus regibus Boemiae memoratis, *dependere* cenſeantur in *feudum*, realiterque dependeant &, tanquam talia ab ipſo & ab iisdem corona & ſucceſſoribus *regni Boemiae* perpetuo teneantur. Idemque *dominus* noſter & *corona* & ſucceſſores praedicti reges Boemiae omni iure, *eminentia*, SVPERIORITATE & *dominio*, quod & quae uero & legitimo & ordinario feudi domino in *feudalibus* & *uaſallagiis* eorum de *iure* uel *conſuetudine* competunt, inconuulſe & irreuocabiliter perpetuo absque quouis impedimento gaudeant & fruantur; cumque praefati *Henricus & Henricus*, *fratres*, de memoratis oppido, bonis & pertinentiis, tanquam uero feudo ab ipſo domino noſtro, domino imperatore, ut a rege, regno & corona Boemiae legitime dependente, ſibi tanquam REGI, domino NATVRALI, HEREDITARIO & ordinario ſuo, ſicut praemittitur, obedientiae, homagii & *ſubiectionis* debitae praeſtiterunt iuramentum, teneantur etiam & debeant heredes ac ſucceſſores eorum

Inauguratio facta adhibitis ſolemnibus.

Reſeruatis 1) eminentia 2) SVPERIORITATE.

Datum Olmuz 1339.

uolumus per omnia ſpecialiter derogatum, harum noſtrarum teſtimonio literarum. *Datum* in *Olomuz* VIII. die menſis Iulii anno domini M CCCXXXIX.

DIPLOMA LXIII.

Archiepiſcopus TREVIRENSIS permittit regi Romanorum CAROLO comitatum RVPENENSEM & oppida MARCIAE & BASCONIAE pro *nouem millibus marcarum* argenti reddere CIↃCCCXLVIII.

BALDVINI *archiepiſcopi* TREVIRENSIS 1348. *litterae, quibus teſtatur, ſe a* CAROLO IV. *Caeſare recepiſſe* COMITATVM, DVCATVM, ADVOCATIAM *pro* 19000. *marcis*

BALDEVINVS *dei gratia ſanctae* TREVIRENSIS *eccleſiae archiepiſcopus, ſacri imperii per* GALLIAM *archicancellarius*, notum facimus uniuerſis, quod, licet de uoluntate libera excellentiſſimi principis & domini noſtri CAROLI *Romanorum ac Boemiae regis* pro nobis ac noſtra eccleſia *Treuirenſi* comitatum de ROCHE cum *aduocatia* monaſteriorum STABVLENSIS & MALMVNDARIENSIS & oppidis MARCHIAE & HOTTONIAE & ducatu ſeu dominio DVRBVY & in RVLAND a manibus extraneorum, tanquam heres proximior, pro *decem nouem millibus marcarum argenti* boni & puri *LXIV. groſſos Pragenſes* pro marca qualibet computando reemimus & *recuperauimus*, pro quibus & aliis uariis pecuniarum ſummis, quae usque ad ſummam *quinquaginta millia marcarum* argenti praedictarum aſcendunt, pro praedicto domino noſtro a nobis & ab eccleſia noſtra *Treuirenſi* expoſitis in parato: idem dominus noſter *comitatum* LVCENBVRGENSEM, *marchionatum de* ARLVNO iure tamen DOTIS ſiue DONATIONIS propter *nuptias* inclitae BEATRICIS felicis recordationis IOANNIS olim *Boemiae regis* geni-

& ad 50000. marcas pro Caeſare expendiſſe.

Quapropter ipſe Lucenburgenſem comitatum

genitoris ipſius relictae, quae ſuper dicto *marchionatu* & rebus adſpectantibus obtinet ad uitae ſuae tempora duntaxat exceptis & ſibi ſemper ſaluis, *bona praedicta* cum omnibus oppidis, caſtris, fortalitiis, territoriis, munitionibus, uillis, redditibus, prouentibus, utilitatibus, obuentionibus, diſtrictibus, bonis, iuribus, dominiis, iurisdictionibus *altis* & *baſſis*, uaſallis fidelibus, caſtrenſibus, oppidanis & aliis hominibus, nobilibus & ignobilibus cum HVLDIS & *homogiis* & *attinentiis* & *pertinentiis* eorundem aliis uniuerſis, quae ab antiquo ad praemiſſa uel eorum aliquod ſeu ad ipſum *dominum noſtrum* pertinuerunt hactenus & iam pertinent uel quae in poſterum poterunt pertinere. Et ultra haec omnia caſtra, fortalitia, dominia, bona, *uallos* & *uillas* cum ſuis attinentiis, quae circa *Rhenum* ab illa parte, ubi oppidum *Popardienſe* ſitum exiſtit, habet & habebit *nobis* & *eccleſiae noſtrae* TREVIRENSI praepoſituris *Lucenburgenſi* & *Arlunienſi* absque uillis *Romiche* & MARCHARIN iuſto *uenditionis titulo* nos ac eccleſia noſtra TREVIRENSIS a dicto domino noſtro rege *obtinemus*, exceptis, quas praepoſituras dicto domino noſtro usque ad uoluntatem & *bene placitum* dimiſimus, *gubernatione* tamen eorundem nobis ut prius reſeruata, *ſubportauit* & *uendidit* & in nos plenarie transtulit, ita uidelicet, ut nobis dicta noſtra eccleſia cautionem uel has *literas* de nobis habens uel habentes pro dictis *pecuniarum ſummis nobis perſoluendis* praedicta *comitatus*, *marchionatum* & *dominia* munitiones & caſtra, iurisdictiones & omnia praedicta in toto uel pro parte communiter uel diuiſim, prout nobis magis placuerit, quibuscunque

Cum huldis *& homagiis*

uallis & *uillis.*

Popard.

uendiderit TREVIRENSI *eccleſiae.*

Cum pacto de reluendo.

perſonis, eccleſiaſticis uel ſecularibus, cuiuscunque ſtatus uel praeeminentiae fuerint, *obligare*, *impignorare* uel alias in perpetuum vel ad tempus diſtrahere & alienare libere ualeamus, prout haec omnia in *literis memorati domini*, deſuper confectis, latius & plenius continetur. Nos uero eidem domino noſtro, ob *ſanguinis* proximitatem, qua eidem coniungimur, ac ſuis heredibus ſpecialiter in praemiſſis proſpicere cupientes, ipſis promiſimus & promittimus in his ſcriptis, ut ipſi *dictos comitatus*, *marchionatum*, *aduocatiam*, *ducatus ſeu dominia & omnia oppida & bona* praedicta, his duntaxat exceptis, quae per *nos* eccleſia *Treuirenſis*, cautionem uel has literas a nobis habens uel habentes, pro dictis pecuniarum ſummis nobis perſoluendis, obligari, impignorari, uendi uel alias in perpetuum uel ad tempus diſtrahi uel alienari contigerit, pro *quinquaginta millibus marcarum argenti* praedictis: nobis eccleſiae noſtrae praedictae, cautionem uel has literas a nobis habenti uel habentibus, ſimul & ſemel primitus perſoluendis, niſi nos eccleſia noſtra Treuirenſis cautionem uel has literas a nobis uel habentes ex aliqua obligatione *impignoratione*, *uenditione*, *diſtractione* uel *alienatione* certas pecuniarum ſummas, quae tamen ipſe dominus noſter *rex* & ſui heredes praedicti manifeſte probare poterunt & debebunt, *leuaremus*, quas ſummas ſic *leuatas* in dictis *quinquaginta millibus* uolumus defalcari a nobis & noſtra *Treuirenſi* eccleſia cautionem uel has literas a nobis habenti uel habentibus retinere & ad ſe, quandocunque eis *placuerit*, *recuperare* & tandem omnia praemiſſa, ſicut ipſorum *ueri domini*, poſſidere, tenere & iuxta propriae uoluntatis arbitrium

Saluo iure aliis cedendi.

Ob ſanguinis tamen proximitatem

conceſſo iure protoemtionis,

Pecuniam leuare, geld haben.

trium de ipſis diſponere libere poſſint & ualeant, ſicuti prius dictũ,& prout ipſis uiſũ fuerit expedire. In cuius rei *teſtimonium ſigillum* noſtrum praeſentibus eſt appenſum. Datum *Coloniae* anno domini M CCC XLVIII. d. XVII. menſes Februar.

Datum *Coloniae* 1348.

DIPLOMA LXIV.

Archiepiſcopus TREVIRENSIS recognoſcit: ſe uidiſſe literas LVDOVICI IV. *Romanorum imperatoris*, conceſſas IOANNI regi *Boemiae* ſuper infeudatione regni *Boemiae* CIϽ CCC XXXV.

BALDEVINVS *dei gratia &c. recognoſcimus* nos *literas* infra *ſcriptas* omni carentes ſuſpicione, uero *ſigillo pendente* eius, de quo in ipſis literis ſit mentio, prout prima facie apparebat *ſigillatas* uidiſſe ac de uerbo ad uerbum prolegi feciſſe tenoris & continentiae in haec uerba: LVDVICVS *dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus* uniuerſis praeſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum ad uniuerſitatis noſtrae notitiam uolumus peruenire; quod nos, attendentes grata & fructoſa obſequia, quae nobis & imperio illuſtris IOANNES *Boemiae* & *Poloniae rex*, princeps noſter dilectus, iam dudum exhibuit & impendit ac impendere poterit in futurum nec non graues *expenſas & labores* uarios, quos ſuſtinuit circa noſtram perſonam & *regnum Romanum*; promittimus eidem bona fide, tenore praeſentium, quod nos, toto poſſe noſtro, contra omnes homines *aſſiſtemus* in ſuis *regnis*, *dominiis* *aliis*, *honoribus*, *iuribus* quibuscunque habitis ac iuſte ac rationabiliter habendis in futurum, ultra *Rhenum & circa*, quandocunque & quoti-

BALDVINI *archiepiſcopi* TREVIRENSIS *teſtimonium lecti authentici* Diplomatis LVDOV. IV. imperatoris.

In quo Regi Boemiae IOANNI, *ob auxilia praeſtita in promotione ad imperium* pollicetur [illegible] *mutuum auxilium.*

enſcunque fuerit, maſcule retinendis & etiam his recuperandis & adipiſcendis, quae ad ipſum & dicta regna & dominia debent & conſueuerunt pertinere, ac ſpecialiter omnia caſtra, terras, poſſesſiones, dominia & iura quaecunque, quae *unquam* poſſedit diuae memoriae *rex* WENCESLAVS, ſocer ſuus, ubicunque fuerint, dum uixit in partibus POLONIAE CRACOWIAE, MISCENSI terra & alibi ac promittimus & efficiemus pro poſſe noſteo, quod idem rex *Boemiae* eisdem pacifice gaudere ualeat & eum in iisdem tuebimur ac etiam ſibi concedemus in *feudum* ac *defendemus* inſuper omnia *priuilegia* ſibi & ſuis praedeceſſoribus in *regnis*, dominiis antedictis, coniunctim uel diuiſim conceſſa & indulta, omnes *gratias & libertates & donationes a regibus Romanorum* ſeu *imperatoribus* factas innouamus & praeſentibus confirmamus; promittimus etiam, ſi contingat, *ducem* LOTHARINGIAE, BRABANTIAE & LIMBVRGI, & conſanguineos dicti regis decedere, liberis proprii corporis non relictis; quod nos eidem domino *regi Boemiae* in *ducatibus* antedictis, cum eorum iuribus & pertinentiis adipiſcendis & retinendis, ſicut proximiori *duci* toto poſſe noſtro; *contra omnes homines aſſiſtemus* & in omni alio dominio, in quo ſucceſſor ſuus legitimus deberet ſuccedere & de iisdem ipſum *regem infeodabimus* ac omne ius, quod *nos*, ratione *imperii*, poſſemus petere in *dicta ſucceſſione* eidem *regi Boemiae* libere remittemus. Item promittimus, quod nos ipſum *regem* nec *ultra montes* nec *citra* ad *parlamentum* uel EXPEDITIONEM noſtram, PRIVATAM uel PVBLICAM, ſine eius uoluntate irrogemur ultra *priuilegia* ſibi uel ſuis praedeceſſoribus a diuis *Romanorum regibus ſeu* impe-

Sigillatim pro conſecutione regnorum Boemiae *&* Poloniae *terrae* Miſnenſis.

II) horum inueſtituram.

III) Spem ſuccedendi in Lotharingiam, Brabantiam Limburg.

IV) immunitatem ab expeditione *Romana.*

imperatoribus conceſſa, nec propter hoc offenſam noſtram incurret uel indignationem. Item promittimus, quod ipſum regem Boemiae, *nobiles*, *uaſallos*, *caſtrenſes*, *miniſteriales*, *ciues*, *oppidanos* & quoscunque ſubditos, eccleſiaſticos uel ſeculares, ſuorum regnorum & dominiorum, ſeruabimus & tuebimur per *ſacrum imperium in libertatibus*, *bonis*, *conſuetudinibus & ſtatutis* ſuis huc uſque per eos habitis & uſitatis, & quod nullum ex praemiſſis ad IVDICIVM CVRIAE NOSTRAE EVOCABIMVS nec euocari permittemus, quamdiu idem *rex* querelantibus de eis paratus fuerit, facere iuſtitiae complementum. Item promittimus procurare & efficere pro poſſe noſtro, quod DVX AVSTRIAE omnes literas, quas habet, uirtute quarum aliquod ius ſibi poſſet uindicare in REGNO BOEMIAE uel eius appendentiis & in nobilibus, ciuibus & incolis dicti regni reſtituet, quas etiam uiuente *domino* HENRICO ROMANORVM IMPERATORE, bonae memoriae! reddere promiſit. Item promittimus, procurare & efficere pro poſſe noſtro, quod RVDOLPHVS, *dux Bauariae*, *germanus noſter* omnes literas *obligationum* & *promiſſionum*, quae habet & habuit ab eodem *rege* & *uenerabili* BALDEVINO, *Treuirenſi archiepiſcopo*, principe noſtro dilecto, ſigillis eorum *ſigillatas*, occaſione PROMOTIONIS facienda de eodem *regno Boemiae in regnum Romanorum*, per ipſum ducem reſtituet. Item cum DVX AVSTRIAE tenet in *Morauiae* quasdam terras, uidelicet *Snoymam* caſtrum & oppidum, *Boerliz* oppidum, cum eorum pertinentiis pro certa pecuniae ſumma obligatas; & quidem pars dictae pecuniae ſit ſoluta; promittimus dictum ducem ad hoc inducere, ut dictas terras caſtrum & oppida cum eorum uniuer-

V) Tutelam ſubditorum.

VI) de non adpellando *ad curiam imperialem.*

VII) reſtitutionem litterarum *ab* Auſtriacis *in Boemiam.*

VIII) reſtitutionem chirographi, *in ſpem* IMPERII.

IX) Auſtriaci ducum reſtitutionem Morauiae *locorum.*

X) *reſtitutionem* pecuniae effuſae *in ſpem conſequendi imperii.*

niuerſis *attinentiis eidem regi reſtituet*, mediante ſumma pecuniae, ut tenetur. Item promittimus, quod ſummas *pecuniarum* promiſſas & adhuc ſoluendas nobilibus uiris *Gorriciae comiti*, *Iuliacenſi*, Adolpho comiti de *monte* & Ottoni de *Kuk*, a dicto *rege Bohemiae* occaſione ſuae PROMOTIONIS in REGEM ROMANORVM e isdem perſoluemus, iuxta ſuarum continentiam literarum a dicto rege Boemiae ipſis conceſſarum & eidem dictas literas ſuas obligatorias ſuper dictis pecuniarum ſummis datas liberas reſtitui procurabimus & faciemus.

XI) Egrenſis *terrae oppignorationem.*

Item obligamus ſibi pro *decem millibus marcarum* argenti terram EGRENSEM & caſtra *Flozz* & *Parckſtein* cum omnibus regalibus, dominiis, mero & mixto imperio, fructibus, reditibus, iuribus & aliis quibuscunque pertinentiis pro EXPENSIS factis, per eundem *occaſione* PROMOTIONIS NOSTRAE in ROMANORVM REGEM, quousque ſibi ac ſuis heredibus de dicta ſumma integre fuerit ſatisfactum percipiendis ſibi & heredibus ſuis in ſortem minime computandis.

XII) *compenſationem eorum, quae expendit in promotione ad imperium.*

In quorum omnium teſtimonium has literas SIGILLO MAIESTATIS *noſtrae regiae* (†) iuſſimus communiri.

Datum 1335.

DATVM *Carolinae* ſecunda nonas Decembris, an-

(†) Eſt hoc diploma rerum iuriumque ualde inſignium. 1) quod mortuo *Henr. VII.* imperatore, *regis Boemiae*, *filius* habuerit ſpem, ut eligeretur in Romanorum regem, 2) ideo plures ordines corruperit nummis, 3) nuntium miſerit iuri ſuo in gratiam candidati imperii *Ludouici IV. Bauari*, 4) ab hoc fuerit pretio corruptus, 5) in ius uocauerit *Poloniae* regnum & 6) *Miſnenſia* aliqua, 6) *expectatiuam* conſecutus ſit in *Lotharingiam*; *Brabantiam*; *Limburgum*, 8) iam tum priuilegio de *non euocando* tuta Boemia, niſi in caſu denegatae iuſtitiae, 9) *Boemia* teneatur ad *expeditionem Romanam* mereaturque nomen in *matricula imperii*, 10) Auſtriacos ius ſibi ſumpſiſſe in Boemiam, 11) *Egrenſia* a Germaniae limitibus auulſa, 12) authentici lecti teſtimonium ſingulare & quae ſunt eiusmodi.

no domini M CCC XXXV. die XVIII. menſis Auguſti.

DIPLOMA LXV.

Patriarcha AQVILEGIENSIS recognoſcit duos *quaternos* euangeliis, per *ſanctum* MARCVM ſcriptos, imperatori tradidiſſe CIↃ CCC LVII.

NICOLAVS *dei gratia ſanctae ſedis* AQVILEGIENSIS *patriarcha* notum facimus, tenore proſentium uniuerſis: quod cum ſereniſſimus & inuictisſimus princeps & dominus, dominus CAROLVS *Romanorum ſemper auguſtus &* BOEMIAE *rex* illuſtris dominus noſter generoſus ante *ſuſceptam imperialem dignitatem* ſub titulo *Romani regis* terras & dominium *patriarchatus* accederet ad *orbem Romanam* pro adipiſcendis *imperialibus inſulis* profecturus ac ad *oppidum noſtrum* uenit, cum *principibus*, *baronum* & *procerum* copia declinaret nosque ſibi cum *epiſcoporum*, *abbatum*, *praelatorum*, *cleri ac populi copioſa multitudine* obuiam *processionaliter* uenisſemus, intra alias RELIQVIAS, quae pro *honore Dei* & ad *reuerentiam tanti principis* uidebantur ibidem, ipſe EVANGELIVM SCRIPTVM MANV BEATI MARCI EVANGELISTAE OCVLIS ſuae deuotionis aſpexit & ſibi oblatum OSCVLIS & HMPLEXIBVS ſub omni honore ſuſcipiens, deſiderauit: ut ALIQVA PARS eiusdem EVANGELII donaretur eidem, quo FELIX REGNVM SVVM BOEMIAE EXVLTATARET in domino & eius *regnicolae* inde deuotionis ſuſcepta conſolationis ſpiritualis grato ſubſidio in ſalutis ſuae compendia laetaretur: nos igitur, *deuotione* intima tanti principis rite pen-

NICOLAI patriarchae AQVILEGIENSIS teſtimonium, 1357. quod CAROLVS IV. imperator uenerit Aquileiam & proceſſionaliter exceptus ſit, oſtenſo ei S. MARCI EVANGELIO AVTHENTICO.

Rogaſſe imperatorem, ut paginae aliquot illi donarentur.

Tandem conſenſum eſſe in DONATIONEM *duorum* QVATERNIORVM.

Quos in aureis tabulis ſecum ſumpſerit in Boemiam. Verba LATINE *ſcripta.*

Datum 1357.

penſata, CONVOCATO nihilominus raptim EPISCOPORVM PRAELATORVM & aliorum noſtrorum SAPIENIVM CONSILIO ſano, rei ipſius conditione examine diligenti *cribata* & deliberatione prouide diſcuſſionis adducta, animo deliberato & ibidem praeſentium uoto communi praefatorum dominorum noſtrorum DVOS QVATERNOS eiusdem EVANGELII VLTIMOS IPSIVS MAIESTATI LIBERALITER duximus, EROGANDOS, quos ipſe cum *Dei timore* reuerenter accipiens in TABVLIS certis, auro, gemis & margaritis pretioſis mirabiliter & magnifice *ornatas* repoſuit & ſub magno *celebritatis honore* intra *officii ſolemnia* huiusmodi gratus ſibi & deſideranter quaeſitas RELIQVIAS QVOTIDIANAE DEVOTIONIS ſolertia ueretur. Principium autem QVATERNORVM eſt in haec uerba: ET SICVTVS INCEPIT EAM ET MORTVVS EST: finis autem talis eſt: ILLI AVTEM PROFECTI PRAEDICAVERVNT VBIQVE, COOPERANTE ET SERMONEM CONFIRMANTE *ſequentibus ſignis Amen.* In cuius rei *teſtimonium* (*) praeſentes fieri & noſtri ſigilli robore iuſſimus communiri. Datum in noſtro caſtro *Vtin.* die XV. Menſis Nouembris anno domini M CCC LVII. indictione decima.

(*) Eſt hoc teſtimonium faciendum maximi. Nam VENETI hodieque oſtendunt *authenticum* idem *S. Marci*, exaratum in uerbis, ob temporis ueruſtatem, uix *legibilibus* Neque enim uideri poteſt, utrum ſcriptura *Graeca* ſit, an *Latina*. Sed porro dubitandum non eſt: hoc exemplum ſiue authenticum eſſe Latinum. Quod nos in exeptis docet PATRIARCHA. Veneti igitur posſident huius euangelii partem. Pars autem Carolina haud dubie periit in Boemiae regno Husſitarum improbo furore. Quo etiam innumera SS. RELIQVIARVM genera alia, quibus gauiſus *Carolus IV*. perdita & combuſta ſunt.

DIPLOMA LXVI.

Confirmatio infeudationis oppidi PLAVEN ad *regnum* BOEMIAE & quod nulli REGVM liceat dimembrare CIↃ CCC LVI.

RVPERTVS *dei gratia comes* PALATINVS *Rheni ſacri imperii Romanorum architapifer & Bauariae dux* ad perpetuam rei memoriam. Inter multiplices imperialium ſolicitudinum meditationes, quibus *ſereniſſimi* ac *inuictiſſimi* principis & domini, domini CAROLI QVARTI diuina fauente clementia *Romanorum imperatoris ſemper auguſti & Boemiae regis illuſtris, domini noſtri generoſi*, generoſus animus pro grata ſubditorum quiete hinc inde diſtrahitur ad deſideratum & felix *augmentum* inſignis ſui *regni Boemiae* oculos deliberationis ſuae, ſicuti dignum eſt ſua generoſitate, conuertit tantoque ſolertius de ipſius meditatur augmento, quanto ex ſuarum dilatione propaginum uel a membro nobili *ſacrum romanum imperium* non ambigitur laudabilius honorari. Nam ſicut ex *diuiſione regnorum* calamitates odioſae conſurgunt & horrenda *ſeditionis* ſcandula, fidelium regnicularum quies tranquilla confunditur: ſic *multiplicatis* & adiuuatis regni *iuribus* in pacis pulchritudine fiduciae tabernaculis & opulenta requie fidelis populus conquieſcit gratisque gratulatur commode ſub grato regimine principis generoſi. Sane ſicut notorium eſſe dignoſcitur, qualiter *nobilis uir* quondam HENRICVS *ſenior de* PLAVEN oppidum ſuum PLAVEN cum *uillis territoriis, diſtrictibus, montibus, collibus, uallibus, planis, cenſibus, reditibus, prouentibus, utilitatibus, agris, cul-*

RVPERTI electoris PALATINI 1356. litterae, quibus teſtatur conſentiſſe CAROLVM IV imperatorem, pro incremento regni Boemiae, adeoque S. R. I. ipſius

ab HENRICO domino de PLAVEN

tis

hoc oppidum cum territorio & acceſſoriis,

tis & indultis, ſyluis, rubetis, nemoribus, aquis, aquarum decurſionibus, piſcationibus, uenationibus, aucupationibus, nec non VASALLIS, FEVDIS, FEVDATARIIS MILITIBVS, *clientibus ciuibus, iudicibus, ſcultetis, ruſticis, emphiotis & ad glebam adſtrictis*, uiis, inuiis, uirgultis, paſcuis, pratis, ſtagnis, lacubus, molendinis, honorantiis emolumentis, tallis, poenis, mulctis iudicialibus atque undecunque prouenientibus & cum omnibus & ſingulis metis, gadibus, iuribus, iurisdictionibus, dominiis, utilitatibus & directis greniciis, circumferentiis & limitibus, quibus a circumiacentibus undique bonis aliis *circumferentialiter* praedicta & eorum ſingula ſunt diſtincta, nec non cum uniuerſis & ſingulis dictorum oppidi & bonorum *iuribus* & *pertinentiis* habitis & habendis, praeſentibus & futuris, in quibuscunque rebus conſiſtent uel quocunque modo in poſterum orirentur, retroactis temporibus ab *inſignis memoriae ſereniſſimo principe domino* IOANNE, *quondam rege* BOEMIAE genitore praedicti ſereniſſimi domini noſtri domini *imperatoris* & a *corona regni Boemiae ſuſcepit* in *feudum* ſeque de ipſis *inueſtire* petiit & ſicut *corporaliter inueſtitus* de eodem, quae omnia ab antiquo & ex *legitima ſucceſſione* a parentibus & progenitoribus ipſius ſuae uera hereditatis proprietas extiterunt, prout *nobilis* HENRICVS de PLAVEN, a quo, in praeſentia principum COELECTORVM noſtrorum, ſpontanea & aperta *recognitione* & confeſſione, percepimus in *iure* uel *onere* VASALLAGICO ſeu feudali; eidem quondam IOANNI domino BOEMIAE REGI & CORONAE praedictae expreſſe *ſubmiſit* ex certa ſcientia & *ſubiecit* ac de praedicto oppido PLAVEN, uillis

uti olim fecerit IOANNES, R. BOEMIAE.

in praeſentia & cum conſenſu S. R. I. COELECTORVM,

uillis & bonis & ceteris omnibus & ſingulis ſupra ſcriptis, tanquam de uero NOBILI FEVDO antedicto quondam domino IOANNI *regi* & *coronae Boemiae* FIDELITATIS & HOMAGII debitum & conſuetum praeſtitit iuramentum. *Iura* quoque ac *obſequia* ſubiectionis ac fidelitatis huiusmodi *regi* & *coronae* praefatis usque ad finem uitae ſuae tenuit & conſtanter excoluit. Ita poſt eiusdem quondam HENRICI *obitum nobiles uiri*, HENRICVS praedictus & *Henricus* frater ipſius, de PLAVEN, dicti quondam *Henrici ſenioris filii*, in ſupradicti domini noſtri *imperatoris* & *regis Boemiae* praeſentia conſtituti, ad inſtar eiusdem quondam *Henrici patris* ſui, oppidum PLAVEN uniuerſaliter cum omnibus & ſingulis ſuis iuribus & pertinentiis ſupradictis ab ipſo domino noſtro *imperatore*, ut a REGE BOEMIAE & a CORONA REGNI Boemiae, receperunt in *feudum* ſeque a maieſtate ſua, tanquam a rege Boemiae uero & *legitimo domino* ſuo, de praemiſſis *infeudari* ac INVESTIRI, ſicuti tenebantur ex debito, cum humilitate & reuerentia debite *petierunt* & ſibi, heredibus & ſucceſſoribus ſuis *Boemiae* regibus & eiusdem regni corona pro ſe, heredibus & ſucceſſoribus Boemiae regibus & eiusdem regni corona praeſtiterunt *homagii*, *obedientiae*, *ſubiectionis* & *debitae fidelitatis ſolita iuramenta*, deſiderans ergo magnopere idem dominus ſerenisſimus dominus noſter *imperator*, ut praedicti *regni* ſui *Boemiae* diutius optata *multiplicetur* felicitas & ubertatibus, commodis, *uaſallorumque nobilium* augmento felici proficiat, quibus quidem tam naturae proceritas quadam ſingulari influentia, quam *illuſtrisſimorum principum*, dominorum quondam *regum Boemiae*, praeclarae memoriae, laudabilia

in FEVDVM NOBILE ſuſcepiſſe.

Atque uaſallum a corona Boemiae ſubnexu feudali iterum recepiſſe.

Praeſtitis 1] homagio, 2] obedientia, 3] ſubiectione, 4] fidelitate iurato.

praemittitur, *iuramento* ſolito & ſolenni, *tactis* per eos *ſacroſanctis euangeliis*, ipſi domino noſtro, domino IMPERATORI, ut *regi Boemiae*, corporaliter praeſtito. Idem dominus noſter inuictiſſimus, ut *rex Boemiae*, ipſos de memorato feudo, adhibitis debitis & conſuetis *ſolemnitatibus*, inueſtiuit, imperiali perpetuis ualituro temporibus decernens edicto: ut praedicti HENRICVS & Henricus, *fratres* & *eorum*, in *feudo* ſeu oppido & bonis ſupra ſcriptis, HEREDES & SVCCESSORES, ex nunc in antea ſui, tanquam *regis Boemiae* & *coronae* regni ac ſucceſſorum regni Boemiae, *uaſalli* & *feudales* cenſeantur & ſint; oppidum quoque & bona omnia ſupra dicta per ipſos ab eodem domino noſtro, domino *imperatore*, ut a rege *Boemiae* & *corona* & ſucceſſoribus regibus Boemiae memoratis, *dependere* cenſeantur in *feudum*, realiterque dependeant & , tanquam talia ab ipſo & ab iisdem corona & ſucceſſoribus *regni Boemiae* perpetuo teneantur. Idemque *dominus* noſter & *corona* & ſucceſſores praedicti reges Boemiae omni iure, *eminentia*, SVPERIORITATE & *dominio*, quod & quae uero & legitimo & ordinario feudi domino in *feudalibus* & *uaſallagiis* eorum de *iure* uel *conſuetudine* competunt, inconuulſe & irreuocabiliter perpetuo abſque quouis impedimento gaudeant & fruantur; cumque praefati *Henricus & Henricus*, *fratres*, de memoratis oppido, bonis & pertinentiis, tanquam uero feudo ab ipſo domino noſtro, domino imperatore, ut a rege, regno & corona Boemiae legitime dependente, ſibi tanquam REGI, domino NATVRALI, HEREDITARIO & ordinario ſuo, ſicut praemittitur, obedientiae, homagii & *ſubiectionis* debitae praeſtiterunt iuramentum, teneantur etiam & debeant heredes ac ſucceſſores eorum

Inauguratio facta adhibitis ſolemnibus.

Referuatis 1) eminentia 2) SVPERIORITATE.

Officio uaſalli rite obſeruato, ſub poena priuationis feudi.

rum perpetuo, dum & quotiens *caſus euenerit*, dicto domino noſtro, heredibus & ſucceſſoribus eius, Bohemiae regibus & eiusdem regni coronae, praeſtare *iummenta* & facere *conſilia* ſub *poenis* omnibus, quae *uaſallorum negligentiis* & eiusdem regni Boemiae *negligentiis* infliguntur; *feodum* etiam praedictum, cum omnibus ab eo dependentibus, ſub omnibus conditionibus, modis & uerborum expreſſionibus, ut praemittitur, dicto *regno Boemiae* & ipſius regni *coronae* in perpetuum autoritate *imperiali*, ſaepe dictus dominus noſter, dominus *imperator*, de IMPERIALIS POTESTATIS PLENITVDINE, INCORPORAVIT, *adiunxit*, *appropriauit*, *applicauit*, *adnexit inſeparabiliter* & *uniuit*, ſupplens omnem defectum, ſi quis in his ex parte *ſolemnitatis* omiſſae, obſcuritatis, dubiae dictionis ſeu defectus *uerborum* ſeu *ſententiarum* uel alio quouis modo compertus fuerit, de iam dictae *imperialis plenitudine poteſtatis*, non obſtantibus quibuscunque *legibus*, *conſtitutionibus*, uel *conſtitutis publicis* ſeu *priuatis* aut *municipalibus* in contrarium *editis*, quibus omnibus, ſi & in quantum praecedentibus & ſubſequentibus eius intentionibus & factis in toto aut in parte contraire cenſentur, autoritate & poteſtate praedictis ſimpliciter *derogauit*. Decernens & ſanciens ſuo perpetuo *imperiali edicto*: quod non liceat alicui illuſtriſſimorum principum, dominorum regum *Boemiae*, ſucceſſorum ſuorum, praedictos *feudales* & *feudum* in toto uel in parte, quibusuis etiam ingenio, excuſatione, occaſione, adinuentione, ſiue colore quaeſitis, VENDERE, SCINDERE, ALIENARE, OBLIGARE, DIVIDERE, PERMVTARE, *aut aliquo modo a poteſtate regum & corona regni Boemiae remouere*; imo uerius feudales & feudum

Plenitudine imperialis poteſtatis.

omiſſa ſolemnia cauſae non noceant.

Addita lege de non alienando aut diuidendo a regum R. Boemiae.

feudum huiuſmodi, ſub omnibus modis & diſtinctionibus praelibatis per eosdem dominos *reges Boemiae* absque diminutione qualibet, ad praedicti REGNI *Boemiae* & felicis ipſius *coronae gloriam*; integra ac indiuiſa non ſolum debeant cuſtodiri, uerum etiam attentiſſime retineri. Quod ſi quis eorundem regum *Boemiae* in contemtum huiusmodi *imperialis edicti* & regis Boemiae praeiudicium, dictos *feudales* & *feuda* in toto uel in parte quibusuis ingeniis, titulis ſeu coloribus quaeſitis *uenderet*, alienaret, ſcinderet, obligaret aut etiam permutaret ſeu a Regno & corona regni *remoueret*, nulli poenae *corporali* ob hoc habeatur obnoxius, cum non ſit conueniens, *corporali poenae regiam* addici *maieſtatem*; ſed ipſum *regem* poenam & reatum *periurii* ipſo facto incurriſſe decreuit: principes uero, barones & nobiles alios quoscunque, cuiuscunque dignitatis, gradus, conditionis, ſtatusue exiſtant, qui ad uenditionem, obligationem, alienationem, permutationem ſeu remotionem huiusmodi aliquid operentur, ipſo facto INFAMES eſſe conſtituit & ut cadant ab omnibus ſuis iuribus & honore; & uniuerſa bona ipſorum, mobilia & immobilia, poſſeſſiones & praedia; ubicunque deprehenſa fuerint, in *uſus regum Boemiae confiſcentur*, ipſique tanquam *proditores*, *infideles*, rei CRIMINIS LAESAE MAIESTATIS, turbatores pacis & quietis fidelium, diſſipatores regni *Boemiae* & honoris *regalis*, ſint ab omnibus impune usque ad *mortem* & finale *ſupplicium* perſequendi ac ad perſecutionem ipſorum omnes indifferenter regnicolae regni Boemiae teneri debebunt fideliter & diligenter, ſub poena *perditionis* omnium iurium, libertatum, gratiarum & honorum, quibus *regalis*

Sub poena 1) infamiae, quia Rex non ſubeſt poenae corporali, 2) periurii.

Qui uero adiuuent alienationem 1) infames, 2) rei maieſtatis laeſae, 3) perduellionis, 4) ſupplicii, 5) confiſcationis bonorum.

gabis tum.

galis benignitas prouidit eisdem. Etiam teneantur domini regis *Boemiae* & ſint, uirtute iam dicti imperialis edicti, ad hoc ſpecialiter obligati, ut uidelicet hunc articulum de non uendendis, alienandis, permutandis, ſeu etiam remouendis *feudalibus* & *feudo* ſupradictis *iurent* inter alia, in principum, baronum & nobilium regni Boemiae praedicti praeſentia, tactis *corporaliter ſacris ſcripturis*, *euangeliis*, antequam de MANIBVS PRAGENSIS ARCHIEPISCOPI ſeu alterius epiſcoporum regni Boemiae coronati fuerint, ſeu ſacram acceperint unctionem, ut, ſub praedictis *poenis inflictis* ſeu infligendis, curent, praemiſſa omnia nihilominus & eorum ſingula in ſuo robore perpetuo perſeuerare. Nos igitur, qui ſumus RVPERTVS *ſenior*, *comes* PALATINVS *Rheni*, *ſacri imperii Romani archidapifer & Bauariae dux*, ex iisdem rationabilibus & euidentibus cauſis, quibus ante dictus ſereniſſimus princeps & dominus noſter, dominus imperator, circumſpecta ſua prouidentia motus fore dinoſcitur, & ex omnibus praedictis tanquam ex *motiuis legitimis*, *ſacri Romani imperii* magnificum ſtatum proſpicientibus, propenſius animati, ſuperdictis *infeudationi*, *incorporationi*, adiunctioni, appropriationi, annexioni & unioni, decreto, inhibitioni, ſtatuto, derogationi, *poenarum adiectioni* & omnibus aliis, quae expreſſantur & ſunt expreſſata ſuperius, uelut *comes* PALATINVS *Rheni*, *ſacri imperii archidapifer & Bauariae dux* ac princeps *elector*, animo deliberato & ſano praecedente conſilio, noſtrum beneuolum CONSENSVM adhibemus PRAESENTIBVS & ASSENSVM, ac ſupradicta omnia ac ſingula & eorum quodlibet in omnibus ſuis tenoribus, ſententiis, punctis & clauſulis, de uerbo ad uerbum, prout ſupra uidentur expres-

Inde RR. BOEMIAE *iurent*, *tactis SS. ſcripturis*, *antequam coronantur.*

Omnia haec teſtatur ARCHIPALATINVS.

Sigillatim incorporationem Boemiae R.

qua palatinus & *elector impertitque* ASSENSVM.

expreſſa, ex officii noſtri debito, *laudamus*, *approbamus*, *ratificamus* &, de certa noſtra ſcientia, *confirmamus pleniſſime*, perpetuis temporibus ualitura! Praeſentium, ſub noſtro ſigillo, teſtimonio literarum. *Datum* METIS anno domini CIↃ CCCLVI. in uigilia beati Andreae, apoſtoli. ***Datum 1356.***

DIPLOMA LXVII.

Marchionum MISNIAE & HASSIAE LANDGRAVIORVM confeſſio homagii ac fidelitatis, nouo Romanorum Regi, WENCESLAO, debitae an. CIↃ CCC LXXVI.

NOs FRIDERICVS BALTHAZAR & WILHELMVS *Marchiones* MISNENSES & *Landgrauii* THVRINGIAE, notum facimus tenore praeſentium uniuerſis: Quod de ſpeciali mandato ſereniſſimi principis ac domini, domini CAROLI *Romanorum imperatoris ſemper augusti & Boemiae regis, noſtri* domini glorioſi, de SCIENTIA etiam & VOLVNTATE *uniuerſorum imperii ſacri* PRINCIPVM ELECTORVM, bona fide promiſimus & *iurauimus*, tactis corporaliter ſacroſanctis euangeliis dei, ſereniſſimo principi ac domino, domino WENCESLAO in *regem Romanorum electo* & Boemiae regi: eum tenere ac habere *regem Romanorum* omnibus ſuae ac noſtrae uitae temporibus. Et poſtquam dictus dominus noſter *imperator*, quod deus adhuc diu auertat, de hac luce *migrauerit*, uel imperio *renunciauerit*; ex tunc uolumus & debemus, dicto domino noſtro regi *VVenceslao*, omnibus ſuae ac noſtrae uitae temporibus tanquam *Romanorum regi*, *in imperatorem promouendo* & uelut domi-

Marchionum MISNIAE *confeſſio clientelae an. 1376.*

praeſtandae WENCESLAO *nouo RR.*

Si quidem imperator uel mortuus uel nuntium miſerit imperio.

domino noſtro legitimo, ſine omni dolo nos eſſe obligatos, intendere ſibi ac fideliter *obedire*, nec non contra omnes homines cuiuscunque ſtatus, gradus ſeu conditionis exiſtant, qui uellent dictum dominum noſtrum *regem VVenceslaum* in imperio & eius tentione impedire, offendere uel etiam moleſtare, ſibi tota noſtra potentia fideliter aſſiſtere auxiliis & conſiliis opportunis. Nihilominus uolumus in fide *homagii* ad uitae ſuae tempora, uel donec dicto *imperio renunciauerit*, ut praefertur, iugiter permanere. Praeſentium, quibus noſtrae ſunt appenſa SIGILLA, teſtimonio literarum. DATVM *Norenberg* anno CIↃ CCC LXXVI.

Datum 1376.

DIPLOMA LXVIII.

AQVISGRANENSIS ciuitatis confesſio clientelae debitae nouo REGI R. WENCESLAO CIↃ CCC LXXVI.

AQVISGRANENSIVM *confesſio. clientelae an. 1376.*

NOs *magiſter conſulum, ſcabini, conſules, totaque communitas ciuitatis* AQVENSIS *notum facimus*, tenore praeſentium, uniuerſis: quod, de ſpeciali *mandato* ſerenisſimi principis ac domini, domini CAROLI, *Romanorum imperatoris* ſemper auguſti & Boemiae regis, domini noſtri generoſi, de ſcientia etiam & uoluntate *uniuerſorum imperii ſacri principum electorum*, bona fide promiſimus & *iurauimus*, *tactis corporaliter ſanctis Dei*, *ſerenisſimo* principi ac domino, domino WENCESLAO in *regem Romanorum electo* & Boemiae regi eum tenere & habere in Romanorum regem omnibus ſuae ac noſtrae uitae temporibus & poſtquam dictus dominus noſter imperator, quod deus adhuc diu auertat, de hac *luce migrauerit* uel imperio *renunci-*

iuſſu imperatoris

praeſtandae WENCESLAO *nouo RR.*

nunciauerit, ex tunc uolumus & debemus dicto domino noſtro *regi* WENCESLAO omnibus ſuae ac uitae noſtrae temporibus tanquam *Romanorum regi* in IMPERATOREM *promouendo* & uelut domino noſtro legitimo ſine omni dolo nos eſſe obligatos, intendere ſibi ac fideliter obedire. Nihilominus uolumus & debemus in *homagio*, *fide*, ac *deuotione* dicti domini noſtri *imperatoris* nunc & in futurum ſine omni dolo ad *uitae* ipſius tempora uel donec imperio dicto renunciauerit, ut praefertur, iugiter permanere. In quorum firmum *teſtimonium* pro nobis & noſtris ſucceſſoribus praeſentem literam dedimus & noſtrae ciuitatis ſigilli appenſione fecimus communiri. DATVM *Aquisgrani* anno domini M CCC LXXVI. in uigilia beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum.

Siquidem imperator mortuus aut nuntium miſerit imperio.

Datum Aquisgrani 1376.

DIPLOMA LXIX.

Formula mandati REGIS POLONIAE, CASIMIRI, quo legatos ſuos inſtruit ad IOANNEM BOEMIAE REGEM, cum ipſo ineundi pacem & transigendi de iure PRAETENSO in *regnum Poloniae* CIↃ CCC XLV.

IN nomine domini Amen. *Nouerint uniuerſi praeſentium inſpectores*, quod nos CAZIMIRVS *dei gratia rex* POLONIAE facimus, ordinamus & conſtituimus *nobiles uiros* ac *fideles* noſtros, dominos EPITKONEM caſtellanum noſtrum *Cracouienſem*, SBIGNEVM praepoſitum *Cracouienſis* eccleſiae, *cancellarium noſtrum* ibidem, *Petrum* caſtellanum SANDOMERIENSEM, Thomam de TAIANKAV & nimirum dictum *Mandroſia*

CASIMIRVS Poloniae R. 1345.

Legatos ſuos

inſtruit mandato, *pacificandi cum* Ioanne BOEMIAE R. milites noſtros *procuratores* & nuncios noſtros ſpeciales & omnes in ſolidum ad tractandum, ineundum, faciendum & formandum concordiam & pacis foedera cum sereniſſimo principe domino IOHANNE *rege* BOEMIAE & comite de *Luzemburgk* filiisque & heredibus ipſius ſuper omnibus ducatibus & terris REGNI POLONIAE ac

de praetenſo regno Poloniae IPSO REGNO, quod dictus *rex Boemiae impedit* & hactenus impediuit & hoc de concilio Magnifici & sereniſſimi principis domini & fratris nobis dilecti domini CAROLI *regis Hungariae* uel

Conciliatore pacis Carolo HVNGARIAE R. eorum, quos ad hoc de ſuo conſilio duxerimus deputandos ſic, quod, uirtute concordiae & ex praeſenti mandato noſtro nos poſſimus *obligare & terras noſtras* usque ad ualorem TRIGINTA

Limites eius ad 30000. ſexagen. groſſ. MILLIA ſexagenarum groſſorum *Pragenſis* ualoris ac numeri; nec non ad obligandum, quod facere nos teneamur per *milites* & *ſubditos* noſtros quoslibet & in omni loco, de quo ipſis uiſum

Sub obligatione ad obſtagium. fuerit, OBSTAGIVM & obligationes quaslibet & ſub poenis ac promiſſionibus quibuscunque nec non ad faciendum noſtro nomine & etiam petendas & recipiendas pro *nobis* quaslibet renuntiationes terrarum dominorum & tituli REGNI

Facultate renuntiandi iuribus altis & baſſis. POLONIAE, ſed & faciendum pacta, transactiones & praemiſſa quaelibet *alta* & *baſſa* & generaliter omnia & ſingula, ſine quibus praemiſſa uel eorum aliqua non poſſent commode expediri. Promittentes pro *nobis* & *heredibus noſtris* omnia tractata, CONCORDATA, *diffinita*, *promiſſa* & *firmata* ſeu etiam ordinata in praemiſſis & quolibet praemiſſorum per ipſos firmiter habere & bene & efficaciter implere nec non *firmare*, *ratificare*, *approbare & inuiolabiliter obſeruare*. In cuius rei teſtimonium ipſis patentes noſtras literas

literas dedimus noſtri MAIORIS SIGILLI appenſione munitas. ACTVM *in Cracouia* in caſtro in uigilia beati Laurentii leuitae & martyris, anno domini M CCC XLV. *Fide* MAIORIS SIGILLI *Datum* *1345.*

DIPLOMA LXX.

Promiſſio redditionis ciuitatum NAMSLAV, CREVTZBVRG, BYZIN pro *tribus millibus marcis* Polonici pagamenti CIↃ CCC XLVIII.

NOS KAZIMIRVS *Dei gratia rex* POLONIAE pro- mittimus tenore praeſentium bona fide excellentisſimis & magnificis dominis CAROLO *domini regis Boemiae* PRIMOGENITO, Marchioni MORAVIAE BOLESLAO & ſuis filius WECESLAO & LVDOVICO, Sleſiae, & NICOLAO OPPAVIAE *Rathiboris* aucibus ciuitates & munitiones *Namslauiam*, *Creuztburgk*, *Byzin & Cunzenſtat* nobis pro *tribus millibus marcarum groſſorum* denariorum *Pragenſium*, *Polonici* pagamenti per nos in feſto ſanctae trinitatis proxime obligandas ac omnes eorum literas, cuiuscunque tenoris fuerint, nobis nunc & in antea traditas ſuper illis, ſtatim poſtquam cautio *de ſoluendis* eisdem *tribus* dictarum marcarum *millibus* nobis facta fuerit & eorum promiſſa expleuerint, prout in eorum litteris huiusmodi continetur, reſtituere ac libere ſine quauis difficultate de eisdem cedere. In cuius *teſtimonium* praeſentes fieri & ſigilli noſtri munimine iuſſumus communiri. ACTVM & datum CRACOVIAE ſabatho poſt feſtum - - - domini proximo natiuitatis anno eiusdem M CCC LVIII.

KASIMIRVS R. Poloniae *an. 1348.* CAROLO Boemiae *primogenito & aliis familiae illius uendit pro 3000. marcar. Polonici payementi.* *De adimplendo contractu, ſolutione facta.* Actum Cracouiae 1348.

DIPLO-

DIPLOMA LXXI.

Promiſſio, quod Caſtrum BOLESLAVITZ uelit deſtruere. CIƆ CCC XXXV.

KAZIMIRI Poloniae R. promiſſio an. 1335

NOS KAZEMIRVS *Dei gratia rex* POLONIAE, omnibus & ſingulis tenore praeſentium uolumus eſſe notum; quod omnimodam *tranquillitatem* regnorum *Poloniae* & *Boemiae* fieri & commodum hominum & incolarum affectantes, nec non ſecuritatem *ſtratae publicae*, quae ducit de *Polonia* in ciuitatem *Vratislauiam* circa caſtrum *Boleslauitz*, ut tuti, ſecure & libere ipſas partes intrare & *ſtratam* ualeant atque poſſint, uolumus & promittimus fide recta poſt *deſtructionem caſtri* dicti *Boleslauitz* factam per me, magnificum principem dominum IOANNEM *illuſtrem Regem* BOEMIAE fratrem poſtium cariſſimum in feſto Epiphaniae proxime affuturo, prout ipſum diruere & dirui facere efficaciter promiſerit, aliud caſtrum *Boleslauitz* in eodem loco nunquam per nos & noſtros ſubditos ſeu alium uel alios quoscunque de cetero reparandum Si qui forte temerarie & alias ipſum caſtrum poſt ſui deſtructionem uellent aliqualiter reparare & reaedificare in eodem loco & alibi in ipſius diſtrictu; tunc ſtatim ſine temporis diſpendio nos cum ipſo *domino*, IOANNE, *rege* BOEMIAE *memorato* & alter noſtrum, qui primo poterit, tenebitur reaedificationem huiusmodi impedire, alter uero noſtrum, quam cito per alium fuerit requiſitus, ſuum proinde tenebitur praeſtare auxilium & iuuamen. Verum quod ſi forte praefatum caſtrum, non obſtantibus huiusmodi, quemcunque reaedificare aut reparare contingat, quod tunc nos cum domino rege *Boemiae*

pro ſecuritate ſtratae publicae deſtruendi caſtrum

ſub pacto de non reaedificando.

In gratiam R. BOEMIAE.

ad

ad ſui deſtructionem ſiue acquiſitionem decedere & ſalegare efficaciter tenebimur & debemus. Volumus inſuper ut omnia *bona* & *poſſeſſiones* cum omnibus & ſingulis pertinentiis & ipſarum diſtrictibus memoratis pertineant ad noſtrum *regnum Poloniae* cum omni iure quod & quæ ab antiquo noſcitur obtinuiſſe. Poſſeſſiones itaque aliae eiusdem diſtrictus ſiue caſtri, quae ad ducatus *Sleſiae* ſpectant, diſtincta maneant circa ipſas, prout ab antiquo noſcuntur extitiſſe. In cuius rei & teſtimonium &c. Actum & datum in *VViſegard* in *Hungaria* in die ſanctae Eliſabeth anno domini M CCC XXXV. *Saluo territorio.* Actum 1335.

DIPLOMA LXXII.

Regum Boemiae & Poloniae concordata CIↃ CCC XXXVII.

NOS IOANNES BOEMIAE & KAZEMIRVS POLONIAE Dei gratia REGES *uniuerſis praeſentes litteras inſpecturis ſalutem & notitiam ſubſcriptorum.* Salus, uita & perennis tranquillitas, benedictio *pacis* radiat ac claris fulgoribus per orbis refulget climata, dum regnorum ſubditis & terrarum incolis de commodis ſalubriter prouidetur. Ea propter terrarum pacem & tranquillitatem nutrire pro uiribus cupientes, ordinamus unanimiter & indiſſolubiliter obſeruare debere uolumus nos inuicem & inſolidum promittentes, quod ſi per alios homines principum nobis utrique ſubiectorum ſeu de terris eorundem aliqua damna parte ab utraque contingeret perpetrari, propter hoc pacis VNIO inter nos *concorditer* facta non debet uiolari, ſed in ſuo robore perpetuis temporibus firmisſime perdurare. Sane diſcordiae materia perpetrata, aut damna uel

BOEMIAE & POLONIAE *Regum* TABVLAE *pacis* *An. 1337.*

Prooemium

Non rumpantur ſi turbae inter utriusque R. ſubditos.

Sponſores pacis.

uel ſpolia quaecunque hinc inde per maleficos irrogata per capitaneos *Vratislanienſem*, *Calizienſem*, *Glogouienſem* & *Poznauienſem* inter ſe ipſos mutuo requiſitos ſine procraſtinatione qualibet, prout rationabile fuerit, dirimantur: ita tamen, quodſi de aliquo dictorum regnorum aut terris noſtris & principum nobis & alterutri ſubiectorum aliqua damna aut ſpolia perpetrarentur; capitanei *Colizienſis*; *Vratislauienſis* & *Poznauienſis* & *Glogouienſis* inter ſe ac uiciſſim tenebuntur intimare ac ipſe *Capitaneus*, ſub quo talia ſunt commiſſa, ipſos maleficos pro iuſtitia facienda ſtatuere tenebitur in *locis* & *ciuitatibus* infra ſcriptis uidelicet capitaneus *Vratislauienſis* in *VVardenberg* & Capitaneus Colizienſis in *Oſtraſſow* & Capitaneus Glogouienſis in *Frauenſtat* & Capitaneus Poznauienſis in *Coſten* a die requiſitionis ad *duas ſeptimanas* indicare & eundem ſeu eosdem maleficos, ſi ſe ipſe uel ipſi proprio *iuramento* adhibitis duobus teſtibus probis & honeſtis, de furto non ſuſpectis, non expurgauerint, ab eodem die per alias duas ſeptimanas per *fideiuſſoriam cautionem* parti aduerſae contentam eosdem ad ſatisfactionem congruam & condignam compellendo, Si uero talia *ſpolia* comittentes domino uel capitaneo in hoc inobedientes exiſterent & rebelles, & ad mandatum ipſorum de ſpolio ſic commiſſo ſatisfacere recuſarent, mox ipſe dominus ſiue *capitaneus*, ſub quo caſtra, fortalitia aut poſſeſſiones habebunt, ipſa *uallare* & *expugnare* tenebitur. Et ſi per ſe ipſos ad id ſufficere non ualerent, ipſe capitaneus ſub quo ſpolia ſunt commiſſa, ad ipſos & eadem expugnanda, prout melius poterit, etiam ſuis ſumtibus *adiuuabit*, quibus caſtris & *fortali-*

aduerſus ruptores pacis.

ſub poena obſtagii.

Et inuaſionis armatae

fortalitiis expugnatis & acquiſitis, ipſa penitus *deſtruantur* aut bonis eorundem uenditis, laeſis inde fiat ſatis, niſi talia caſtra & fortalitia terrarum confinia contingerent, tunc enim dominorum arbitrio temporalium relinquatur, an ea magis *deſtrui uelint*, aut potius, ipſis locatis hominibus pacificis, ipſa pro ſe & terrarum defenſione reſeruare, prius damna paſſis ſatisfactione condigna praemiſſa. Cum autem *ſpoliatores* quoscunque de uno *regno* ad aliud ac ad terras noſtrae ditionis aut principum nobis ſubiectorum, quod abſit! contingeret tranſire, ſpolia commiſſuri, uolumus & mandamus, per *capitaneos* utriusque partis ipſos *maleficos* per *fora publice proclamari* & efficaciter impediri &, ſi fieri poterit, detineri, alioquis damna per huiusmodi ſpoliatores facta ipſimet, in quorum municionibus & apud quos reperti fuerint, laeſis de *proprio* infra *duas*, ut praemittitur, *ſeptimanas*, ſatisfacere tenebuntur. Ipſi autem *ſpoliatores* in regnis *Boemiae* & *Poloniae* praedictis ac in omnibus noſtris & principum nobis ſubiectorum terris efficaciter ſint proſcripti & in praedictis omnibus regnis atque terris pro profugis habeantur & uox ipſorum tanquam funeſta & reproba contra omnem hominem reputetur, donec noſtrum utriusque gratiam mereantur obtinere. Ceterum uolumus, inuiolabiliter ordinantes, quod cum *profugi* ſeu *ſpoliatores* huiusmodi de *uno regno* ad aliud cum *ſpoliis* uel ſine *ſpoliis* accedunt, per terrigenas eiusdem regni, ad quod fugiunt, in agnitione & *in proſequutione* eorum, ſe inuicem fideliter adiuuent, alias ipſi, qui pro auxilio & iuuamine in agitatione huiusmodi ſpoliatorum, requiſiti, inobedientes fuerint & rebelles,

Deſtructionis caſtrorum.

De non recipiendis fugitiuis.

Duabus ſeptimanis.

Dedendis & capiendis.

noſtrum amborum indignationem procul dubio ſe nouerint incurſuros. Et nihilominus iidem requiſiti & rebelles omnia damna inde ſequuta, ſine quauis difficultate perſoluent eisdem, per quos fuerint ſuper huiusmodi inſecutione, ut praemittitur, requiſiti. Volumus etiam, ut haec noſtra pacis ordinatio per decem annos, continue computandos, in ſuo robore immutabiliter & inuiolabiliter permaneat, & inconcuſſe perſeueret. In huius rei Teſtimonium &c. Actum & datum *Potznaniae*, die Sanctae Gregorii Papae anno domini M CCC XXXVII indictione V.

Actum Poznaniae 1337.

DIPLOMA LXXIII.

Contractus futuri matrimonii, cuius *ſponſores pater* R. POLONIAE & auus R. BOEMIAE, definientes dotem & dotalitium CIↃ CCC V.

CASIMIRVS R. Poloniae.

CAZIMIRVS *Dei gratia Rex* POLONIAE *ad uniuerſorum notitiam praeſentium* tenore perueniat; quod nos, cupientes cum excellenti principe domino IOANNE *rege* BOEMIAE, illuſtri fratre noſtro chariſſimo, foedus perpetuae dilectionis & uinculum irrefragabilius colligare, cum ipſo de *praeſenti ſponſalia* inter *primogenitam* noſtram ELIZABETH & inter IOANNEM *domini Henrici* BAVARIAE *ducis unigenitum* ipſius *nepotem* hodie in Dei nomine duximus contrahenda. Promittentes & ſtatuentes pro ipſa primogenita noſtra *donationem* propter *nuptias quinque millia ſexagenorum groſſorum denariorum Pragenſium* boni, iuſti ponderis & legalis, iam dicto Domino *Ioanni* dare & ſoluere. Ipſe etiam Rex nomine *dotis* pro ipſo *ioanne*, *nepote ſuo*, promiſit & promittit dare,

filiam ſpondet

nepoti R. Boemiae.

dare, & aſſignare dictae primogenitae noſtrae *ſeptem millia* & *quingentas ſexagenas* groſſorum denariorum pragenſium boni *iuſti* ponderis & *legalis*. Inſuper promittimus, quod, cum dicta progenita noſtra ad annos *puberes* & *aetates* peruenerit, praedicta *ſponſalia* & alia praemiſſa *ratificabit* & *approbabit* ſuumque ad hoc dabit conſenſum pariter & aſſenſum. Hoc ipſum promittit dominus *Rex* BOEMIAE pro domino *Ioanne*, nepote ſuo etiam, cum ad *aetatem puberem* peruenerit & legitimam, ſe promiſſa omnia facturum & penitus expleturum Inſuper promittimus & ſpondemus una cum praefato fratre noſtro, rege *Boemiae*, quod, cum dictus *Ioannes* & *Elizabeth* ad legitimam aetatem, ut praemittitur, peruenerint, omnem operam & miniſterium faciemus & dabimus, curabimusque efficaciter, ut ipſi *Ioannes* & *Elizabeth* in domino matrimonialiter *copulentur*. In horum igitur omnium euidentiam & robur, efficaciter ualiturum, praeſentibus noſtrum SIGILLVM eſt appenſum. ACTVM & *datum* in *Wiſegrad* in Hungaria, in die ſanctae *Elizabeth* anno Domini M CCC V.

Boioariae duci Ioanni

Dos 5000. dotalitium 7000.

Tempus perficiendi matrimonii.

Actum 1308.

DIPLOMA LXXIV.

Promiſſio *uiginti millium* ſexagenarum *groſſorum* pro titulo regni BOEMIAE renunciando CIↃ CCC XXXV.

CAZIMIRVS *Dei gratia* POLONIAE *Rex*, principalis debitor *Sbitko*, *Cracouienſis*, Petrus *Sandomerienſis* Caſtellani, Nicolaus de *Bocrey*. Woiwode de *Cracouia*, M. Sandomerienſis Woiwode, Geſsko, *Mantroska*, *iudex curiae* Cracouienſis, Paſſek de Bocrey, Sandomerenſis iu-

CASIMIRI Poloniae R. *cautio an. 1335.*

iudex prouincialis, Czeloi, in Ratomis dominus, Kezimant, ſubcamerarius, Henricus ſubcamerarius Sandomerienſis, Weras Caſtellanus de Winitia, Andorsmonoſſi filius Lowczy & Pacoslaus Slibnik, fideiuſſores ipſius Regis domini noſtri ab ipſo conſtituti ad infra ſcripta atque dati, tenore praeſentium recognoſcimus, dicimus & publice confitemur, nos teneri & remanere obligatos *magnifico Principi, domino* IOANNI *& Regi* BOEMIAE & ſuis heredibus de ſumma & quantitate *uiginti millium ſexagenarum* groſſorum denariorum *Pragenſium*, in qua dicto domino *Regi* Boemiae decem mille *ſexagenas* dictorum denariorum iam ſoluimus in una parte; in alia uero parte nobili uiro domino *Henrico* de LIPPA, de quatuor millibus ſexagen. dictorum groſſorum, ſatis dedimus, & ſecuritatem fecimus ſufficientem in ſex millibus ſexagen. groſſorum *Pragenſium* praedictorum, occaſione & ex cauſa renunciationis factae nobis Regi *Poloniae* per ipſum dominum Regem *Boemiae* de ipſo regno & titulo *Poloniae*; ipſam uero pecuniam reſiduam ſex millium ſexagenarum groſſorum *Pragenſium* promittimus bona fide in feſto reſurrectionis domini proxime uenturo, eidem domino Regi Boemiae ac ſuis heredibus uel eorum nuntiis, ad hoc ſpeciale mandatum habentibus, dare, aſſignare & ſoluere ſub noſtris periculis & expenſis in *Ratibor*, oppido, uel ſi ipſum oppidum intermedio tempore de ipſius domini Regis *Boemiae* & ſui Principis, domini *Geskonis* ducis ibidem, manibus extrahi contingeret, ex tunc in ciuitate Oppauia in *Morauia* dare tenebimur & aſſignare ipſa *ſex millia*, *groſſorum Pragenſium* bonorum & legalium, uel ualorem ipſorum in auro uel argento iuxta taxam

fideiuſſoria.

Ioanni R. Boemiae praeſtita, 20000. ſexagenarum,

pro renuntiatione in Poloniae R.

xam communem duorum uirorum, ex utraque parte electorum, omni dilatione & procraſtinatione penitus procul motis. Quod ſi non faceremus & dictam pecuniam in toto uel in parte, in locis & termino praefatis, non ſoluerimus, ex tunc fideiuſſores praedicti immediate ciuitatem OPPAVIAE INGREDI PROMITTIMVS & tenemur in certa DOMO, quam nobis ipſe dominus Rex *Boemiae* uel heredes & nuntii ſui, ad hoc deputati, aſſignauerint, OBSTAGIVM facturi ibidem & manſuri inibi nec ab inde exituri MORE CONSVETO, qui in his ſeruari ſolitus & haberi, donec *ſex millia ſexagenarum* & nihilominus mille ſexagenae groſſorum Pragenſium *poenae* nomine pro damnis ac intereſſe fuerint in locis & modis praedictis integraliter perſolutae. Si autem aliquem uel aliquos ex nobis, quod abſit, ante ſolutionem dictae pecuniae de hac luce migrare contingat, tunc promittimus ſine fraude, alium uel alios in locum *decedentium* uel decedentis ſubſtituere & ponere obligatum ſeu obligatos ad impletionem omnium & ſingulorum praemiſſorum, quem uel quos ipſe dominus Rex *Boemiae* uel heredes aut nuntii ſui de Regno *Poloniae* duxerint nominandum. Inſuper promittimus, quod ſi nos, fideiuſſores praedicti, ipſum OBSTAGIVM modo & forma, ut praediximus, non ſeruauerimus, uel de ipſo *obſtagio exiremus*, praedicta pecunia non ſoluta: quod tunc magnifici principes, dominus CAROLVS, *rex Hungariae*, domina ELISABETH, regina HVNGARIAE, ac *Ludouicus*, *filius* eorum, LITTERAS RENVNCIATIONIS, ſuper regno & titulo POLONIAE penes eos depoſitas, dictis *regi Boemiae* & ſuis heredibus debeant & teneantur libere & licite reſtituere ſine omni difficultate, & ſine no-

Nexu OBSTAGII.

Sub clauſula de reſtituendis TABVLIS RENVNCIATIONIS.

ſtra requiſitione uel mandato. Et nihilominus ſaepe fatis *regi Boemiae* & eorum heredibus in *mille ſexagenis groſſorum Pragenſium* poenae nomine uolumus obligari. Harum ſerio teſtimonio litterarum, quibus noſtra SIGILLA duximus apponenda. DATVM in *Wiſegrado* in Hungaria anno domini MCCCXXXV. die 12. menſ. Nouembris.

Datum 1335.

DIPLOMA LXXV.

Promiſſio, quod uelit TREVGAS uel TREVGARVM foedera ſeruare CIↃ CCC XXXV.

CASIMIRI R. Poloniae 1335.

CAZIMIRVS, *dei gratia rex* POLONIAE, *nec non terrarum Cracouiae, Sandomeris, Siradiae, Lauticiae, Cuiauiae, Pomeraniaeque dominus & heres, uniuerſis praeſentes literas inſpecturis ſalutem*, & ad uniuerſitatis ueſtrae notitiam, tenore praeſentium, uolumus peruenire: quod nos, de maturo ſano & deliberato noſtro & *noſtrorum conſiliariorum conſilio*, TREVGAS & TREVGARVM FOEDERA cum magnifico principe domino CAROLO, regis *Boemiae* ac *Lucemburgenſis* comitis primogenito, marchione MORAVIAE hinc a feſto beati Iohannis, baptiſtae proxime inſtanti, ad ſequens feſtum eiusdem beati Iohannis incluſiue ad annum nunc proxime ſecuturum hodie, in dei nomine! iniuimus amicabiliter & inimus. Promittentes, praedictas treugas pro *nobis* ac *baronibus*, *uobilibus* & *fidelibus* noſtris omnibus & ſingulis, cuiuscunque ſtatus, praeeminentiae, conditionis ſeu dignitatis exiſtant, qui pro nobis & noſtri contemplatione faciunt & etiam facere praetermittunt, usque ad dictum feſtum & terminum beati Ioannis baptiſtae attendere,

induciae cum R. Boemiae filio Carolo IV.

ſpatio annuo.

dere, ſeruare & irrefragabiliter cuſtodire ſecure, libere, pacifice & quiete, nec unquam tempore medio pendentibus & durantibus ipſis *treugis* per nos ſeu aliquem, de noſtris fidelibus & noſtrae ſubiectis ditioni, contrauenire uerbo, facto, patientia auxilio, conſilio, uel fauore. Pollicemur etiam firmiter & ſpondemus, praenominatas treugas ac ipſorum conditiones, pacta, pactas conuentiones & ſolemnitates quaſcunque inibi appoſitas & eorum quodlibet rata, grata, firma & irrefragabilia & incommutabilia, exacta diligentia, tenere beneuole & habere ac inuiolabiliter obſeruare, omni malo ingenio dolo & ſtudio penitus procul motis. Ceterum praedictis *treugis* & ipſarum *pactionibus* ac interiectionibus ſuperius memoratis magnificos principes fratres noſtros chariſſimos, dominos, CAROLVM *illuſtrem Hungariae regem*, nec non PRIMISLAVM, Siradiae & WLODKONEM Lautitienſem duces praeſentibus duximus includendos & includimus, quod quidem dictus *rex* & *duces* praedicti, ipſas treugas firmare, aſſecurare & approbare debent per ſuas litteras & ſcripturarum munimenta, nec non cautione fideiuſſoria facta per ſuos idoneos vaſallos. Item uero dominus, *marchio* MORAVIAE, id ipſum ipſis dominis *regi* HVNGARIAE & ducibus praedictis facere & aſſecurare debebit. Sane inſuper adiicimus & promittimus, quod ſi fortaſſe, quod abſit, aliquem uel aliquos ex noſtris ipſas *treugas* uel earum *interiectiones* & conditiones uiolare aut contra eas aliquo caſu uel modo uenire contingat; ex tunc ad denunciationem, & communicationem ſolam & unicam a dicto domino *marchione Morauiae* factam, publice in caſtro uel ciuitate Caliſienſi noſtros NVNTIOS & AMBASI-

Incluſi R. HVNGARIAE

Quid ſi uiolauerit inducias alterutur?

TORES idoneos *Calitzienſes* infra ſpatium duorum menſium, a die denunciationis praedictae continuae numerandorum, transmittere uolumus & tenemur. Ipſe uero dominus marchio *Morauiae*, etiam ſuos *Caliſiam* tenebitur & debebit intra dictos duos menſes deſtinare nuntios, *praepoſituros* & *demonſtraturos* ſaltem ultima die praedictorum duorum menſium, niſi ſaepe fatus dominus *marchio Morauiae* & nos de alia die anticipanda uel *poſterganda* contingat fortaſſis unanimiter concordari, quatenus uel qualiter ſeu per quempiam ipſae *treugae* fuerint uiolatae; recepturosque ibidem, iuxta proborum uirorum arbitrium ad hoc communiter eligendorum, ſuper iniectis & illatis damnis & iniuriis, competentem & ſufficientem ſatisfactionem. Ipſis etiam nuntiis praedicti domini *marchionis Morauiae* uolumus & promittimus de ſecuro & libero prouidere conductu incepto & inchoato in PARITZ, ueniendi Caliſiam & ibi *placitandi*, *ſtandi* & *morandi* & ab inde ad praedictum locum Paritz remeandi, quandocunque placuerit, pro ipſorum omnimodo lubitu uoluntate ſincere & absque dolo, ſaluis rebus eorum pariter & perſonis. Sin autem ipſum dominum *Morauiae marchionem* aut ſuas treugas praedictas aut earum conuentiones uiolare aliqualiter contingat; tunc etiam ad denuntiationem ipſam ſolam & unicam factam in caſtro uel in ciuitate *Vratislauienſi* idem dominus marchio ſuos nuntios uel *ambaſſiatores* idoneos in *Vratislauiam* intra duos menſes a die denunciationis & admonitionis praedictae continue numeratos transmittere tenetur. Nos uero noſtros etiam inibi intra duos menſes tenebimur deſtinare nuntios praepoſituros ſimili modo, ut ſupra praediximus & de-

Sub comminatione OBSTAGII.

& declaraturos ſaltem ultima die praedictorum *duorum menſium*, niſi etiam ſaepe fatus marchio Morauiae & nos de alia die anticipanda uel poſterganda contingat fortaſſe concorditer concordare, quatenus uel quomodo, & qualiter, uel per quos praedictae treugae fuerint uiolatae, recepturosque ibidem, iuxta bonorum uirorum arbitrium, ad hoc communiter electorum, ſuper iniectis & illatis iniuriis & damnis competentem & ſatisfactionem condignam. Ipſis etiam noſtris nuntiis ſaepe fatis dominus *marchio Morauiae* debet & tenetur de ſecuro & libero prouidere conductu in *Boritz* ueniendi in *Vratislauia* ibi denique placitandi, ſtandi, demorandi, & ab inde ad praedictum locum Boritz remeandi, quandocunque placuerit pro ipſorum omnimodo lubitu uoluntatis, ſincere & absque omni dolo & ingenio malo ſaluis rebus eorum pariter & perſonis. In quorum omnium teſtimonium atque robur irrefragabiliter ualiturum praeſentes conſcribi & noſtri ſigilli appenſione iuſſimus communiri. In *teſtimonium* autem praedictorum & euidentiam pleniorem noſtris *nobilibus*, noſtrisque *fidelibus Spitimiro*, *Craconienſi* caſtellano, Miſnio *Sandomerienſi*, Nicolao palatino *Cracouienſi*, Petro *Sandomerienſi*, Mislingneo *Radonenſi*, caſtellanis, Criboſando Tracouienſi, Henrico Sandomerienſi ſubcamerariis mandauimus qui quidem ſigilla ſua praeſentibus appenderunt. Datum & actum in caſtro Sandomerienſi, die dominico infra octauas aſcenſionis Chriſti, anno domini M CCCXXXV. Datum. 1335.

DIPLOMA LXXVI.

Vaſalli id eſt procuratorio nomine re-

cognoſcunt regem BOEMIAE nihil iuris habere in *ducatibus* POLONIAE CIↃ CCC XXXV.

Ordinum POLONIAE *cautio* *1335.*

IN nomine Domini amen. Anno eiusdem M CCC XXXV. in feſto beatiſſimi Bartholomaei Apoſtoli, *nos Spitko caſtellanus*, *Sbignetus praepoſitus Cracouienſis*, *Petrus caſtellanus Sandomerienſis*, *Thomas de Zaiunczko & Nimiſſa Mandroſſa, procuratores*, a magnifico principe & domino, CAZIMIRO rege POLONIAE, conſtituti ad *infra ſcripta realiter* atque dati, ad uniuerſorum notitiam tenore praeſentium uolumus publice deuenire, quod cum ſereniſſimus princeps, dominus IOHANNES, *Boemiae rex & illuſtris dominus* CAROLVS *primogenitus eius*, *marchio Morauiae* pro ſe & ſuis heredibus, praetendentes commodum & tranquillitatem *regnorum Boemiae* & *Poloniae* ac regnigenarum & incolarum ipſorum; nec non contemplatione & intuitu ſereniſſimorum principum domini CAROLI *Hungariae* regis & dicti CAZIMIRI *Poloniae* regis, cupientesque ipſis regnis & hominibus hinc inde ſalubri prouidere remedio, quatenus prouide animarum & corporum periculis ſalubriter obuietur; ſponte ac libere RENVNCIAVERINT omni iuri, actioni, exceptioni, proprietati, dominio, & TITVLO REGNI POLONIAE, eis in eo competentibus ſub poena EXCOMMVNICATIONIS, promittentes pro ſe & heredibus ſuis, contra huiusmodi renunciationem & ceſſionem non contrauenire aliqua occaſione, ingenio, facto pariter & ſermone, prout in aliis eorum literis plenius continetur: exceperunt tamen excipiuntque generoſos principes *dominos* DVCES infra ſcriptos, uaſallos eorum cum eorum *ducatibus*, *terris*, *bonis*, *dominiis* & *pertinentiis* qui-

fore Poloniae *R.* *pacta*, *cum* IOANNE Boemiae R. *inita*, *ſuper* RENVNTIATIONE *in R.* Poloniae. *nata & firma*,

quibuscunque, quae tempore praeſtiti *homagii* poſſederunt; & omni modo & forma, quibus dicti domini *duces* ipſis dominis regi BOEMIAE & marchioni MORAVIAE & eorum heredibus ſiue ipſorum ditioni ſubiecerunt, ſe, ſucceſſores *duces* & *ducatus* eorum & dominia cum appendentiis quibuslibet ſuis, ſuo & heredum ſuorum dominio totaliter reſeruantur. Exceperunt etiam terras *Vratislauiae* & *Glogouiae* cum omnibus pertinentiis, diſtrictibus & dominio, ad ipſum ſpectantibus quoquo modo, domini autem duces & ducatus praedicti hi ſunt: domini *Boleslaus Ligniceñſis* & *Bregenſis*, *Henricus Saganenſis* & *Grosnenſis*, *Conradus Olſinenſis*, *Iohannes Stinauienſis*, *Sleſiae duces*. *Bolko Opolku*, *Bolko de Falckenberg*, *Albertus de Streliz*, *Vladislaus Cotzlenſis* & *Bilumienſis principes*, *Maſouienſis dominus in Plotzk*, *Geszko de Rathbor*, *Iohannes Oſnetinenſis* & *Wladislaus de Teſchin*. *fideiuſſorio nomine ſponſoribus ordinibus.* Nos itaque uolentes fauorem & indiſſolubilem dilectionis amicitiam inter praefatos dominos regem Boemiae & marchionem MORAVIAE & POLONIAE gratanter hinc inde beneuole amplecti, promittimus, pro ipſo domino rege noſtro *Poloniae*, quod idem dominus rex Poloniae eisdem dominis regi *Boemiae* & marchioni *Morauiae* optime fauet de omni iure dominio & proprietate, quae habent uel ſe habere aſſerunt in *dominiis*, *ducibus* & *ducatibus* praedictis, ipſosque nullo modo unquam tempore impediet ſuper ipſis nec duces aut *ducatus ipſos uindicabit*, impetet uel aſſumet in praeiudicium dominorum praedictorum *regis* & *marchionis* & heredum ſuorum ipſosque ſuper eisdem in nullo penitus per ſe uel heredes ſuos aliqualiter moleſtabit, poenam & ſeueritatem

titarem excommunicationis ipſo facto, ſi contrauerit, incurſurus, inſuper pro ipſo domino rege POLONIAE & ſuis heredibus omni actioni, exceptioni, praeſcriptioni & oppoſitioni iuris, conſuetudinis aut etiam facti, ſi quae aut aliquod eorum ipſis domino regi *Poloniae* aut heredibus ſuis in ſaepe dictis dominiis, *ducibus* aut *ducatibus* eorum poſſent aliqualiter ſuffragari aut competere quolibet modo in eisdem; non obſtantibus aliquibus munimentis, literis, ſcripturis, pactis, pactionibus, ſtatutis, reformationibus aut aliis quibuslibet ordinationibus, ſub quacunque forma uerborum conceptis, etiam ſi talia forent, de quibus *de uerbo ad uerbum* ſpecialem & expreſſam opporteret fieri mentionem; quibus omnibus & ſingulis & cuilibet eorum ex certa noſtra ſcientia eſſe & intelligi uolumus penitus *derogatum*. Promittentes ſub fidei praeſtito iuramento, quod ſaepe fatus dominus *rex* POLONIAE praemiſſa omnia & ſingula hinc intra feſtum beati *Galli* proximum ratificabit, *gratificabit* ac ſuis patentibus approbabit literis, grataque rata & firma per omnia obſeruabit. In quorum omnium teſtimonium atque robur praeſentes conſcribi & noſtrorum SIGILLORVM patrociniis fecimus communiri.

Adiecta renuntiatione iurium quorumcunque.

Datum & *actum* in Cricinio anno & die ſupra dictis.

Datum 1335.

DIPLOMA LXXVII.

CAROLI, HVNGARIAE R. teſtimonium: IOANNEM BOEMIAE Regem RENVNTIASSE praetenſioni & iuribus in Poloniae regnum eiusque titulum pro 6000. marcis, addita fideiuſſione CIↃ CCC XXXV.

Nos

NOs CAROLVS *dei gratia rex* HVNGARIAE memoriae commendantes, tenore praeſentium ſignificamus, quibus expedit uniuerſis. Quod, quia *illuſtres princeps, dominus* IOHANNES, per eandem *rex* BOEMIAE, frater noſter cariſsimus, ſuas literas priuilegiatas ſuper RENVNCIATIONE IVRIS & TITVLI REGIS, REGNI POLONIAE & aliarum *terrarum*, in eiſdem literis ſuis expreſſarum, excellenti principi domino CAZIMIRO, per praedictam gratiam *regi* dicti *regni Poloniae*, ſimiliter fratri noſtro per eundem dominum regem *Boemiae* & filios eius facta, ad noſtras manus tanquam hominis communis & quem prout filium eius aſſumſerat, aſſignauit. Ideo nos eidem domino regi *Boemiae*, fratri noſtro & filiis eius promittimus firmiter & ſincere, quatenus ſi dictus dominus *Caſimirus, rex* POLONIAE in feſto Paſchae domini proxime nunc uenturo, *ſex millia marcarum* eo modo, quo debet, eidem domino *regi Boemiae* uel filiis eius non ſoluerit aut conditiones ſeu obligationes pro ipſa ſolutione factas & firmationes in *ſpecialibus literis* contentas & expreſſas non fecerit nec compleuerit; ex tunc nos uel filii noſtri eidem domino *regi Boemiae* uel filiis eius aut dictas *literas* in ſpecie reſtituemus aut ad ſoluendum praedicta *ſex millia* marcarum ſexagenarum erimus obligati. In cuius promiſſionis teſtimonium praeſentes ſigillo noſtro authentico fecimus communiri. *Datum* in alto caſtro Wiſegrado in feſto beatae Eliſabeth anno domini MCCC XXXV.

CAROLI R. Hungariae 1335. *teſtimonium* IOANNEM *Boemiae R.* *renuntiaſſe iuribus in* POLONIAM *eius* TITVLO *regali* *in gratiam Caſimiri R. Poloniae.* *pro 6000 marcis.* *Addita clauſula fideiuſſoria.* Datum 1335.

DIPLOMA LXXIIX.

Vladislai Ducis renuntiatio damnorum, ipſi illatorum in bellis inter *Boemiae* & *Poloniae* R R. geſtis.

Nos

VLADISLAVS *Dux* DOBRYNENSIS, *quoniam in bello inter* BOEMIAE R. Ordinemque TEVTONICVM *atque* POLONIAE R. *plura damna illata ab ordine Teutonico, illis renuntiat redditque* quitos.

NOs VLADISLAVS *Dei gratia Lauditienſis* & *Dobrynenſis Dux* notum facimus uniuerſis praeſentes literas inſpecturis, quod, cum per *excellentisſimos*, principes, dominos Carolum *Hungariae* & Iohannem *Boemiae* reges illuſtres, *arbitratum* & pronunciatum extiterit, terram *Dobrynenſem* per regem *Boemiae* praefatum ac magiſtrum generalem *cruciferorum* de domo *Teutonica* tempore guerrae, quae inter ipſum regem *Boemiae* ac *magiſtrum generalem* dictae domus *Teutonicae* ex una parte & dominum Vladislaum quondam *Poloniae* regem ex altera gerebatur, per nos priſcis temporibus hoſtiliter acquiſitam debere magnifico principi, domino *Kazimiro regi* POLONIAE per magiſtrum generalem cruciferorum dictae domus ſeu ipſos CRVCIFEROS reſtitui atque reddi: Ipſeque rex Poloniae eandem terram propter dilectionis ſincerae affectum, quo nobis ratione *conſanguinitatis* aſtrictus eſſe dignoſcitur, nobis uelit et debeat ac noſtris manibus uice uerſa reddere & etiam aſſignare, prout in ipſius literis domini regis *Poloniae*, ſuper hoc confectis, plenius continetur. Nos praefati domini regis *Boemiae* captare beneuolentiam, praemiſſorum intuitu, cupientes, ipſum MAGISTRVM GENERALEM CRVCIFERORVM ſaepe dictae domus TEVTONICAE ordinemque ſuum de omnibus & ſingulis damnis, nobis per eos pridem illatis, QVITOS reddimus penitus & ſolutos, promittentes pro nobis & heredibus noſtris firmiter & ſincere, eos, praetextu dictorum damnorum, nunquam impetere, quocunque iure per nos uel alios *publice* uel *occulte*. Harum noſtrarum teſtimonio literarum.

Datum. DATVM in alto caſtro feria tertia poſt beatae Eliſabeth.

DIPLO-

DIPLOMA LXXIX.

Confeſſio WENCESLAI, ducis MASSOVIAE, quod ducatum ſuſceperit in feudum a R. BOEMIAE Ioanne CIƆ CCC XXXIX.

NOS WENCESLAVS *dux*, *Dei gratia* MASOVIENSIS *& dominus Plocenſis* notum fore uolumus uniuerſis, quibus praeſentes exhibitae fuerint, quod, quia nos, ob ſpecialis amoris affectum, quem erga magnifici principis domini IOANNIS, BOEMIAE & POLONIAE *regis* ac comitis *Lucenburgenſis*, domini affinis noſtri cariſſimi gerimus celſitudinem & ſtatum noſtrum, in antea pacificum! princeps ſuus ac regnorum ſuorum BOEMIAE & POLONIAE fore decreuimus, terram noſtram *Matzouienſem* & dominium *Plozenſe* cum caſtris noſtris *Ploczk*, *Wiſegrado* & *Coſtuni* ciuitatibus quoque oppidis, uillis & praediis *locatis* per nos & *locandis*, *nobilibus*, *baronibus*, *militibus*, *uaſallis* & *hominibus*, ad ipſas uel ipſa ſpectantibus, cum pertinentiis ſuis ac aliis bonis noſtris uniuerſis, quas & quae nunc poſſidemus uel in poſterum quoquo poſſidebimus titulo, noſtro *heredum* & ſucceſſorum noſtrorum, ducum *Maſſouienſium* & dominorum *Plocenſium* nomine, in regis ipſius ſponte & libere *manus reſignantes* ab ipſo in FEODVM recepimus & facto ſibi per nos debitae fidelitatis homagio, nec non praeſtito prius *corporali* nihilominus iuramento ipſi regi, heredibus & ſucceſſoribus ſuis tanquam ueris dominis noſtris uelut princeps & *fidelis* ſuus & *regnorum* ſuorum *Boemiae* & *Poloniae* praefatorum promiſimus adeſſe & intendere ac ſeruire fideliter pro uiribus & eosdem contra *quemlibet principem* & *hominem* efficaciter adiuuare. Harum

WENCESLAI Ducis MASOVIENSIS 1339. literae, quibus teſtatur, ſe Ioanni BOEMIAE R. Ducatum MASSOVIAE cum omnibus acceſſoriis reſignaſſe aut OBTVLISSE iterumque ab eodem ſuſcepiſſe in feudum.

rum, quas *ſigillo noſtro maiori* communiri fecimus, teſtimonio literarum. DATVM in PLOCZ, anno domini MCCCXXXIX. feria quarta poſt dominicam oculi mei ſemper.

Datum 1339.

DIPLOMA LXXX.

WENCESLAI, Maſouiae DVCIS, compromiſſum, quo eligit Ioannem, *Boemiae regem*, arbitrum in lite cum ordine CRVCIFERAE militiae TEVTONICORVM an. CIↃ CCC XXIX.

WENCESLAI *D.* Maſouiae *compromiſſum* *in R. Boemiae,* *in cauſa cum* WERNERO *magiſtro* Teutonici *ordinis.*

NOS WENCESLAVS, *dei gratia dux* MAZOVIENSIS & *dominus* PLOCENSIS, recognoſcimus & tenore praeſentium publice profitemur, quod nos, communicato amicorum & fidelium noſtrorum conſilio, in principem magnificum, dominum *Ioannem*, *Boemiae* & *Poloniae regem* & comitem *Lucenburgenſem*, dominum & *affinem* noſtrum ſuper omnibus & ſingulis quaeſtionibus, actionibus & diſcordiis ex cauſis quibuſcunque inter nos ex una; & uiros conſpicuos, fratrem uidelicet WERNERVM, *magiſtrum generalem* ac fratres *domus Teutonicae* parte ex altera ſubortis tanquam in *arbitrum*, *arbitratorem* ſeu amicabilem compoſitorem conſenſimus ac etiam conſentimus, ratum habituri & gratum, quicquid per ipſum dominum noſtrum *regem* praedictum uiuae uocis oraculo ſeu per litteras ſuas patentes arbitratum & diffinitum fuerit ſeu mandatum in praemiſſis & quolibet praemiſſorum, ſub *poenis*, quas parti, arbitrium non ſeruanti, duxerit infligendas. Harum teſtimonio literarum. DATVM in caſtris ante *Plozk*, anno domini MCCC XXXIX. feria quarta poſt oculi mei ſemper.

Datum 1329.

DIPLO-

DIPLOMA LXXXI.

WENCESLAI D. Maſouiae promiſſio, praeſtandorum ſeruitiorum aduerſus CRACOVIAE R. Ioanni R. *Boemiae* & *Poloniae*.

NOs WENCESLAVS *Dei gratia dux* MAZOVIAE *&* *dominus* PLOCENSIS ad uniuerſorum, tenore praeſentium, ducimus notitiam, quod, licet nos principi magnifico, domino Iohanni Boemiae & Poloniae regi ac comiti Lucemburgenſi, domino & affini noſtro cariſſimo, debitum fidelitatis obſequium & adiutorium contra quemlibet de *mundo hominem* teneamur praeſtare, ſpecialiter tamen & nominatim regi eidem heredibus & ſucceſſoribus ſuis bona fide absque refragatione qualibet totis noſtris uiribus *praeſentialiter* aſſiſtere contra dominum WLATISLAVM, REGEM CRACOVIAE, terras, homines & adiutores ſuos quoslibet, omni loco & tempore, uita nobis comite! fideliter & efficaciter uolumus & tenemur conſiliis & auxiliis opportunis. Harum, quas ſigillo noſtro communiuimus, teſtimonio literarum. Datum in Plozk. &c.

MASOVIAE D. *pollicetur ſigillatim auxilia aduerſus Vlatiſlaum,* Poloniae *uſurpatorem.*

DIPLOMA LXXXII.

LIGNICENSIS Ducis ceſſio *Lubin* pro 4525 marcis, cum clauſula commiſſoria CIↃ CCC XXIX.

NOs BOLESLAVS, *Dei gratia dux Sleſiae & dux* LIGNICENSIS nec non *Wenceslaus* & *Ludouicus*, eiusdem *filii*, recognoſcimus uniuerſis, quod *excellentiſſimis principibus & dominis noſtris* cariſſimis, IOANNI regi BOEMIAE ac *Lucemburgenſi* comiti & CAROLO eius *primogenito*, marchioni MO-

BOLESLAVS D. Lignız *cum filiis*

RAVIAE

promittunt Boemiae Regi pro 4525. marcis

RAVIAE promiſimus in ſolidum bona noſtra *ſide* & ſine *dolo*, ſi ipſi a natiuitate beatae Mariae uirginis proxima ad *duos annos* continuos aut infra illum terminum, quandocunque uoluerint, *quatuor millia marcarum, quadringentas marcas* & *uiginti quinque marcas groſſorum Polonici Pagamenti* nobis dederint coram conſulibus *Lignicenſibus* ſimul & ſemel, denariis cum paratis, quod tunc ipſis ciuitatem *Lubin* cum caſtro & eius diſtrictu & omnibus eorum appendiis, ſicut ad nos ab eiisdem peruenerunt, ſine contradictione *reddere* debeamus; ſi autem nobis illam pecuniam in dicto termino aut infra eundem non dederint, ut eſt dictum, tunc amplius ad reddendum eis eandem ciuitatem, caſtrum & diſtrictum cum eorum appendiis non *ſumus quolibet modo obligati.* Harum teſtimonio literarum, noſtrorum ſigillorum robore ſignatarum. Datum *Budiſching* in die beati Bartholomaei anno domini M CCC XXIX.

cedere Lubin.

Si pecunia ſoluta intra biennium.

Cum clauſula commiſſoria.

Datum 1329.

DIPLOMA LXXXIII.

Lignicenſis ducatus oblatio & ſuſceptio in feudum a Boemiae & Poloniae Rege Ioanne & eius heredibus CIↃ CCC XXXI.

Duces LIGNICENSES

NOs BOLESLAVS, WENCESLAVS & LVDVICVS *Dei gratia duces Sleſiae & domini* LIGNICENSES ad uniuerſorum tam praeſentium, quam futurorum notitiam, tenore praeſentium, uolumus deuenire: quod nos, habita deliberatione & contracto inter nos & cum *fidelibus noſtris* CONSILIO diligenti, nullo *metu* nos penitus urgente, ſed motu proprio & *bona noſtra* & *libera uoluntate* inducti, *omnes terras* ciuitates noſtras *Lignitz*, Vicz cum caſtro

cum conſenſu ordinum.

caſtro ibidem *Goldberg*; *Haynau*, cum caſtro adiacente *Brigk* cum caſtro *Olaw*, *Grotkau*, *Nimptz*, cum caſtro, *Nampslau* cum caſtro *Perolczſtatt* cum caſtro, *Creutzeburg* cum caſtro, *Bietzen*, *Landisberg* & *Cuntzenſtatt* cum caſtro *Cocenow* & *Treuenitze*, caſtra noſtra cum TERRITORIIS & *pertinentiis* ipſorum omnibus & ſingulis quibuscunque diſtinguuntur nominibus & in quibuscunque conſiſtant rebus., quas & quae ab ineunte noſtra aetate & *parentibus* & progenitoribus noſtris LIBERAS ſemper & ab omni SERVITVTE DISBRIGATAS tenuimus & poſſedimus, principis magnifici domini IOANNIS BOEMIAE & POLONIAE regis ac *Lucemburgenſis comitis* domini & *fororii noſtri* carisſimi ante fores *eccleſiae* beati Ioannis in *Vratislauia* SVBMISIMVS ditioni; ipſa & ea pro nobis & heredibus noſtris praeſentibus & futuris, dicti *regis* libere reſignantes in manus, ut principes *uaſalli* ſui, heredum & ſucceſſorum ſuorum ac regni *Boemiae* fieri ualeamus: ipſe uero dominus rex affectionem noſtram & uota conſiderans, grato fauore nobis occurrens, nos & heredes noſtros in *principes & uaſallos* ſuos heredum & ſucceſſorum ſuorum *regum* ab ipſius *Boemiae* recepit placite & aſſumſit, praefatas *terras*, ciuitates noſtras atque caſtra cum omnibus ſuis, ut praemittitur, appendiis, noſtro & heredum noſtrorum praedictorum nomine, in FEVDVM PERPETVVM ET HEREDITARIVM conferendo. Itaque REGEM ipſum, *heredes* & *ſucceſſores* ſuos praenotatos de cetero DOMINOS NOSTROS & legitimos nos & heredes noſtros recognoſcere & eis intendere fideliter & aſſiſtere perpetue teneamur: unde ſi, quod abſit, nos ipſos heredes noſtros migrare contingeret ab hac uita, heredibus *maſculis legitimis*

principatum LIGNICENSIS *hactenus* POTESTATIS ABSOLVTAE, IOANNI *Boemiae* REGI, *reſignat*, *eumque ab eodem iterum ſuſcipit in feudum*. *Cum iure olim ſuccedendi.*

timus de corporibus noſtris procedentibus non relictis, ſaepe dictae terrae noſtrae & ciuitates cum caſtris & appendiis ſuis omnibus ad ſupra dictos *regem, heredes & ſucceſſores* ſuos nec non ad ipſum regnum *Boemiae*, *nomine & titulo dominii*, deuoluentur: ſi tamen, urgente *caſu* aliquo, ciuitatem noſtram aliquam ſiue caſtrum cum *territorio* uel ſine territorio nos uel heredes noſtri *uendere* compellamur, principi uel nobili uiro alteri, qui ciuitatem ipſam uel caſtrum a nobis uel heredibus noſtris in *feudum recipere uoluerit* & habere, ipſam uel ipſum eisdem regi heredibus & ſucceſſoribus ſuis *emenda offerre* tenebimur & exhibere, pretio, ſi uoluerint, comparanda. Sin autem: ex tunc licebit nobis illam uel illud uiro *fideli* & *idoneo uendere*, qui in feudum ipſam uel ipſum ab ipſis rege heredibus aut ſucceſſoribus ſuis recipiat, facturus & exhibiturus eis ſeruitia debita, iuxta *morem ſuorum fidelium* aliorum & conſueta. Mandamus igitur uniuerſis & ſingulis, *baronibus*, *nobilibus*, *clientibus*, *uaſallis*, *fidelibus*, *ciuibus*, *oppidanis*, *uillanis* ac ceteris noſtris hominibus omnibus & ſingulis, qui nunc ſunt uel erunt tempore futuro, quatenus ſupra dictis regi & ſucceſſoribus heredibus ſuis, ſi, quod abſit, ut praedicitur, nos & heredes noſtri *deceſſerimus*, *heredibus maſculinis* non relictis, tanquam ueris & naturalibus dominis ſuis, ad quos ipſos praeſentibus ordinamus & dirigimus, ſeruitiis & modis aliis, iuxta COMMVNEM FIDELIVM POLONIAE CONSVETVDINEM, intendere debeant & parere. TESTES praemiſſorum ſunt uenerabiles domini *Nankerus* Vratiſlauienſis, Witke *Wiſnenſis*, eccleſiarum *epiſcopi*, principes & duces illuſtres, domini Henricus *Vratiſlauienſis*

Alienandi tamen caſu ſic exigente.

Domino feudi ſaluo iure protimiſeos

Addictio ſubditorum Regi.

Teſtes.

ſis Vlatislaus *Bulinenſis*, Henricus, Conradus & Ioannes *Glogouienſis*, Bolko *Falkenbergenſis*, quorum omnia *ſigilla* ad preces noſtras una cum *ſigillis noſtrum* duorum Boleslai ſcilicet & Wenceslai, ducum; Wlatislaus *Bulumienſis* ac ceteri principes, duces praedicti, *uocati* ad praemiſſa TESTES & rogati, praemisſis omnibus principaliter interfuimus, ſcriptis praeſentibus *ſigilla* noſtra, ad perpetuam rei memoriam & in teſtimonium euidens, appendentes. DATVM PRAGAE in die beati Luciae, anno domini M CCC XXXI. Datum 1331.

DIPLOMA LXXXIV.

Ducis Lignicenſis & GOLDBERGENSIS CONFESSIO nexus feudalis, debiti Boemiae Regi CIↃ CCC XXXXV.

NOS WENCESLAVS, *dei gratia dux Sleſiae & dominus in* GOLDBERG, recognoſcimus tenore praeſentium, quod, quia in praeſentia ſereniſſimi principis & domini noſtri generoſi, domini IOANNIS *regis* BOEMIAE & comitis *Lucenburgenſis* & plurimorum principum nobilium & aliorum noſtrorum fidelium inter nos ex una & illuſtrem principem dominum *Ludouicum*, ducem Sileſiae & dominum in LIGNIZ, fratrem noſtrum cariſſimum, parte ex *altera*, ſuper omnibus *ciuitatibus*, caſtris, oppidis, terris noſtris inter nos *communibus* cum eorum honoribus, dominiis, *uaſallatibus* & uniuerſis attinentiis, in quibuscunque rebus conſiſtant ſeu nominibus cenſeantur, DIVISIO interuenerit, in qua, pro parte *noſtrae ſortis*, ciuitates *Goldperg*, *Haynow*, *Lubin* & caſtrum *Cocenow* recepimus, quae, ut tenebamur, ab ipſo *domino noſtro rege* protinus cum omnibus

WENCESLAVS D. Goldberg

a Ioanne R. BOEMIAE,

diuiſione auiti ducatus facta,

ſuam partem ſuſcipit in feudum.

ſuis *honoribus*, *dominiis*, *uaſallatibus* & aliis pertinentiis ſuis uniuerſis in FEVDVM SVSCEPIMVS & ſuſcipimus per praeſentes tanquam a *domino noſtro naturali* ab eo, heredibus & ſucceſſoribus ſuis uniuerſis regibus Boemiae tenendum, habendum & perpetuo poſſidendum per nos, heredes & ſucceſſores noſtros IVRE FEVDALI, ſicut eas pridem illuſtris princeps, dominus *Bolèslaus*, dux Sleſiae & dominus Bregenſis, pater noſter cariſſimus & nos fratresque dicti, cum adhuc eſſemus *indiuiſi*, ab ipſo domino noſtro rege dignoſcimur tenuiſſe. Harum noſtrarum *teſtimonio* literarum. DATVM *Vratislauiae* in uigilia ſancti Laurentii, anno domini M CCC XLV.

IVRE FEVDALI.

Datum 1345.

DIPLOMA LXXXV.

Oppignoratio ciuitatis STRELIN, facta a duce Munſterbergenſi Bohemiae Regi pro ſumma 2300. marcarum CIↃ CCC XXXVII.

BOLKO D. Munſterberg 1337.

Ioanni Boemiae R. ciuitatem cum iudicatu prouinciali, landgericht

& iuribus acceſſoriis

NOs BOLKO, *dei gratia dux* SLESIAE, *dominus in* MONSTERBERG &c. ad uniuerſorum, praeſentium & futurorum, notitiam uolumus peruenire: quod magnifico principi domino IOANNI BOEMIAE *regi* illuſtri ac comiti *Lucemburgenſi*, domino noſtro cariſſimo, heredibus & ſucceſſoribus ſuis ciuitatem noſtram *Strelin* cum caſtro ibidem IVDICIO CVRIAE & IVDICATV PROVINCIALI, oppido *Wanzow*, territorio, diſtrictu, pertinentiis & limitibus ſuis uniuerſis ab antiquo ad illa ſpectantibus, nec non *iurisdictione*, *dominio*, *feodis*, *feodalibus*, *uaſallis*, *uaſallagiis*, *emphyteutis* & ad *glebam adſtrictis* hominibus, *iudaeis* ac omnibus ac ſingulis liber-

libertatibus, iure patronatus & praeſentationibus eccleſiarum, iuribus, obuentionibus, prouentibus, cenſibus, utilitatibus, uſibus fructibus & emolumentis quibuscunque, qualiacunque ſint & in quibuscunque rebus conſiſtant, aut conſiſtere poterunt in futurum, in *duobus millibus trecentis marcis groſſorum Pragenſium Polonicalis numeri & ponderis* PIGNORI obligauimus in una parte, quam quidem pecuniam ipſe dominus *rex* in noſtris debitis ad preces noſtras, non parua exigente *neceſſitate* noſtra, penes creditores noſtros perſoluit, tum in *pecunia numerata*, tum etiam in *rebus aliis* quibuscunque, in alia uero parte in *quadringentis marcis groſſorum*, numeri & ponderis praedictorum, in quibus aliqua bona ad *Strelyn* ſpectantia, per nos obligata *pignori*, per ipſum dominum Regem heredes & ſucceſſores ſuos exſolui debent, in *tertia* ſiquidem parte, in illa quantitate pecuniae, pro qua ciues *Strelenſes* pro nobis in ciuitate *Vratislauienſi* aut alibi apud *Chriſtianos* uel *Iudaeos* tenentur, quos ipſos perſoluere continget, iuxta clara documenta & *probationes idoneas* & ſufficientes ciuium *Strelinenſium* praedictorum. Et in quarta parte in *quadraginta marcis* eiusdem *ponderis*, quas ſecundum conſcientiam & probationem ipſorum ciuium *Strelinenſium* in fabrica *aedificiorum* caſtri ibidem ipſos impendere continget atque dare; promiſit etiam nobis ipſe dominus *rex* firmiter ac ſpopondit, quod ipſam ciuitatem *Strelyn* cum caſtro & pertinentiis ſuis uniuerſis nobis absque *difficultate reddere* debeat & reſtituere, quandocunque nos aut *filii noſtri* uel *heredes noſtri* ipſi domino regi, heredibus & ſucceſſoribus ſuis praefatis, uel ipſorum nomine conſulibus eisdem

pro ſumma 2300. marcar.

ſoluenda certo tempore

Cum iure reluendi.

 duxe-

duxerimus aſſignandam & etiam praeſentandam; fructibus & utilitatibus per eos exinde perceptis in *ſorte principalis pecuniae* eis per nos minime *defalcandis*, quos uel quas propter nonnullas ipſorum impenſas & onera ibidem perferenda eis liberaliter condonamus. Si uero, quod abſit, nos & filium noſtrum absque *legitimis maſculis* heredibus de hac luce, priusquam praedicta exſoluerimus, migrare contingat; ex tunc ipſa ciuitas *Strelyn* cum caſtro ac omnibus & ſingulis pertinentiis, limitibus, dominiis, libertatibus & iuribus ſuis uniuerſis ſuperius nominatis, ad ipſum dominum *regem*, *heredes* & *ſucceſſores* ſuos reges Boemiae, prout & alia dominia, terrae & bona noſtra omnia libere & ſine difficultate eſſe debebunt illico deuoluta. TESTES autem praemiſſorum omnium ſunt uenerabilis dominus Witko, epiſcopus *Miſnenſis*, magnificus dominus Boleslaus, dux *Sleſiae*, dominus *Lignicenſis*, princeps illuſtris, patruus noſter cariſſimus, uenerabilis Bartoldus de *Lippa*, *Wiſegradenſis* praepoſitus, regis Boemiae *cancellarius*; nobilis uiri Ioannes de *Lippa*, Thymo de *Colditz*, Ioannes *Czamboris*, Heinricus de *Hugowitz*, Otto de *Glubom*, Reinhardus de *Reideberg* & Mulich de *Rideburgk*, ac alii nonnullii ad hoc *uocati* & rogati fide digni. In quorum omnium *teſtimonium* atque robur praeſentes literas fieri & *ſigillo* noſtro maiori fecimus communiri. DATVM Vratislauiae feria V. infra octauas Epiphaniae, anno eiusdem M CCCXXXVII.

Reluitione omiſſa & hered. bus extinctis cedat Regi Boemiae.

Teſtes *rogati.*

Datum 1337.

DIPLOMA LXXXVI.

BOLKO dux MVNSTERBERGENSIS oppignorat

gnorat ciuitatem Franckenſtein Regi *Boemiae* cum ſpe ſuccedendi CIↃ CCC XXXVII.

NOs BOLKO *dei gratia dux Sleſiae & dominus in Munſterberg*, recognoſcimus magnifico & excellenti principi domino IOANNI BOMIAE *regi illuſtri* ac comiti *Lucemburgenſi*, domino noſtro cariſſimo, in *duobus millibus marcarum* groſſorum denariorum Pragenſium *Polonicalis* ponderis, *XLVIII. groſſos* pro *marca* qualibet computando, de qua ſumma pecuniae idem dominus noſter rex nos expediuit, adeoque contentamur, *rationabiliter* nos teneri, de qua quidem pecunia ipſum dominum noſtrum regem heredes & ſucceſſores *ſecuros* & *certos*, prout expedit, reddere cupientes, ciuitatem noſtram FRANCKENSTEIN cum diſtrictu ad illam pertinente, *fortalitiis*, IVDICIO CVRIAE aliiſque pertinentiis, obuentionibus, gratiis, immunitatibus, iuribus, dominiis, libertatibus honoribus, expactionibus, pecunialibus, annonalibus, *emphyteutis* & ad glebam *adſtrictis*, iure patronatus eccleſiarum & collationibus omnium *beneficiorum* cum cura uel ſine cura & *praeſentationibus* earundem nec non agris cultis & incultis, collibus, planis, ſiluis, rubetis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumue decurſionibus, molendinis, piſcinis, piſcationibus, aucupationibus, uenationibus, commodis, emolumentis, utilitatibus & ſine exceptione qualibet bonis omnibus & in quibuscunque rebus conſiſtant & prout ſunt diſtincta ab antiquo & ad ciuitatem praedictam ſpectare noſcuntur, in eo caſu, ſi nos & *heredes noſtri maſculi*, habitis heredibus legitimis *maſculis* poſt nos relictis, decederemus quod tunc ciuitas ipſa FRANCKENSTEIN cum omnibus & ſingulis

BOLKO D. Munſterberg

IOANNI *Boemiae R. pro* 2000. *marcarum, quae* 48. *groſſor.*

FRANCKENSTEIN, *cum acceſſoriis* IVDICIO CVRIAE, *hofgericht.*

aliiſque, quae enumerantur ſigillatim,

cum ſpe ſuccedendi dat pignoris loco.

lis pertinentiis ſuis ſupradictis ipſis eſſe debebunt *titulo pignoris* obligata, tenenda, regenda, utifruenda & etiam poſſidenda per eos, absque fructuum defalcatione, pacifice & quiete tam diu, quousque ciuitas praedicta cum uniuerſis ſuis appendiis praenotatis per noſtros heredes ab ipſo domino rege, heredibus & poſſeſſoribus ſuis *Boemiae regibus* fuerint in praedictis duobus millibus marcarum groſſorum praefatorum exſoluta. Sique, heredibus uel herede *maſculis* poſt nos, quod abſit ! non relictis, deceſſerimus ; ex tunc dicta ciuitas FRANCKENSTEIN cum praenotatis ſuis appendiis uniuerſis, uelut aliae ciuitates, terrae & bóna noſtra omnia ad ipſos *dominum regem* HENRICVM & ſucceſſores ſuos *reges Boemiae* tanquam ad noſtros ueros & legitimos ſucceſſores debebunt eſſe ipſo facto absque impedimento quolibet deuoluta. In cuius rei *teſtimonium* &c.

Datum 1337. Datum WRATISLAVIAE in uigilia craſtini feſti Epiphaniae, anno ut in praecedentibus literis.

DIPLOMA LXXXVII.

Promiſſio BOLCKONIS, Ducis MVNSTERBERGENSIS, quod praeſtituri ſint IOANNI BOEMIAE REGI uaſalli *fidelitatis* & *obedientiae* iuramentum & ciuitates *homagium*.

BOLKO D. Munſterberg *promittit, quod fideles ciues & ſubditi*

NOs BOLKO *dei gratia Sleſiae dux*, *dominus in* MVNSTERBERG, promittimus bona fide firmiter & ſpondemus facere & efficere : quod *fideles* noſtri omnes & ſinguli *uaſalli & feudales* ciuitatumque noſtrarum ciues hinc intra feſtum purificationis beatiſſimae Mariae uirginis proxime uenturum *ſereniſſimo principi domino noſtro, domino*

mino IOANNI BOEMIAE *regi* & ſuis ſucceſſoribus Boemiae regibus in MANVS ipſius REGIS uel alterius perſonae, quam ad hoc ſpecialiter deputabit, FIDELITATIS & OBEDIENTIAE fideliter facient iuramentum. Promittimus etiam ſincero ſenſu & pollicemur, intra praefatum feſtum purificationis curare & ad effectum perducere finaliter, quod praefati uaſalli noſtri & ipſarum noſtrarum CIVITATVM CIVES literas noſtras, quibus HOMAGIVM praefato domino regi & ſuis ſucceſſoribus in ueritate *praeſtitimus*, noſtro munitas SIGILLO, ſuis *ſigillabunt ſigillis* difficultate & dilatione quibuslibet procul motis. In quorum omnium &c. DATVM *Wratislauiae*, feria I. poſt Epiphaniae domini anno, ut ſupra.

IOANNI Boemiae R. *iuramentum 1] fidelitatis 2] obedientiae, 3] homagium praeſtituri ſunt.* Datum.

DIPLOMA LXXXVIII.

BOLCKONIS D. SVEINICENSIS oppignoratio caſtri REICHENBACH *Ioanni* Boemiae Regi pro 2000. *marcis groſſorum* & ſpe ſuccedendi.

NOs BOLKO *dei gratia dux Sleſiae &c.* damus & concedimus magnifico & *excellenti principi* domino noſtro cariſſimo, domino IOANNI REGI BOEMIAE & comiti *Lucemburgenſi* caſtrum noſtrum & ciuitatem *Reichenbach* cum diſtrictu & aliis omnibus & ſingulis dominiis, libertatibus, pertinentiis ſuis & iuribus a *ſereniſſimis principibus, patruis noſtris*, BOLKONE & HENRICO ducibus *Suidnicenſibus*, quibus obligata *pignoris* titulo exiſtunt, pro *duobus millibus marcarum groſſorum* denariarum *Pragenſium Polonicalis ponderis* & numeri, exſoluendi & redimendi omnimodam & plenam poteſtatem, uolentes, ut i-

BOLKO Dux *Ioanni* BOEMIAE *Regi* Reichenbach *pro* 2000. *marcarum*,

dat in poteſtatem dem dominus *rex* cum ſuis ſucceſſoribus Boemiae regibus caſtrum & ciuitatem REICHENBACH cum ſuis praedictis omnibus appendiis, ſi nos & *cum ſpe ſuccedendi* heredes noſtros, *legitimis heredibus* non *relictis*, de hac luce, quod abſit! *migrare* contigerit, pleno iure & dominio poſſideant & habeant, perpetuis temporibus; Sed uero praemiſſis nullo modo obſtantibus, quandocunque dicta caſtrum & ciuitatem cum aliis ipſorum appendiis a dicto *domi-* *& iure reluendi.* *no rege* in dicta pecunia nos uel heredes noſtri *exſoluerimus*: ex tunc ipſe dominus *rex* & ſuus *capitaneus*, quem ibidem praefecerit, ſtatim nobis uel noſtris heredibus de dicto caſtro & ciuitate ac aliis omnibus praedictis & ſingulis ſuis pertinentiis ſine omni dolo & absque difficultate & contradictione qualibet cedere & nobis reddere tenebuntur. Harum &c. ACTVM *Wratis-* Actum. *lauiae* anno ut ſupra feria IV. poſt feſtum Epiphaniae domini.

DIPLOMA LXXXIX.

Reuerſales de matrimonio non ineundo, niſi cum CONSENSV domini feudi, Regis Boemiae.

BOLCKO D. *promittit, mortua uxore, non ducendi aliam, niſi R. Boemiae conſenſu.* NOS BOLKO, *dei gratia &c.* recognoſcimus tenore praeſentium uniuerſis: cum omnium generabilium uitam habentium finis ſit *mors* & ſequela *corruptio*: ſi tractu temporis, diſponente Domino! rebus contingat prius conſortem noſtram *humanis* eximi; quod cum alia nunquam contrahere matrimonium nullatenus uolumus, niſi de *noſtri domini* IOANNIS, *regis Boemiae*, licentia ſpeciali. DATVM Wratislauiae, Anno domini ut ſupra. VI. idus Januarii.

DIPLO-

DIPLOMA XC.

Ducis MVNSTERBERGENSIS confeſſio praeſtandi iuramenti & homagii *Ioanni* R. BOEMIAE & accuſandi hoc facere declinantes PERDVELLIONIS CIƆ CCC XLIII.

NICOLAVS *dei gratia dux* SLESIAE *&* *dominus in* MVNSTERBERGK notum facimus uniuerſis: quod, quia ad mandatum noſtrum ciuitates noſtrae MVNSTERBERGK, FRANCKENSTEIN & STRELIN & ciuium uniuerſitates nec non uniuerſi *nobiles*, diſtrictuum *ſculteti*, feodales & omnes uniuerſaliter in *noſtro dominio reſidentes*, ſereniſſimis principibus, dominis IOANNI, REGI BOEMIAE nec non CAROLO, ipſius primogenito, MORAVIAE MARCHIONI, *heredibus & ſucceſſoribus* ipſorum regibus BOEMIAE, & CORONAE REGNI eiusdem in caſu, ſi nos, heredibus non relictis! moreremur aut ſi per mortem heredum noſtrorum aut alio quouis modo terras *exhereditari* contingeret, *fidelitatis homagium* praeſtiterunt praeter quosdam *rebelles*, qui aſſumpta occaſione cuiusdam *homagii* facti, ut aſſerunt, ad *manus alterius*, autoritate imo *temeritate* propria & *rebellatione*, noſtrum mandatum, quamuis iuſtum & ordinarium! contemnentes; in noſtri honoris *praeiudicium* & dominorum noſtrorum diſpendium & iacturam, ac demum in ſuam *deſolationem* perpetuam, quam non iniuſte mererentur, *homagium fidelitatis* huiusmodi facere noluerunt. Quapropter ad occurrendum *doloſitatibus*, *defectibus* praenotatis promittimus *bona* noſtra *fide* & ſine omni dolo ſupradictis dominis noſtris & ipſorum heredibus ac ſucceſſoribus, ut praefertur, aduerſus huius-

NICOLAVS D. Munſterberg. 1343. *fatetur ciuitatem* 1) Munſterberg, 2) Franckenſtein, 3) Strelin, IOANNI *Regi* Boemiae *& coronae debere homagium extincta ſtirpe.*

Fruſtra aduerſis quibusdam, qui ad manus alterius inclinent.

modi

Qui declarantur perduelles. modi *contumaces* & *rebelles*, tam ipſorum quam noſtrorum, quotiens & quando per *eos fuerimus requiſiti*, ad cogendum ipſos pro faciendo dictae *fidelitatis* homagio, totis noſtris uiribus & potentia fideliter ſubuenire, ut, quod motu uirtutis propriae facere contempſerunt, ſaltem cogantur *exequi*, rebus & corporibus non modicum fatigati & uirtus inuitiata proueniat, quam corruptae uoluntatis aſtutia denegauit. *Teſtes.* *Praeſentium*, ſub noſtro *ſigillo*, teſtimonium literarum. Nobilibus Henrico de *Hugowitz*, Vlrico de *Lebenrodae*; Ioanne de *Kodau*, Petzkone *Altenlangisbach*, fidelibus noſtris, & Ioanne de alta *Muta*, canonico eccleſiae ſanctae crucis Wratislauienſis, curiae noſtrae protonotario, *teſtibus* ad praemiſſa. DATVM MVNSTERBERGK, feria proxima ante diem ſancti Galli, anno domini M CCC XLIII. *Datum 1343.*

DIPLOMA XCI.

Ceſſio iuris RELVENDI ciuitatem, oppigneratam, Carolo Regi *Boemiae* CIↃ CCC XLII.

IOANNES D. Stinauiae 1342.

NOS IOANNES *Dei gratia dux Sleſiae & dominus* STINAVIAE, recognoſcimus & ad uniuerſorum notitiam uolumus peruenire, quod *excellenti principi* domino CAROLO, *Sereniſſimi domini noſtri regis Boemiae primogenito, marchioni Morauiae, domino noſtro* cariſſimo indulgemus praeſentibus & fauemus ac omnino noſtrae uoluntatis exiſtit, ut ipſe oppidum noſtrum *Polkewitz* cum *territorio* & ſuis *appendiis* & *pertinentiis* uniuerſis pro *quadringenta* marcis *groſſorum* denariorum *Pragenſium Polonicalis pagamenti*, in quibus illud illuſtri principi domino HENRICO duci *Laurenſi* patruo

Carolo Regi BOEMIAE *oppidum* Polkeuiz *pro 400. marcis*

patrno noſtro per nos alias extitit obligatum, *redimat* & exoluat. Quodque praedictum oppidum *Polkewitz* & aliud oppidum noſtrum *Lynde* cum ſuis *territoriis*, *grenicüs*, *limitibus*, *uillis*, *utilitatibus* & pertinentiis ac appendiis uniuerſis nomine ueri pignoris habeat, teneat, & poſſideat tamdiu, quousque per nos & non per quemuis alium in praefata pecunia fuerint exloluta. Harum *teſtimonio* literarum. DATVM *Vratislauiae* feria ſecunda infra octauas corporis Chriſti. Praeſentibus etiam noſtrum ſigillum eſt appenſum.

adſignat ad reluendum, cum omnibus grenicis graenzen.

Datum 1342.

DIPLOMA XCII.

GLOGOVIAE territorii uenditio pro 2000. marcis IOANNI REGI BOEMIAE CIↃ CCC XXXI.

NOs IOANNES, *dei gratia dux Sleſiae & dominus in* STINAVIA, notum fieri uolumus uniuerſis, tam praeſentibus, quam futuris, praeſentes literas inſpecturis: quod nos animo deliberato maturoque conſilio, ſacramento & corpore, totum ius *proprietatis* ac dominii, *deuolutionis* ac ſucceſſionis hereditariae, quod ex parte domini quondam, noſtri domini *Henrici*, aut ex parte domini *Prinkonis*, bonae memoriae, *fratris noſtri* ducum GLOGOVIAE, in ipſa ciuitate GLOGAV, territorio, iuribus, reditibus, cenſibus, prouentibus, ſuisque appendiis & pertinentiis omnibus & ſingulis, quibuscunque nominibus cenſeantur, nobis hactenus competiit & in praeſenti competit uel competere poterit in futurum, *magnifico principi*, *domino noſtro*, *domino Ioanni regi* BOEMIAE *ac* POLONIAE ac comiti *Lucemburgenſi* & heredibus ſuis pro *duobus millibus* marcarum Polonici

IOANNES D. Stinauiae 1331.

ius ſua

in GLOGAV,

Ioanni Regi Boemiae,

pro 2000. marcis.

nici pagamenti XLXIII. groſſos Pragenſes pro *marca* qualibet computando, quas ab ipſo domino rege *recepiſſe pantas*, praeſentibus nos fatemur; *uendidimus*, *ceſſimus*, & *reſignauimus* libere in praeſentia illuſtrium principum & dominorum BOLESLAI, uidelicet ducis *Sleſiae*, *domini* LIGNICENSIS, domini CONRADI, fratris noſtri cariſſimi, ducis GLOGOVIAE & domini STINAVIAE, domini WIIKONIS, epiſcopi MISNENSIS, & aliorum magnorum nobilium multorum uirorum, *conuocatorum & euocatorum* ad hoc, ciuibus *Glouenienſis uniuerſis*, quos omnes tam *diuites*, quam *pauperes*, *iuuenes* atque *ſenes*, *ſexus* etiam *utriusque*, in *loco publico* ante hoſpitium dicti *domini regis*, hoc eſt ante domum *Heinrici filii* quondam ECKARDI *ciuis Glogouienſis*, conuocauimus & a *praeſtito* nobis *homagii* & *fidelitatis debitae iuramento* & *liga* qualibet, quibus nobis tenebantur hactenus & aſtringebantur, abſoluimus & abſolutos a nobis & heredibus noſtris, ſi quid adhuc nos habere *contigerit*, eos fore, publice pronunciamus, dirigentes & demonſtrantes ſeu transferentes eos ad ipſum *regem* & *heredes ſuos*, tanquam homines *legitimos* & *fideles* ac ueros & hereditarios, de cetero ſuos dominos, doli, fraudis & *malitiae* fomento quolibet procul moto; *renunciantes ſponte* in his ſcriptis & expreſſe, noſtro & heredum noſtrorum nomine, omni iuri, *proprietati* & *dominio*, quae nobis in praedictis ciuitate GLOGAV & TERRITORIO ipſius ac ceteris annotatis ſuperius huc usque competiuerunt, competunt praeſentialiter aut competere poterunt in futurum quoquo modo, exceptioni nihilominus *doli*, *mali*, *in factum actioni*, *beneficio reſtitutionis in integrum*, literis quoque a *papa*, *Romano-*

in praeſentia principum plurium uendit

& ſtatim ciues addicit Regi praeſenti

dimittitque ab homagio

renuntiat omni iuri

& exceptionibus iuris

manorum imperatoribus & *imperatore*, ſiue *regibus* & *rege* impetrandis ac etiam impetratis *omnique iuris* auxilio tam *canonici*, quam *ciuilis*, quibus noſtrae praeſenti uenditioni, ceſſioni ac reſignationi ſpontaneae modo poſſet aliquo derogari aut etiam obuiari & promittentes bona fide, noſtro & heredum noſtrorum nomine, praedictum *contractum* noſtrum praeſentis *venditionis*, *ceſſionis* & *reſignationis* noſtrae *uoluntariae* & omnia ſuperius expreſſa inuiolabiliter perpetuis in antea temporibus obſeruare, & contra praemiſſa uel praemiſſorum aliquid, de iure ſiue de facto, per nos ipſos, alium uel alios, nullo unquam tempore, facere uel uenire, aut aliqualiter cooperari. In quorum omnium *teſtimonium*, memoriam & cautelam praeſentes fieri & *ſigillorum*, noſtri uidelicet, & uenerabilis patris in Chriſto domini *Witkonis* MISNENSIS epiſcopi nec non ciuium ſeu ciuitatis GLOGOVIENSIS, a nobis rogatorum, appenſionibus fecimus roborari & nos WITKO, *dei gratia* MISNENSIS *Epiſcopus*, *iudex* & *ſcabini* & *ciues* GLOGOVIENSES antedicti, ad preces dicti domini *Ioannis ducis*, SIGILLA noſtra appendimus. DATVM & actum GLOGOVIAE in die beati Remigii, anno domini M CCC XXXI.

canonici & Romani

atque contractus beneficiis aliis.

Firmando contractum ſigilla 1) ſuo 2) miſnenſis epiſcopi 3) Glogouienſium.

Datum 1331.

DIPLOMA XCIII.

IOANNIS BOEMIAE R. conſenſus de uendita STINAVIA CIↃ CCC XXIX. eidem feudali.

IOANNES, *dei gratia Boemiae rex ac Lucemburgenſis comes*, ad uniuerſorum notitiam uolumus peruenire tenore praeſentium: quod, quanquam *benignitatis noſtrae* regia celſitudo quoslibet

IOANNES R. Boemiae

bet, quos ambit noſtrum dominium, gratioſo quodam affectu proſequitur; iudicat tamen noſtra ſerenitas & congruum arbitratur, ut *perſonas* SVBLIMIS STATVS, quos indefeſſe noſtris *inſudare obſequiis* fideliter agnouimus; ad augendum ipſorum *commoditatem* largius proſequi debeamus. Ad hoc utique conſideratione habita & reſpectu, quum illuſtris princeps, *dominus* CONRADVS, *dux Sleſiae* & dominus in OLSNA, fidelis noſter dilectus, ad noſtram ueniens praeſentiam, pro ſe & fratre ſuo, domino *Henrico*, *duce Sleſiae* & domino *Saganenſi*, ſimiliter principe noſtro nobis exhibuerit quoddam PRIVILEGIVM fratris ſui ducis Ioannis Stinauiae, continens contractum inter eos initum ſuper dictis terris *Stinauiae*, cuius priuilegii tenor talis eſt: *In nomine Domini amen.* Vt ea, quae per noſtram diſponuntur *magnificentiam*, illaeſa ſucceſſuris temporibus perſeuerent, decet ea ſcripturae patrocinio ſolidari. Ideo nos *Ioannes*, *dei gratia dux Sleſiae* & dominus in *Stinauia*, memoriae commendantes, ad uniuerſorum notitiam, tam praeſentis, quam futurae aetatis, cupimus tenore praeſentium peruenire: quod nos, prouida & matura deliberatione noſtra & *fidelium* ac *conſiliariorum* noſtrorum *conſilio praehabito* ac libera & bona uoluntate noſtra, non coacti, non compulſi, nulla fraude inducti ſeu dolo aliquo circumuenti; ſed pure, libere, ſponte, ob ſpecialis dilectionis & deuotionis affectum quem ad magnificos principes *Henricum* & *Conradum*, *duces Sleſiae* & dominos SAGANI & in OLSNITZ, fratres noſtros cariſſimos, ſincere geſſimus, & gerimus, commoditatem nihilominus & utilitatem noſtram, & omnium ſubditorum noſtrorum ac incolarum dicti *ducatus noſtri* ſperantes in

ex ſingulari gratia

contractui DD. OELS & SAGAN

cuius uerba recitantur,

Quo, cum conſenſu ordinum,

in hoc impoſterum non modicum prouehere, cum ipſis fratribus noſtris ducibus memoratis contractum iniuimus ſubnotatum, uidelicet quod terram noſtram ſeu *ducatum* STINAVIENSEM cum ciuitatibus, oppidis & caſtris ſcil. *Stinauia*, *Goruu*, *Wrowenſtadt* cum caſtris ipſis adiacentibus *Polkewitz*, *Heintzendorff*, noua ciuitate *Linda*, *Gobena* cum ipſorum diſtrictibus, territoriis, caſtris, fortalitiis, uillis, uaſallis, feudalibus, nobilibus, militibus, clientibus, ſeruitoribus, ciuibus, *Iudaeis*, iuribus, iuriſdictionibus, honoribus, dominiis, cenſibus, reditibus, uſibus, uſufructibus, utilitatibus, prouentibus, exactionibus pecunaeis, monetalibus & annonalibus, iudiciis curiarum & prouinciarum, iure patronatus eccleſiarum & collationibus omnium beneficiorum, & praeſentationibus eorundem, nec non campis, allodiis, curiis, agris, cultis & incultis, montibus, collibus, uallibus, ſyluis, rubetis, pratis, paſcuis, mellificiis, piſcinis, piſcationibus, venationibus, aucupationibus, molendinis, in aquis vel ad uentum expoſitis, aquis aquarumue decurſibus & ſine ulla exceptione cum omnibus & ſingulis, quae in ipſa terra ſeu ducatu Stinauienſi luci expoſita, ſeu ſub ipſa latentia nunc ſunt, & eſſe poterunt in futurum, in quibuscunque rebus conſiſtant, & quocunque nomine cenſeantur, obuentionibus etiam quibuscunque, quae ad dictum ducatum ſeu terram Stinauienſem nunc pertinent, & pertinuerunt ab antiquo; rite & rationabiliter uendidimus, terram ſeu ducatum praedictum cum ſuis pertinentiis, ut praemittitur, uniuerſis ipſis fratribus noſtris dominis *Henrico*, & *Conrado* ducibus praefatis & ipſorum legitimis heredibus pro prietatis titulo & iure fere dominii libere reſignan-

Ducatum Stinauiae *cum acceſſoriis & iv-* DAEIS

ducibus fratribus reſignat

gnantes, per eos perpetuis in antea temporibus poſſidenda, & ipſis *reſignare* bona fide, omni penitus ſine dolo, promittentes coram *domino noſtro* REGE BOEMIAE ad fratrum noſtrorum antedictorum placitum & voluntatem, quandocunque & quam citius copiam habere poterimus domini *noſtri Regis* praefati, *homagium* vero & fidelitatis iuramentum fratribus noſtris & ipſorum heredibus iam actu ab omnibus terrarum praedictarum incolis nobilibus, militibus, clientibus, *uaſallis feudatis* & non *infeudatis*, ciuibus ciuitatum praemiſſarum inhabitatoribus fieri mandauimus, facientes nunc modo & ordine praefatae *uenditionis* fratres noſtros & ipſorum heredes dicti ducatus *Stinauienſis* ſeu terrarum dictarum ciuitatum, caſtrorum, oppidorum, diſtrictuum cum omnibus & uniuerſis dominiis & utilitatibus, ut praemittitur, ueros & legitimos *poſſeſſores*; illas uero terras, ciuitates & oppida cum ipſorum diſtrictibus & omnibus uſibus, utilitatibus, prouentibus & reditibus, ut eſt praeſcriptum, fratres noſtri, domini Henricus & Conradus, duces praefati, nobis reddere ad uitae noſtrae tempora tenebuntur, facientes nos praedictorum omnium uerum & rectum dominum: mandantesque omnibus & ſingulis dictarum terrarum inhabitatoribus: quatenus nobis ad uitae noſtrae tempora, ſicut ipſis, ſeruiant & obediant, ideoque ex nouo promittant, quod nos pro uero & recto domino habeant, & a nobis recedere non debeant, cauſas propter quaſcunque, quas fratres noſtri praememorati poſſent adinuenire, *homagio* tamen ac *fidelitatis iuramento excepto*, quod pro ſe & ſuis heredibus legitimis, ut eſt expreſſum, reſeruabunt, etiam *fratres noſtri* praefati nobis promittunt, quod nec ipſis

ad ſenata poſſeſſione,

recipiendi homagii.

pſis, nec ipſorum nata uel *naſcenda poſteritas* in omnibus praeſcriptis non debeant nos aliqualiter impedire. Ceterum promittunt fratres noſtri, quod nos & terras praedictas protegere, defendere & adiuuare debeant, ſicut ſe ipſos & terras ipſorum & nos circa terras praedictas pacifice pro ipſorum iuribus conſeruare nec nos ullo unquam tempore commouere uel alienare; admittunt etiam fratres noſtri uoluntarie ex conſenſu, quod ſi iuſtitia fauende ſucceſſuris temporibus *uxorem* legitimam ducere nos contingeret, quod unam ex *ciuitatibus* praedictis cum ipſius diſtrictu *Stinauienſem* uidelicet, uel *Gorauienſem* eidem *conſorti noſtrae in* DONATIONEM PROPTER NVPTIAS *ſuae uitae temporibus licite poterimus aſſignare.* Et ſi illam uidelicet uxorem, fauore & conſilio fratrum noſtrorum, *duxerimus* & ex ea filium uel filios generaremus uel generauerimus, tum dictae *terrae* ad dictos filium uel filios, noſtros *ſucceſſores*, pertinebunt, ſi uero *uxorem duceremus*, *conſilio ipſorum non habito nec fauore*; *quod ciuitas* FRAVENSTADT cum omnibus dominiis & iuribus, ut prius expreſſum eſt, ad ipſos & heredes ipſorum libere reuertatur. Si uero uxore legitima nobis tradita, prius facto eidem *dotalitio*, absque filio uel filiis moreremur, tunc ciuitatem & diſtrictum ſibi pro *mille quingentis marcis* redimere & exſoluere poſſunt & debent, quandocunque eis facultas occurrerit redimendi. Promittunt etiam fratres noſtri praedicti: quodſi cum noſtris feudalibus, ciuibus & ruſticis aliquid placitare habemus, quod ad noſtram illos uel iudicis *curiae noſtrae* praeſentiam debemus *euocare* & quod ſe intromittere non debeant de eisdem. Promittimus etiam fratribus noſtris praedictis, omni penitus ſine do-

Reſeruata protectione

&, ſi uxorem duxerit cum conſenſu fratrum

 lo,

lo, quod *Lutoldum de* LOBIL, ſi pro *Caſtellano Stinauienſi reſignauerimus*, idem ipſum promittere fratribus noſtris antefatis, ipſum mandabimus uel *Conradum de* Chachindorff, uel alium fratribus noſtris congruentem dictis *Henrico* & *Conrado*, idoneum & honeſtum. *Promittimus* etiam *fratribus* noſtris fide data, quod nec *guerrare* nec contendere debemus cum aliquibus circumſedentibus principibus, niſi fratrum noſtrorum mediante conſilio & fauore, promittentes ſincere & bona noſtra fide, omni penitus ſine *dolo* & *zelo* malo uenditionem huiusmodi proinde per nos factam nunquam in antea reuocare occaſione uel cauſa quacunque; ſed eam *ratam, gratam*, firmam & inuiolabilem ſemper obſeruare ac attendere nec contra eam facere uel uenire nullo unquam tempore publice uel occulte, de iure uel de facto. In cuius rei teſtimonium &c. &c. ACTVM & datum STINAVIAE feria poſt diem beati Bartholomaei apoſtoli proxima; anno domini M CCCXXVII. *praeſentibus* ſtrenuis uiris dominis Henrico de *Brunaw*, Ioanne de *Lobil*, Lutoldo de *Lobil*, Czunardo de *Chachindorff*, Petro de *Gorin*, Petro *Libnick*, uaſallis, nec non Nicolao Theodorico fratribus *aduocatis*, Henrico TABERNATORE, Conrado Bruleno, ciuibus Stinauienſibus & aliis fide dignis. nobisque cum humili deuotione & inſtantia ſupplicauerit, quatenus praefatum priuilegium & CONTRACTVM VENDITIONIS inter ipſos *initum* & factum ideo, quod dictus *ducatus a nobis in feodum dependet*, & quod ad hoc neceſſario noſter requiratur CONSENSVS, confirmare & approbare dignaremur. Nos itaque, praefatos *Conradum* & *Henricum*, duces *Sleſiae* praedictos, ampliori beneuolentia & gratiae affe-

promittit, non guerrare.

Clauſula de non reuocando contractum.

ACTVM 1327.

Teſtes.

Rex, cum dominus ſeruit, ei conſentit.

affectu proſequi prae ceteris diſpoſiti ipſorumque ſupplicationibus, nobis porrectis, benignius inclinati, omnem *contractum* praefatum, quemadmodum in dicto continetur priuilegio, *de liberalitate regia* & *de certa noſtra ſcientia ratificamus, approbamus* & praeſentis ſcripti patrocinio confirmamus; exceptis tamen expreſſe ciuitate & caſtro LVBIN cum uniuerſo ſuo diſtrictu, territorio, & dominio, nec non uniuerſis & ſingulis iuribus honoribus, utilitatibus, reditibus, nobilibus, uaſallis, feudalibus & non feudatis hominibus & aliis pertinentiis omnibus, in quibuscunque rebus conſiſtant uel quocunque cenſeantur nomine, quam, quod uel quae nobis, heredibus & ſucceſſoribus noſtris, perpetuo proprietatis titulo *reſeruamus*. Concedimus quoque liberaliter & conferimus praedictis *Conrado* OLSNENSI, & *Henrico*, SAGANENSI *ducibus*, ipſorumque heredibus, in perpetuum, ex diſpoſitione dicti ducis *Ioannis* STINAVIENSIS, praefatam terram ſeu ducatum Stinauienſem, ſcilicet *Stinauiam*, *Gorau*, *Frauenſtadt* cum caſtris ipſis adiacentibus: nouam ciuitatem *Lindam*, caſtrum *Heinzendorff*, *Polkewitz*, *Gobenam* cum omnibus ipſorum diſtrictibus in FEVDVM HONORABILE & HEREDITARIVM; uolentes, ut easdem terras cum omni eo dominio, iure & titulo, quibus alias ipſorum terras & ducatus a nobis tenent in feudum, ex nunc in antea perpetuis temporibus a nobis, heredibus & ſucceſſoribus noſtris *Boemiae* regibus in *feudum* habere & recipere debeant & poſſidere; promittentes pro nobis & heredibus noſtris bona fide, omni absque dolo, ipſos *Conradum* & *Henricum duces* praedictos ac heredes ipſorum in ipſorum iuribus dicti DVCATVS STINAVIENSIS, ut praemittitur,

Ratum habet confirmatum.

Exceptis Lubin.

Confert eam terram emtoribus in feudum hereditarium.

Pollicetur, quod eos tuebitur.

manutenere & defendere & generoſius conſeruare, nec eundem ducatum per nos aut heredes noſtros impetere uel aliquam ipſis proinde mouere brigam, actionem uel quaeſtionem. Renunciantes nihilominus expreſſe omni *contractui inter nos & praefatum ducem Iohannem ſuper praefatis terris pridem inito* & facto & omnibus iuribus, quae nobis & heredibus noſtris competunt uel competere poſſunt, ex contractu huiusmodi, quem quidem contractum & iura inde ſubſecuta quibus nos iuuari poſſemus, *caſſamus, irritamus & totaliter annullamus*; omnia igitur & ſingula in ſupraſcripta noſtra confirmatione contenta, pro nobis & heredibus noſtris promittimus, ſeruare, cuſtodire & attendere conſtanter; nec contra ea uel ipſorum aliquod facere uel uenire per nos, alium uel alios, de *iure, conſuetudine* uel *facto*. RENVNCIANTES in his omnibus & ſingulis ſupradictis exceptioni doli mali, in factum actioni, beneficio reſtitutionis in integrum, exceptioni, conſtitutioni, conſuetudini, *literis & indulgentiis apoſtolicis, imperialibus*, uel a Romanis regibus impetratis uel impetrandis, & omnibus aliis tam iuris CANONICI, quam CIVILIS auxiliis; per quae nobis & heredibus noſtris ſuffragium & ſaepefatis ducibus & heredibus ipſorum praeiudicium poſſet quodlibet generari. In cuius rei teſtimonium &c. ACTVM & datum in ALDENAR in die annunciationis beatae uirginis glorioſae, Anno M CCC XXXVIII.

Renuntiatione addita olim initi contractus.

nouum ſeruaturus.

Nuntium mittit exceptionibus iuris.

indulgentiis apoſtolicis & imperialibus.

Actum 1338.

DIPLOMA XCIV.

Oblatio GLOGOVIAE ducatus in feudum REGI BOHEMIAE *Ioanni* ſuſceptioque ab eodem an. CIↃ CCC XXIX.

In

IN *nomine domini amen.* Nouerint uniuerſi tam praeſentes quam futuri, notitiam praeſentium & copiam habituri: quod, quia nos CONRADVS *dei gratia dux Sleſiae* & GLOGOVIAE & *dominus in* OLSNA, ob ſpecialis amoris affectum, quem erga magnifici principis, domini IOANNIS BOEMIAE & REGIS POLONIAE ac *Lucemburgenſis* comitis, domini noſtri carisſimi, gerimus celſitudinem; habito nobis cum amicis quoque & *fidelibus noſtris conſilio* diligenti & deliberatione matura, accedentibus etiam *fauore* & CONSENSV eorundem expresſis ad ſubſcripta, bonum in hoc noſtrum principaliter; conſequenter autem fidelium terrarum, ciuitatum, hominum & bonorum noſtrorum omnium infra ſcriptorum *commodum* ſtatumque in antea pacificum perpendentes; PRINCEPS & VASALLVS SVVS, heredum ac ſucceſſorum ſuorum *Boemiae regum* ac ipſius *regni Boemiae* in perpetuum fieri & fore decreuimus, omnia & ſingula bona noſtra ſub eisdem libertatibus & iuribus, quibus a praedeceſſoribus noſtris ad nos peruenisſe noſcuntur, OMNES TERRAS NOSTRAS, *quas ad praeſens posſidemus uel posſidebimus* quocunque titulo in futurum, tam citra quam ultra *fluuium*, qui ODERA dicitur, cum ciuitatibus *VVartenbergk*, *Olsna*, *Militſch*, *Trebnitz*, *Trachenbergk*, *VVolaw*, *Lubeſt*, *VVintzig*, *Hernſtad* & caſtris eis adiacentibus, cum aliis, *Plotzk*, uidelicet, *Pruſnitz*, *Sandowel*, cum omnibus ſuis *appendiis*, *dominiis*, *oppidis*, *uillis*, *allodiis*, *feudis*, *feudalibus*, *nobilibus* & *pleveiis*, *iuribus*, *reditibus*, *prouentibus*, & *utilitatibus earundem*, *quocunque uocentur nomine* uel in quibuscunque conſiſtant rebus, NOSTRO, HEREDVM

CONRADVS D. GLOGOVIAE & OLSNAE 1329.

IOANNI R. BOEMIAE,

ex gratia, cum conſenſu ordinum

ſe addidit principem & uaſallum

omnesque terras ſuas, recenſitas ſigillatim,

& SVCCESSORVM noſtrorum SLESIAE & GLOGOVIAE ducum & dominorum OLSNENSIVM nomine, in regis ipſius MANVS ſponte & libere RESIGNANTES, ab eo IN FEVDVM RECEPIMVS perpetuum, factoque ſibi per nos FIDELITATIS debitae HOMAGIO, praeſtito corporali nihilominus iuramento ipſi *regi, heredibus & ſucceſſoribus* ſuis praedictis, tanquam ueris DOMINIS NOSTRIS, uelut PRINCEPS & VASALLVS eorum & *regni Boemiae* antedicti, parere promiſimus & eisdem intendere &, *contra quoslibet principes* & homines, ipſos pro uiribus fideliter adiuuare. Reſeruata nobis AEDIFICANDI AC INSTAVRANDI MVNITIONES nouas in terris & bonis praemiſſis & deſtruendi ueteres, ubicunque & quandocunque nobis uidebitur pro noſtro, terrarum praedictarum & hominum noſtrorum commodo, atque expediendi libera facultate. Volentes & firmiter ſtatuentes: ut, ſi forte nos, HEREDES aut SVCCESSORES noſtri SVBLATI de medio fuerimus, *heredibus* legitimis & praeſertim *maſculis* non relictis; ex tunc bona iam dicta noſtra, terrae, ciuitates & oppida, cum omnibus ſuis pertinentiis, ut praedicitur, ad *fratres* noſtros, principes illuſtres, dominum HENRICVM uidelicet, ducem *Sleſiae & Glogouiae*, *Saganenſemque* dominum; ac Iohannem *ducem Sleſiae & Glogouiae* ac dominum *Stinauiae* heredesque ſuos *maſculos* duntaxat, ſi quos reliquerit; ſi autem nullos poſt ſe *maſculos* legitimos relinqueret; ad *regnum Boemiae* praedictum libere & hereditarie debeant pertinere. Hoc tamen adiiciendum duximus nominatim, quod ſi nos ipſi, heredes uel ſucceſſores noſtri praefati cum *clericis*, *ciuibus*, *ruſticis* uel IVDAEIS noſtris aliquid cauſae, quaeſtionis aut iudicii inſtaura-

reſignat in manus noui Regis.

ab eoque iterum recipit in feudum.

Reſeruato iure belli.

Conceſſa ſpe ſuccedendi, ſi ipſe extinctus.

Iuri dictione ſalua.

ſtaurauerimus, de his & de huiusmodi rex & heredes ſui praedicti nobis, heredibus uel ſucceſſoribus noſtris ſuperſtitibus intromittere ſe non debeant modo quouis: ſi uero nobiles uel fideles terrarum noſtrarum ſupra ſcriptarum debitam per *nos*, heredes uel ſucceſſores noſtros de *ſuis quaeſtionibus* ſiue cauſis nobis motis, de quibus iuxta litterarum *regalium*, datarum nobis, continentiam, *ſecundum fidelium noſtrorum ſententiam & dictamen, ſubire tenemur & facere iudicium*, aſſequi non poſſint iuſtitiam; *regem*, heredes & ſucceſſores ſuos praenotatos adire poterunt libere, querelas ipſorum proponere & defectus. Nosque, heredes & ſucceſſores noſtri praedicti, citati ibidem! coram rege uidelicet & heredibus ac ſucceſſoribus ſuis Boemiae regibus, ubicunque fuerint *Boemiae & Poloniae*, aut coram altero principe, per eos ad hoc iudice deputato, SISTI *tenebimur* & tenebuntur in terra *VVratislauienſi duntaxat* iudicia facere & ſubire de nobis, heredibus & ſucceſſoribus noſtris conquerentibus quibuslibet iuſtitiae complementum. Illud inſuper ſpecifice duximus exprimendum, quod ſi fortaſſe nos, heredes uel ſucceſſores noſtros, *grauatos inopia, debitis* aut alia cauſa rationabili, aliquid *territorii & dominii* de noſtris *uendere uel obligare* contingat munitionem principi nobis aequali & alteri *regum Boemiae* competenti, uel etiam *territorium non habenti, fideli* uel uaſallo noſtro: ex tunc munitionem eandem eandam, ſiue territorium habeat & dominium, ſiue non; uendendam & obligandam ipſis regi heredibus & ſucceſſoribus ſuis *Boemiae* regibus exhibere *prae ceteris debeamus*: qui ſi ipſam emere uel in

Iudicio Parium.

adpellandi iure ad regem.

Sed non extra terram Vratislauienſem euocandi.

Libertate quoque alienandi.

pignore accipere uoluerint: princeps ipſe, territorium uidelicet habens, munitionem praedictam emens ac in pignore tenens, in feudum ipſam recipere tenebitur ab eisdem, ipſisque tanquam ueris ſuis dominis ſeruire, parere & intendere ab eadem. Alter uero, non princeps, emens uel in pignore tenens *munitionem* noſtram, *territorium* & *dominium*, ut praedicitur, non habens; a nobis, heredibus & ſucceſſoribus noſtris eam in feudum recipiet; hoc adiecto: quod *rex, heredes* & *ſucceſſores* ſui antedicti, munitiones ſupradictas pro ſumma eadem, pro qua obligatae fuerint uel uenditae, redimere ualeant, quando uelint. Illud etiam praeterire nolumus, quodſi rex, heredes ac ſucceſſores ſui antedicti, nos, heredes uel ſucceſſores noſtros in *adiutorium*, ſibi praeſtandum, ad *partes alienas extra Boemiam uel Poloniam*, euocauerint, ſubuenientiam nobis debitam, ne SERVITIIS NIMIIS ac INTOLERABILIBVS praegrauemur, facere tenantur. In quorum omnium &c. DATVM & actum *VVratislauiae*, anno domini M CCC XXIX. ſexto idus Maij.

Iure relui tionis & protoemtionis Regi nouo competente.

Seruitia *feudalia ne ſint nimia extra territorium.*

Datum 1329.

DIPLOMA XCV.

VENDITIO Ducis OLSNENSIS aliquot ciuitatum & terrarum pro 5000. marcis Regi BOHEMIAE Ioanni CIↃ CCC XLV.

CVNRADI D. Olsnenſis 1345.

IN *nomine domini amen.* Nouerint uniuerſi, tam praeſentes, quam futuri, notitiam & copiam praeſentium habituri: *Nos* CONRADVS, *dei gratia dux Sleſiae & dominus* OLSNENSIS *recognoſcimus* pro nobis, heredibus & ſucceſſo-

ceſſoribus noſtris & ad uniuerſorum notitiam, tenore praeſentium, uolumus peruenire: quod nos, ob meram & euidentem noſtram *neceſſitatem*, in quam, ratione damnorum incurrimus ex euentu *captiuitatis & perditionis equorum & armorum, noſtrorum* hominum, quae nobis per domini REGIS CRACOVIAE homines ſunt illata; pro ſoluendis autem damnis dictis, & *captiuis* ab eorum *captiuitate* abſoluendis, *Sereniſſimo principi & domino noſtro, Joanni, regi Boemiae & Lucemburgenſi*, heredibus & ſucceſſoribus ſuis mediam partem *ciuitatis* noſtrae GORAV & *terrae Gorenſis* & mediam partem oppidorum noſtrorum *Stinauiae & Lobin* ac ciuitatem noſtrae *Frauenſtat* ex nunc *integram*, ſed poſt mortem illuſtris domini, *Ioannis, ducis Sleſiae* & domini *Gorenſis*, fratris noſtri, tunc *mediam*, ita ſcilicet, ut alia medietas ad illuſtrem dominum *Henricum*, ducem Sleſiae & dominum *Saganenſem*, patruum noſtrum deuoluatur; quam etiam idem *dominus noſter rex*, heredes & ſucceſſores, ſui, ſibi ex tunc reſtituere & reddere tenebuntur libere & absque omni pecuniarum traditione: pro *quinque millibus marcarum, Polonicalis pagamenti* & numeri; quam ſiquidem pecuniae ſummam praedictus dominus REX pro nobis & hominibus noſtris & praedictis, apud nos, ut praemittitur, receptis damnis, pro parte, ſoluere eſt adſtrictus & quae iam expediuit in parte & nos abſoluit & ulterius, usque ad conſummationem ſummae praedictae, tenebitur expedire cum omnibus praedictarum ciuitatum & oppidorum praedictorum *dominiis, honoribus, iure patronatus* eccleſiarum, curatarum & non curatarum, uaſallatibus, agris, cultis & incultis

ex aere in bello cum CRACOVIAE REGE *contracto*

IOANNI R. Boemiae

uendit ciuitates Gorau, *aliaque*

pro 5000. marcis

cum acceſſoriis,

cultis, nemoribus, ſyluis, rubetis, pratis, paſcuis, aquis, riuis aquarumue decurſibus, uenationibus, accupationibus, piſcationibus, iudiciis cum *baylis* & poteſtate *iudicandi* & aliis omnibus & ſingulis earum & eorundem iuribus & pertinentiis, in quibuscunque rebus conſiſtant, ſeu nominibus appellentur, iuſto emtionis titulo uendidimus per praeſentes, per eum, heredes uel ſucceſſores ſuos habenda, tenenda, & perpetuis temporibus poſſidenda ac *utifruenda* & de ipſis pro ipſorum uoluntate *diſponendi liberam* & omnimodam tradimus poteſtatem. ACTA ſunt haec praeſentibus illuſtribus principibus dominis Wladislao, *Bithumienſi* & Nicolao, *Oppanienſi* & *Rathiboris* ducibus; nec non ad praemiſſa omnia & ſingula, una cum *ſigillo* noſtro, ſigilla illorum in euidens *teſtimonium* praeſentibus ſunt appenſa. Nos uero *VVladislaus* & *Nicolaus* dei gratia duces ſupradicti, recognoſcimus, nos *emtioni* & *uenditioni interfuiſſe* ſupradictis, & noſtra *ſigilla*, una cum praedicti domini Conradi ducis ſigillo, ad ipſius rogatum, in teſtimonium omnium praemiſſorum, duximus praeſentibus appendenda. DATVM *Wratislauiae*, feria ante feſtum beatae Mariae, uirginis! proxima, anno domino M CCC XLV.

baylis.

ACTA *teſtibus* 1) *praeſentibus*, 2) *ſubſcribentibus*, 3) *ſigilla addentibus*.

Datum 1345.

DIPLOMA XCVI.

Conuerſio FEVDI MASCVLINI in FOEMINEVM ducatum OLSNICENSIS, indulgentia R. Boemiae Ioannis CIↃ CCC XXXVIII.

IOANNES *dei gratia*, BOEMIAE *rex ac* LVCEMBVRGENSIS *comes*, notum eſſe uolumus tenore prae-

IOANNES *R. Boemiae* 1338.

praeſentium uniuerſis : quod nos illuſtris princi-pis,domini *Conradi ducis Sleſiae* & domini OLS-NICENSIS, principis & fidelis noſtri dilecti, in-gentem ardoris affectum & ingentem ſollicitu-dinem, quam erga *regale culmen* aſſidue gerit, & ſemper geſſit, interna mentis conſideratione animaduertentes ipſumque, ad proſequendum commodum & honorem noſtrum feruentius, ali-quarum retributionum *repenſa* & *ſpecialium gra-tiarum* praerogatiua allicere cupientes, hanc ſibi gratiam duximus faciendam : quodſi, quod ab-ſit ! praefatum *ducem*, ab hac *luce migrantem*, abs que *herede* uel *heredibus* MASCVLIS decedere contin-gat;quod ex tunc FILIA *ſua*, dicta *Heduigis*, quam ha-bet in praeſenti, uel *legitimi ipſius heredes, de ipſius corpore deſcendentes*, omnes ſuas terras, do-minia & poſſeſſiones, quas ipſe *dux* habet, in praeſenti uel habiturus eſſet in poſterum, *pleno iuris titulo* apprehendere hereditarie & poſſidere pacifice poſſit & debeat, tanquam proles ualeret maſculina. Quas quidem terras praedicta FILIA ſua ac eiusdem filii uel filiae heredes legitimi, de corpore ipſius deſcendentes, a nobis & heredibus noſtris *in feudum* ſemper hebebunt & recipient ; & ipſa, tanquam NOSTRA FIDELIS & PRINCEPS, more aliorum principum noſtrorum, debita ob-ſequia fidelitatis tenebitur exhibere ; non obſtan-tibus quibuscunque conſtitutionibus, iuribus, ſtatutis, conſuetudinibus & aliis, etiamſi talia eſſent, de quibus in genere uel in ſpecie expreſ-ſam oporteret fieri mentionem. Quibus omni-bus, in quantum huiusmodi noſtrae *gratiae* & *confeſſioni* obuiare poſſent, eſſe uolumus & in-telligimus totaliter derogatum. In cuius rei te-ſtimonium &c. DATVM in Aldenar in die an-nun-

OLSNICEN-SEM princi-patum, *in gratiam* CVNRADI *Ducis*, *filiaeque Hedwigis*, *conuertit in foemine-um ex ma-ſculino.*

Vt tamen uaſalla princeps eo-dem tenea-tur nexu clientelari.

Datum 1338.

nunciationis beatae Mariae, uirginis, anno domini M CCC XXXVIII.

DIPLOMA XCVII.

Argumenti eiuſdem.

HENRICI D. Glogouiae & Saganenſis 1319.

IN *nomine domini amen*! Nouerint uniuerſi, tam praeſentes quam poſteri, praeſentium notitiam ac copiam habituri, quod, quia nos HENRICVS *dei gratia dux Sleſiae &* GLOGOVIAE *ac dominus* SAGANENSIS, ob ſpecialis amoris affectum &c. ut in praecedentibus literis ducis Conradi ſimilis tenoris per omnia, mutatis ciuitatibus & caſtris, uidelicet: *Sagano*, *Frienſtat*, *Sprottau*, *Grunenbergk*, *Croſſen*, *Neumburgk*, *Wartenbergk*, *Maluitz*, *Puza*, *Bobirsbergk Czuchaw*, *Swibozin*, *Labnaw*, *Bitnitz*, *Beuſchitz*, *Topnitz*, *Brandattendorff*, *Necka*, *Babimneſt*, *Praemund*, *Pryſybrow*, *Trebichow*, *cum* ceteris fortaliciis & municionibus noſtris, omnibus appendiis, dominiis &c. usque ad finem mutatis mutandis; & in dato praecedentium literarum poſitum eſt, VI. idus Maii; hic ponitur: feria III. poſt dominicam miſericordiae domini; ſub eodem anno.

DIPLOMA XCVIII.

Pro ciuitate GLOGAV, Regi BOEMIAE dat ciuitatem GOERLIZ D. de Munſterbergk & IAWER CIↃ CCC XXXVIII.

HENRICVS D. Munſterberg & Iauer 1338.

N*os* HENRICVS, *dei gratia dux Sleſiae & dominus de* MÜNSTERBERG *& in* IAVER, ad uniuerſorum notitiam, tenore praeſentium uolumus

per-

peruenire, quod, cum *magnificus princeps, dominus* IOANNES, *Boemiae* REX *ac Lucemburgenſis comes*, ſororius noſter cariſſimus, ciuitatem ſuam GLOGOVIAM cum diſtrictibus & *terris* & *territoriis* ſuis & uniuerſis pertinentiis earundem nobis dederit ad tempora *noſtrae uitae*. Nos uiceuerſa, in ſpecialis indicium amicitiae, ciuitatem GORLITZ cum diſtrictu *&* *territorio ſuis*, dominio, *iurisdictione*, *iure*, *honore*, *fortalitiis*, *theloneis*, *caſtris*, *oppidis*, *uillis*, *uaſallis & earum incolis*, IVDAEIS, *ſyluis*, *nemoribus*, IVRE PATRONATVS *eccleſiarum & uniuerſis ſuis* pertinentiis damus ſibi & heredibus ſuis, & libere ſponte & bona uoluntate, noſtro, & heredum noſtrorum habendorum ſeu aliorum propinquorum noſtrorum quorumcunque nomine, condeſcendimus & cedimus de eisdem, renunciantes pro *heredibus* habendis ſeu propinquis noſtris quibuscunque omni iuri, actioni, tam CANONICI IVRIS quam CIVILIS auxilio, ſi quae nobis uel heredibus noſtris habendis ſeu propinquis, ut praemittitur, competunt uel competere poſſent quolibet modo in futurum; & ſi quas literas uel priuilegia *a rege Romanorum* uel imperatore, principibus, ciuibus uel aliis quibuscunque habemus forſitan, per quas uel quae ſecuturo tempore ipſi domino regi, heredibus ac ſucceſſoribus ſuis *Boemiae regibus* per nos ac heredes noſtros habendos ſeu propinquos *actio* uel *quaeſtio* de *ciuitate* uel *territorio* & *diſtrictu* praedictis poſſet aliqualiter ſuboriri de iure uel de facto, illas uel illa *irritas*, *caſſas*, *uacuas* eſſe uolumus & *inanes*; nec alicuius in antea habere roboris firmitatem; promittentes ſincere & bona noſtra fide, praefato *iuramento*, contra praemiſſa omnia

IOANNI R. Boemiae *pro ciuitate* GLOGAV *dat* GOERLIZ *ciuitatem, cum iuribus acceſſoriis.*

Renunciando exceptionibus iuris.

omnia & ſingula per nos, *heredes* noſtros habendos ſeu *propinquos* nunquam facere uel uenire, nec etiam motu aliquo attentare de iure uel de facto nec quouis ingenio ad impediendum, quae praemiſſa ſunt, opem uel operam ad hoc dare. In

Datum 1338. cuius rei &c. DATVM Vratislauiae anno domini M CCC XXXVIII.

* * *

ADNOTATIVNCVLA.

Miraberis, filum hic abrumpi? Fit hoc *nundinarum uernalium* ergo, in quibus proſtare debet libellus. Sed hae iam imminent inſtantque. Hanc tamen fidem damus; proximo ſemeſtri in *tomo VI.* non ſolum, quod reſtat, additum iri: ſed etiam *indice uno* tum *duos tomos* inſtruendos ſimul.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

152
B
48

Digitized by Google